



Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford - Messer
Bequest



H. F. FARRER





PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS,
ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA
ECCLESIAE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI SUBSEQUENTI-BUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

OMNIENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO

GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTEM SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGVAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSuum COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA. ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC, QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD NOVEM ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VICESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE NERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUIUSQUE VOLUMINIS AMPLI-TUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EADEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS ORTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LX.

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,

IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIENSIA.

282
M582
t. 60

AVIS IMPORTANT.

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 23 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées; aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait ni prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque universelle du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un assez sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre.

Cependant, parmi les calomnies auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme, reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, savoir, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très-vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Éditeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Écriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'échappe; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine.

Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en conférer une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les correcteurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient toujours une révision et souvent il en vient deux ou trois, puis l'on cliché. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle révision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a-t-il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec comme en latin, on se convaincra que l'in vraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition.

De plus, les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent, le plus souvent, que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver, en dix-huit mois d'études, une seule faute dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzburg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoir pu également surprendre une seule faute, soit dans le latin, soit dans le grec de notre double *Patrologie*. Enfin, le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesmes, et M. Bonnetty, directeur des *Annales de Philosophie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas trop présumé de notre parfaite correction.

Dans le Clergé se trouvent très-certainement de bons latinistes et de bons hellénistes, et, ce qui est plus rare, des hommes très-positifs et très-pratiques. Eh bien! nous leur promettons une prime de 25 centimes par chaque véritable faute qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, mais surtout dans les grecs.

Malgré ce qui précède, l'Éditeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la révision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est recorrigé mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi-million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivales, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRES COUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du Clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux révisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra prendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hébreu a été revu par M. le chevalier Drach le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

BR
60
-1161
V. 60

SÆCULUM V, ANNUS 407.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

S. P. N. JOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICOS, VATICANOS, ANGLICOS GERMANICOSQUE; NECNON AD SAVILIANAM ET FRONTONANAM
EDITIONES CASTIGATA, INNUMERIS AUCTA; NOVA INTERPRETATIONE UBI OPUS ERAT. PRÆFATIONIBUS, MONITIS,
NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA; NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, APPENDICIBUS, ONOMASTICO ET COPIO-
SISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA

OPERA ET STUDIO D. BERN. DE MONFAUCON, MONACHI BENEDICTINI E CONGR. S. MAURI.

EDITIO NOVISSIMA, IIS OMNIBUS ILLUSTRATA QUÆ RECENTIUS TUM ROMÆ, TUM OXONII,
TUM ALIBI, A DIVERSIS IN LUCEM PRIMUM EDITA SUNT,
VEL JAM EDITA, AD MANUSCRIPTORUM DILIGENTIOREM CRISIM REVOCATA SUNT,

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS NONUS.

VENEUNT 18 VOLUMINA 160 FRANCIS GALLICIS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA DAMEOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIENSIA.

1862

ELENCHUS

OPERUM QUÆ IN HOC TOMO LX CONTINENTUR.

Homiliæ LV in Acta apostolorum.	col.	13
Homiliæ XXXII in Epistolam ad Romanos.		583
Spuria.		681

MONITUM.

Forsitan miraberis, Lector benevole, quod, dum in omnibus tum præcedentibus tum subsequituris S. Joannem Chrysostomum SS. Patribus versio Latina ad textum Græcum *columna ad columnam* accedit, in hacce nostra ejusdem S. Doctoris editione, *pagina* Latina juxta Græcam *paginam* tantum ponatur. Hæc causa fuit et quidem unica, quod priusquam nobis in animo fuisset integram SS. Patrum Ecclesiæ Græcæ Traditionem contexere, jam quindecim abhinc annis seorsim edideramus Latine tantum S. J. Chrysostomi opera, litterisque mandaveramus immobilibus. Res cum ita se haberent, et nec in manu esset litteras immobiles movere, neque in animo hujusce editionis mere Latinæ novem delere volumina quæ jam integre typis immobilibus mandata erant et pluris quam sexaginta millibus constiterant francis, hunc feliciter invenimus modum, non tamen sine opera et impensa, hæc aptandi huic editioni novæ, quæ sic lingua tum Græca tum Latina ditata evadit.

Præfatio

AD HOMILIAS

IN ACTA APOSTOLORUM.

In nullum incidimus S. Joannis Chrysostomi opus, a consueto et eleganti tanti artificis stylo ita alienum, ut sunt Homiliæ in Acta. Hactenus orationis poliendæ et ornandæ auctorem loquutissimum vidimus; hic oratorem conspicimus plerumque humilem, jejunum, intricatum; sicubi autem pristinum eloquentiæ gradum resumat, subinde recidit in abjectum et strigosum licendi modum. Hinc suborta dissensio fuit inter criticos, aliis homilias hasce Chrysostomo vel abjudicantibus vel ut suspectas habentibus; aliis illas ut omnino elegantes defendentibus; aliis, quibus nos adstipulamur, plerumque incultas illas, sed *genuinas* et vere Chrysostomi esse pugnantibus. Ut autem ordine quopiam procedatur, primo variorum sententiæ referentur, inc veterum testimonia, deinde quid causæ fuerit indagabitur cur Chrysostomus hiulca hujusmodi et inculta invexerit. Ibidemque asseretur *genuinitas* operis tam ex veterum testimoniis, quam ex iis, quæ ipse Chrysostomus cum solita eloquentia passim interserit, maxime cum de moribus informandis agit. Demum de anno disseretur quo hæ homiliæ dictæ fuere, adnotantibus quibusdam ad rem eandem pertinentibus.

Recentiorum scriptorum opinio circa hasce in Acta Homilias.

Nemo certe tractandis Chrysostomi scriptis assuetus non fateatur, hic Chrysostomum multa fundere sine delectu, eaque inculta, ac plerumque perplexa, imo nonnumquam lacera et ulca, maxime vero in concionum principio, et cum allatos Scripturæ versiculos explicat, que sat jejune et exiliter: et ubi jam explicata resumit, hoc vel simili præmisso dicto, *sed superiora repelamus*: quod ad nauseam usque repetit. Has homilias cum Latine convertere cepisset Erasmus, tanto affectus tædio fuit, ut in epistola quadam ad Tonstallum Anglum scriberet: *Ex Chrysostomo in Acta veterum homilias tres: cujus operæ me pœnituit, cum nihil viderem Chrysostomi. Tuo tamen hortatu recepi codicem in manum: sed nihil umquam indoctius. Ebrius ac stertens scriberem meliora. Habet frigidus sensiculos, nec eos satis commode potest explicare.* In præfatione autem interpretationi suæ Latinæ præfixa, de auctore subdubitare se dixit, *Quod stylus haberet concisum quiddam et abruptum; id quod a phrasi Chrysostomi videtur alienum. Si docti tamen censebunt opus Chrysostomo dignum, libenter hoc quidquid est suspicionis ponam.* Hæc Erasmus, qui cum semel incidisset in illa, quæ nos ipsi inculta et salebrosa esse fatemur, non advertisse videtur alia his intermixta esse, quæ Chrysostomum vere sapiant et tanto doctore digna sint. Huic subjunxit Savilius Jacobum Billium, qui Erasmo semper infensus, dicit, hoc in Acta Apostolorum libro nihil fingi posse elegantius, nihilque Chrysostomo dignius; sed huic opponit Flaminium Nobilem, qui non negat hoc opus Chrysostomi esse, sed ait scatere mendis, et videri ex diversis librorum scriptis consarcinatum. Demumque suam Savilius asserit opinionem, aitque opus quidem salebrosum et perplexum esse, ac multa habere *non satis accurata*; sed quædam passim auri ramenta, quæ non nisi ab atrea illa vena manare potuerunt; demumque opus vere Chrysostomi esse pronuntiat. Hæc carptim a me dicta sunt, quia Savilii hac de re sententiam ipsis verbis in fine hujus Præfationis asserere animus est. Hæc cum sagacitate et accuratatione solita memorat Tillemontius, et licet multis in locis neglectam orationem, perplexas, obscuras, imo etiam hiulcas sententias agnoscat; multa tamen in ethicis admiranda recenset, cui et nos hac in re adstipulamur: adjicimusque non multas esse apud Chrysostomum conciones informandis moribus aptiores. Harum vero *genuinitatem*, præter ea, quæ diximus, probant etiam testimonia veterum mox adferenda; nec non illa quæ de anno quo dictæ illæ fuerunt proferimus, et alia quoque ipsis subjungenda.

Veterum testimonia de his homiliis, quæ harum genuinitatem probant.

Qui primus hoc Chrysostomi opus memorasse putatur, est Cassiodorus, qui sic loquitur T. 2, p. 544: *Sed in Actibus Apostolorum S. Joannis episcopi Constantinopolitani in Græco sermone commenta reperimus: quæ amici nostri in duobus Codicibus, quinquaginta quinque homiliis, Deo juvante, transtulerunt.* Hic hodierno, qui in Editis habetur, parem homiliarum numerum recenset, qua re probatur eundem ipsum in Acta Apostolorum commentarium sæculis Chrysostomo vicinis, ejus præmisso nomine in Occidentem allatum fuisse. Hunc commentarium laudat etiam Joannes Damascenus, ut Savilius et Tillemontius referunt: *Oecumenius* quoque Enarrationibus in Acta Apostolorum non semel quædam ex hoc libro mutuatur.

Photius vero in Bibliotheca sua N. CLXXII, p. 386, ubi de Homiliis in Genesim agit, hæc de

Conclonibus in Acta Apostolorum interserit: *Homiliæ in Acta quinquaginta sunt, et per integrum fere annum sunt habitæ: neque enim quotidie, sed quinto quoque die, vel septimo, vel tardius, illas concionando proferebat. Declaratque ipse illas se, cum archiepiscopatus tertium annum ageret, ad populum habuisse. Homiliis vero in Genesim quo tempore habuerit scire nondum potuimus: incertum quippe est un in vigesima octava illas memorare velit, quas tertio archiepiscopatus sui anno habuit, an alias. Palam est, eum has etiam cum archiepiscopus esset composuisse: viginti septem nempe, in quadragesima secundi (archiepiscopatus sui) anni, reliquas autem in quarto anno. Loquutio ejus cum solita claritate puritateque splendorem profluentiamque exhibet, conjunctam cum sensuum ubertate, et concinna exemplorum copia. Inferior tamen est Homiliis in Acta, ad humiliores declinans dictionem; tantoque spatium, quanto hæc in Acta opera Commentariis in Psalmos et in Apostoli Epistolas inferior est. Hæc Photius, qui in numero Concionum in Acta errat, quadraginta tantum esse dicens, cum quinquaginta quinque numero sint, ut etiam Homiliarum in Genesim numerum non accurate retulit; nisi fortassis menda in ejus exemplaria irrepserint, quod facilius est cum anni numeralibus literis notantur. Neque felicitas procedit cum ait, Homiliis in Genesim habitas fuisse Constantinopoli, partem scilicet earum anno archiepiscopatus Chrysostomi secundo, et partem anno quarto. Certum quippe est Homiliis in Genesim Antiochiæ, cum adhuc Chrysostomus presbyter esset, dictas fuisse, ut in Præfatione ad Homiliis in Genesim probavimus. Quod de stylo ait, cum scilicet Homiliarum in Acta dictionem præfert Homiliarum in Genesim loquutioni, nescio an iis omnibus, qui stylum utriusque operis conferre voluerint, placitum sit. Certumque est in utroque opere Chrysostomum a solita eloquentia non parum deflectere. Utri autem operi hic nævus magis adscribi debeat, examinare non magnum operæ pretium fuerit.*

Cur Homiliæ in Acta humiliores stylo conscriptæ videantur, quam cæteræ Chrysostomi.

Ait Photius conciones, quas Antiochiæ habuit Chrysostomus, ornatiores cultioresque esse illis quas Constantinopoli pronuntiavit. Quod ut plurimum verum esse fatendum est. Cave tamen hoc dictum pro norma habeas, et hinc semper judicium ferendum censeas. Nam is ipse Photius, qui hanc posuit tesseram, Homiliis in Genesim inter incultiora Chrysostomi opera locatas, Constantinopoli dictas fuisse affirmavit, quæ tamen Antiochiæ certissime, ipso indicante Chrysostomo, habitæ fuerunt. Nihilominus stat illud, quod supra dictum est, Conciones nempe in Acta, quæ Constantinopoli dictæ fuere, inter jejuniore humilioresque quoad magnam sui partem computandas esse: id vero hinc evenisse putatur, quod imperatoris urbis præsul constitutus Chrysostomus et negotiorum, quæ tantæ civitatis cura afferebat, mole obrutus, ornandis poliendisque concionibus spatium non habuerit: maxime vero annis 400 et 401, queis habitas putamus hasce homiliis, ut mox dicetur. Tunc enim Gaina et Gonthis tumultu omnia replentibus, Chrysostomus, qui eorum conatibus pro virili obstabat, minus operæ adornandis concionibus insumere valebat, nec mirum si præpedito tot tantisque negotiis artifice, tumultuarium aliquid in hoc opere deprehendatur. Alia vero perplexæ et nonnullis in locis hiulcæ serici causa non abs re affertur, quod videlicet librarii, qui dicta sancti doctoris excipientes describebant, in tumultuariis illis, et ex tempore prolatis concionum partibus, alii aliud conscriberent. Hinc haud dubie orta est illa tanta varietas, quæ in Codicibus has homiliis efferentibus observatur. Ut enim in ima pagina aliquoties monuimus, tanta in Manuscriptis occurrit lectionum diversitas, ut si omnia exscripsissemus, novam seriem concionibus longitudine pene paræm attulissemus; idque nullo fructu. Varietates enim illæ tam frequentes, vel ordinem verborum periodos constituentium diversum efferant solummodo, vel synonymas voces suppeditant. Neque animus erat tantam operum Chrysostomi molem, quantam scriptorum nullus umquam suppeditavit, superfluis accessio-nibus augere.

Unum restat explorandum, cur nempe Joannes noster in omnibus fere in Acta Concionibus, postquam libri versiculos explanandos protulit ac brevi interpretatione donavit, aliam illamque brevem eorundem versiculorum explicationem aggrediatur, hoc vel simili præmisso dicto, *sed superius dicta repetamus*: id quod in aliis nullis ejus in Scripturam sacram Commentariis observatur. Ipse fortasse Chrysostomus hujus solvendæ quæstionis modum subministravit, quando in primæ concionis principio ait, Actorum librum ita ignotum auditorum plerisque esse, ut ne quidem noverint an exstet, et an ita pretiosus liber inter Biblicos compareat. Ut igitur ignoti antea libri plenioram notitiam inculcaret, post priorem explanationem, alteram adjecerit; quod extemporale additamentum plerumque intricatum et nonnumquam hiulcæ est. Hæc enim styli perplexitas in his maxime additamentis observatur: Nam *ethica*, et ea quæ ad mores informandos post additamenta sequuntur, suam semper servant dignitatem, et vere Chrysostomi eloquentiam ut plurimum saltem præ se ferunt.

Quo anno hæc in Acta Homiliæ habitæ fuerint.

Ipsò Chrysostomo duce et locum et annum statuimus, quo has conciones habuit. Non semel enim indicat se episcopum et in episcopali solio sedentem concionari: indubitatumque est hæc conciones in Constantinopolitana censeas esse. Habuit autem illas anno episcopatus sui tertio, ut testificatur ille Homilia quadragesima quarta col. 312: *Ecce per gratiam Dei nos triennium jam habemus, non quidem nocte et die hortantes, sed post tres sæpe dies, vel post septem hoc facientes.* Ubi observes illud, *triennium habentes*, si literam sequaris, significare Chrysostomum in episcopatu jam triennium emensum fuisse, quando ad hanc quadra-

gesimam quartam homiliam pervenit; cumque Chrysostomus in sedem Constantinopolitanam evectus fuerit anno 398, mensis Februarii die vigesimo sexto, hinc sequeretur dictam illam fuisse anno 401. At præterquam quod non omnino constat hic exactum triennium, diserte notari, jam sæpe vidimus Chrysostomum non cum tanto scrupulo notas temporum consignare. Ut ut res est, alio argumento comprobari videtur hanc temporis notam referendam esse in annum 401. Homilia quadragesima prima ait Chrysostomus, col. 291, *anno superiore, πέρυσι*, concussisse Deum universam civitatem, Constantinopolim nempe terræ motu agitatum fuisse. Hic vero terræ motus quem refert Synesius, ad annum 400 consignari debet, unde sequatur hanc homiliam, quæ quadragesima prima numero est, anno 401 habitam fuisse; in quem etiam annum illam retulit Baronius. Tillemontius vero Baronii sententiam non respuit quidem, mallet tamen terræ motum in annum 399, et homiliam quadragesimam primam in annum 400 referre: frequentissimi quippe erant Constantinopoli terræ motus, neque omnes quotquot acciderunt, ab historiæ scriptoribus referuntur: ille vero qui anno 400 contigit, a Synesio tantum et carptim recensetur. Secundum hanc Tillemontii opinionem, in nota ibid. col. 291 in imo margine posita diximus, terræ motum illum anno 399 accidisse, remque pluribus excussam fuisse monuimus in Vita S. Joannis Chrysostomi, quæ sub initium primi tomi ponitur. In annum ergo vel 400 vertentem, vel in sequentem 401 referenda est hæc quadragesima prima homilia. Nam illa vox *πέρυσι*, *anno superiore* seu *proximo*, non ita accipienda est, ut annum integrum elapsam Chrysostomus significare voluerit.

Ibidem autem et continenter col. 291 eadem locutione, *anno proximo*, Chrysostomus utitur ad rem aliam carptim indicandam. *Quæ circa Theodorum illum anno proximo gesta sunt, quem non obstupescerunt? Et tamen nihil amplius factum est.* Quis ille Theodorus esset, quidve illi acciderit, nullus, quod sciam, scriptor docuit. Sed hoc unum hinc expiscari possumus, nimirum hæc verba, *anno superiore* et *anno proximo, πέρυσι*, quæ pro terræ motu et pro illo tanto Theodori casu indiscriminatim usurpantur, annum proxime præteritum ita significare, ut non curaverit orator an plures paucioresve menses intercesserint. Stet igitur id quod supra diximus. Homiliam nempe quadragesimam primam vel anno 400 vertente, vel 401 ineunte dictam fuisse, donec quid certius emerit.

Homilias autem incepit extra Quadragesimam, ut ipse dicit homilia prima col. 25, et quidem Paschali tempore, ut innuere videtur col. 22, anni videlicet 400. In moralibus autem adhortationibus quæ partem concionum postremam occupant, multa profert utilia, et quædam ad vitam suam spectantia, quæ suo loco commemorabuntur; in quinquagesima vero secunda se Joannem appellari dicit.

His subjungere visum fuit iudicium Savilii circa Homilias Chrysostomi in Acta Apostolorum.

SAVILII IN CHRYSOSTOMUM

IN ACTA APOSTOLORUM JUDICIUM.

De auctore harum in Acta Homiliarum magnam esse inter doctos video controversiam. Erasmus in Epistola quadam ad Tonstallum, magnum suo tempore ornamentum Angliæ, in volumine Floridaarum, *Ex Chrysostomo*, inquit, *in Acta verteram homilias tres; cujus operæ me pœnituit, cum nihil hic viderem Chrysostomi. Tuo tamen hortatu recepi codicem in manum; sed nihil unquam legi indoctius. Ebrius ac stertens scriberem meliora. Habet frigidus sensiculos, nec eos satis commode potest explicare.* Hæc ille, severitate plus quam censoria usus. Idem tamen in Præfatione huic libro Latine verso præfixa haud paulo mitius, *Subdubitare se, quod stylus haberet concisum quiddam et abruptum, id quod a phrasi Chrysostomi videbatur alienum: si docti tamen, inquit, censebunt opus Chrysostomo dignum, se libenter hoc, quidquid est, suspicionis positurum*, quam tamen haud temere concepisse sibi visus est. Atque ut Erasmi suspicionem augeam, addo perplexa et involuta hic reperiri complurima, pleraque aspera et salebrosa, ὑποδολικὰ multa, ab alio argumento in aliud saltum potius quam transitum, textum bis percursum magis quam explicatum, solemnem illam cantilenam, ὡμῶν δὲ ἀνωθεν τὰ εἰρημύνα, vel τὰ ἀνεγνωσμένα, sexcenties ad nauseam usque inculcatam. In summa, destituta fere omnia iis luminibus, iis orationis ornamentis, quibus disertissimus vir Chrysostomi nomen apud posteritatem inveniit. Tantum abest, ut Jacobo Billio assentiar, qui, sive odio Erasmi stimulatus, seu quo alio partium studio abreptus, *Græco codice nihil ait fingi posse elegantius, nihil quod Chrysostomi phrasin melius referat.* Quanto rectius doctissimus vir Flaminius Nobilius: *Omnino, inquit, hi Commentarii in Acta parum explere animum lectori possunt. Scatent enim mendis, suntque ex variis, ut puto, librorum scriptis, Chrysostomi orantis sententias, quoquo modo poterant, excipientium, male coagmentata.* Illis accedat Photii auctoritas, qui Chrysostomum quidem in Acta commentatum esse prodit, sed homilias numerat non plures quinquaginta, easque multo elegantius scriptas censet, quam sunt illæ in Genesis: ἡλάττωται δὲ ὁ μῶς (scilicet, phrasin Homiliarum in

Genesin) τῆς ἐν ταῖς Πράξεσι φράσεως, ἐπὶ τὸ ταπεινότερον ἀπηνευγμένη : quod aperte, ut mihi quidem videtur, si de hisce accipias, secus est. Atque hæc fere sunt, quæ in eam partem afferantur. Quæ tamen omnia eam vim non habent, ut mihi vel tantillum persuadeant γνήσιον hunc foetum, etsi minus fortasse ὠρατον, a γνησίῳ patre abjudicare. Ac primo, ramenta quædam passim apparent, quæ nonnisi ab aurea illa vena manare potuerunt. At multa sunt, inquis, plumbea. Respondeo, proclivius esse χρυσορῆμονi nostro alicubi humi repere, adeoque jacere, quam alii ad ejus altitudinem assurgere : ut propter aliquam admirabiliter scripta malim Chrysostomum inscribere auctorem, quam alium propter nonnulla humilias. Dèinde quis nescit, non eosdem esse omnes omni tempore? Aliter eloquentiæ Latine princeps dixit adolescentior, aliter jam consularis. Et de Chrysostomo nostro verissime Photius, ipsum Antiochiæ, semotum a publicis curis, multo accuratius limatiusque scripsisse, quam eundem Constantinopoli ἀρχιερατεύοντα : in quod tempus hæc, quæ in manibus habemus, incidisse luce clarius est. De numero Photiano respondeo, idem objici posse de Homiliis in Genesin, quæ sine dubio germanæ sunt, et non plures Photio una et sexaginta, cum tamen omnes nostri Codices septem et sexaginta præferant, ut vel Photium hic et ibi memoria lapsum esse necesse sit, vel in Codices incidisse minus integros, vel oscitantes librariorum hic pro vs' facili lapsu scripsisse v'. Has enim esse, quas jam manibus terimus, non alias in Acta homilias a Photio intelligi, verba ipsius aperte declarant : αἱ γὰρ εἰς τὰς Πράξεις ὀμίλια πεντήκοντα μὲν εἰσι, σχεδὸν δὲ δι' ὅλου αὐτῷ τὸ ἐνιαυτοῦ ἐβήθησαν. Οὐ γὰρ καθ' ἡμέραν ταύτας, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πέντε (malim τρεῖς : respexit enim ad locum in hom. quadragesima quarta διὰ τριῶν πολλακίς ἡμερῶν ἢ ἐπὶ τὰ τοῦτο ποιούντες) καὶ ὑπὲρ ἐπτά, καὶ πλείους (fort. πλείους : nam de diebus loquitur) καθωμίλει· ἄς δῆλον αὐτὸς ποιεῖ, ὅτι ἀρχιερατεύων κατὰ τὸ τρίτον ἔτος ὤμιλησε. Locus, ad quem respexit Photius, est in hom. quadragesima quarta, pag. 856, lin. 39 [p. 335 D., Montf., col. 312, lin. 33 ed. nov.], ubi arrepta occasione ex Pauli verbis, μνημονεύοντες, ὅτι τριετίαν νότα καὶ ἡμέραν οὐκ ἐπαυσάμεν, Actorum 20, 31, Chrysostomus de se, ἰδοὺ τῆ χάριτι τοῦ Θεοῦ καὶ ἡμεῖς λοιπὸν τριετίαν ἔχομεν. Atque ut non alium esse hujus libri auctorem, quam Joannem nostrum, liquidius appareat, hæc pauca adjecisse non abs re fuerit. Omitto multas loquendi formulas huic nostro peculiarias, interrogatiunculas, dialogismos, digressiones morales, leges contra juramenta latas, Sixto Senensi atque ipsi Erasmo notata. Quod in hom. prima invehitur in eos, qui baptismum rejiciunt usque ad extremas ἀναπνοάς· quod in hom. trigesima legem statuit in eos, qui episcopo concionanti plausus cient : quod contra Platonem et philosophos toties ac tam vehementer disputat, an non satis indicant antiquum esse scriptorem, qui in vitia multis jam inde sæculis antiquata tam acriter invehitur? Quid quod homil. undecima, ἡκουσά ποτε πατέρων τῶν ἡμετέρων, inquit, λεγόντων, ὅτι κατὰ τὸν διωγμὸν τὸν παλαιὸν ἦν ἰδίῳ ὄντως Χριστιανούς ἄνδρας, etc. Ex quibus apparet hujus libri auctorem statim post tempora persecutionis vixisse, qui hæc a patribus suis audire potuerit. Quid quod homil. vigesima secunda legitur, σπείρα, ὃ καλούμεν νῦν νοῦμερον? et quod homil. quadragesima sexta, ὃ παρ' ἡμῖν λέγουσι κατὰ τὴν Ἑωμαϊκὴν συνήθειαν, ἐν τοῖς σίγνοις αὐτῶν ἔμβαλε, nonne satis hæc per se antiquitatem produnt? Sed quid conjecturas consector, cum ipse aperte hom. quadragesima prima contemporaneum se profiteatur Juliano? Locus est pag. 839, 7 [p. 311 extr. Montf., col. 291, lin. 32 ed. nov.] : ἰδοὺ γὰρ ἐπὶ τῶν καίρων τῶν ἡμετέρων τὰ κατὰ τὸν μακάριον Βαβύλαν γέγονε, τὰ κατὰ τὰ Ἱεροσόλυμα, τὰ κατὰ τὴν καθάρσιν τῶν ἱερῶν? quorum duo priora sub Juliano contigerunt, tertium sub Theodosio. Jam illud hom. trigesima octava de libro magico invento in flumine, cum adhuc μετράκιον esset Chrysostomus, Cardinalis Baronius recte, ut opinor, ad tempora Valentis refert. Ex his liquet scriptorem fuisse temporum illorum æqualem. Sed et episcopum fuisse satis constabit. Hom. tertia loquitur de seipso, ut episcopo. Hom. nona aperte seipsum episcopum vocat, ἀλλὰ σὺ, φησὶν, ἀρχων εἶ καὶ ἐπίσκοπος. Homil. octava de seipso loquitur, ut episcopo in civitate βασιλευούσῃ (quod nomen præterquam Romæ et Constantinopoli, nulli alii conveniebat civitati (suspiciose quædam aspergens de sua expulsionem, περὶ τῆς αὐτοῦ καθαιρέσεως : qualia sunt pag. 655, 24 [pag. 68, A, Montf., col. 74, lin. 22 nov. ed.] : ἡ καθέλετέ με ταύτης τῆς ἀρχῆς, ἢ μένοντά με μὴ περιβάλλετε κινδύνους. Et pagina sequente, lin. 12 [pag. 69, A, col. 76, lin. 5 ed. nov.] : ἕως ἂν ἐν τῷ θρόνῳ καθίζωμαι τούτῳ, οὐδὲν προήσω τῶν αὐτοῦ δικαιομάτων. Ἄν με τις καταδιδάσῃ, λοιπὸν ἀνεύθυνός εἰμι. Et homil. undecima loquitur, ut in civitate, quæ præter Judæos et gentiles, Christianorum habeat plus quam centum millia. Hom. quadragesima secunda, p. 848 l. 12 [p. 324, B, col. 302, lin. 29 et nov.] : Ἰδοὺ ἤλκη πόλις ὅμιν ἐστὶν ἢ μεγάλη αὕτη. Et quod nusquam, ut opinor, alibi in ejus operibus reperitur, homil. quinquagesima secunda, pag. 902, l. 40 [p. 395, D, col. 365, lin. 44 ed. nov.] nomen suum directe ponit : Εἰμὶ τοῦ μακαρίου μὲν ἔκείνου (Ἰωάννου) ὁμώνυμος, οὐ μὴν συνώνυμος. Οὐκ εἰμὶ Ἰωάννης, ἀλλὰ καλοῦμαι. Postremo accedunt et veterum scriptorum de hujus libri auctore testimonia. De Photio supra diximus. Damascenus, lib. 3, cap. 15, De fide orthodoxa, locum citat ex secunda homil. in Acta : qui tamen auctoris an librarii lapsu, non in secunda reperitur homil., sed in prima, pag. 610, l. 18. Deinde Catenarum scriptores, Nicetas, Œcumenius, etc. non ex aliis quam ex hoc horto depromptis flosculis suas contexuere corollas : ut jam stultum sit deinceps, ut mihi quidem videtur, de hujus libri auctore dubitare.

INDEX

OPERUM S. JOANNIS CHRYSOSTOMI,

QUÆ IN NONO TOMO CONTINENTUR.

- I. Homilia LV. in Acta Apostolorum. Savil. Tom. IV. Morel. Tom. III. in Novum Testam.
 II. Homiliae XXXII. in S. Pauli Epistolam ad Romanos. Savil. Tom. III. Morel. Tom. III.

SPURIA.

- I. De pœnitentia. I. col. 681. Savil. T. VI. pag. 905.
 II. De pœnitentia. II. col. 699. Savil. T. VI. p. 917.
 III. De pœnitentia. III. col. 705. Savil. T. VI. p. 924.
 IV. De eleemosyna. col. 707. Savil. T. VI. p. 926.
 V. De prædicatione jejunii. I. col. 711. Savil. T. VI. p. 930.
 VI. De jejunio. II. col. 713. Savil. T. VI. p. 932.
 VII. De jejunio. III. col. 715. Savil. T. VI. p. 935.
 VIII. De jejunio. IV. col. 715. Savil. T. VI. p. 935.
 IX. De jejunio. V. col. 717. Savil. T. VI. p. 936.
 X. De jejunio. VI. col. 719. Savil. T. VI. p. 938.
 XI. De jejunio. VII. col. 721. Savil. T. VI. p. 940.
 XII. De patientia. I. col. 723. Savil. T. VI. p. 943.
 XIII. De patientia. II. col. 729. Savil. T. VI. p. 949.
 XIV. De salute animæ. col. 735. Savil. T. VI. p. 968.
 XV. In catechumenos. col. 739. Savil. T. VI. p. 971.
 XVI. Contra eos qui virgines corrumpunt. col. 741. Savil. T. VI. p. 976.
 XVII. Contra hæreticos. col. 745. Savil. T. VI. p. 979.
 XVIII. De eleemosyna. col. 747. Savil. T. VI. p. 811.
 XIX. Epistola ad monachos. col. 751. Savil. T. VII. p. 225.
 XX. In annuntiationem sanctissimæ Deiparæ. col. 755. Savil. T. VII. p. 249.
 XXI. In illud, *Quæcumque ligaveritis*, etc. col. 759. Savil. T. VII. p. 268.
 XXII. In illud, *Dæmonium habes*, etc. col. 763. Savil. T. VII. p. 272.
 XXIII. De pœnitentia. col. 765. Savil. T. VII. p. 282.
 XXIV. De fide. col. 767. Savil. T. VII. p. 288.
 XXV. De spe. col. 771. Savil. T. VII. p. 293.
 XXVI. De caritate. col. 773. Savil. T. VII. p. 295.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ
 ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΑΣ ΠΡΑΞΕΙΣ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

ΟΜΙΛΙΑ Α'.

Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιήσαμην περὶ πάντων, ὡ θεόφιλε, ὡν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, ἀχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις διὰ Πνεύματος ἁγίου, σὺς ἐξελέξατο, ἀνελήθη.

α'. Πολλοὶς τοῦτ' ἐπιβιβλίου οὐδ' ἐπι γινώριμόν ἐστιν, οὔτε αὐτὸ, οὔτε ὁ γράψας αὐτὸ καὶ συνθεῖς. Διὸ καὶ μάλιστα ^a εἰς ταύτην ἑμαυτὸν ἔκρινα θείναι τὴν πραγματείαν, ὥστε καὶ τοὺς ἀγνοοῦντας διδάξαι, καὶ μὴ ἀφεῖναι τοσοῦτον λανθάνειν καὶ ἀποκρύπτεσθαι θησαυρόν. Οὐδὲ γὰρ ἔλαττον αὐτῶν τῶν Εὐαγγελίων ἐφέλησαι ἡμᾶς δυνήσεται· τοσαύτης ἐμπέπλησται φιλοσοφίας καὶ δογμάτων ὀρθότητος, καὶ θαυμάτων ἐπιδείξεως· ^b καὶ μάλιστα τῶν παρὰ τοῦ Πνεύματος εἰργασμένων. Μὴ δὲ λοιπὸν παρατρέχωμεν αὐτὸ, ἀλλὰ μετὰ ἀκριθείας ἐξετάζωμεν. Καὶ γὰρ τὰς προλήψεις, ἃς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Χριστὸς προαναφω-

^a Morel. ἀναγκάως. Paulo post pro διδάξει Savil. ἐπισπάσασθαι. Mss. διδάξει habent. ^b Hæc, καὶ θαυμάτων ἐπιδείξεως, desunt in Savil., nec lecta sunt ab Erasmo; sed habentur in Morel. et mss.

νεῖ, ταύτας εἰς ἔργον ἐξελεύσας ἐνταῦθα ἐστὶν ἰδεῖν, καὶ ἀπ' αὐτῶν ^c τῶν πραγμάτων διαλάμπουσαν τὴν [2] ἀληθειαν, καὶ πολλὴν τῶν μαθητῶν τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολὴν τὴν ἀπὸ τοῦ Πνεύματος αὐτοῖς ἐγγενομένην. Καὶ γὰρ ἄπερ ἤκουσαν τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, ὅτι πᾶς Ὁ πιστευῶν εἰς ἐμὲ, τὰ σημεῖα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, κάκεινος ποιήσει, καὶ μάλιστα τούτων ποιήσει· καὶ προλέγοντος τοῖς μαθηταῖς ^d, ὅτι ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀχθήσονται, καὶ ὅτι ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν αὐτούς, καὶ τὰ ἀνήκεστα κείσονται, καὶ ὅτι περιέσονται πάντων, καὶ ὅτι τὸ Εὐαγγέλιον κηρυχθήσεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, ταῦτα πάντα μετὰ ἀκριθείας ἀπάσης ἐκθετηκὸτα ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ ἐστὶν ἰδεῖν, καὶ πλεονα τούτων ἕτερα, ἄπερ εἰρηκεν αὐτοῖς συνών. Ὅψει δὲ καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀποστόλους ἐνταῦθα καθάπερ πτηνοὺς διατρέχοντας γῆν καὶ θάλατταν, καὶ τοὺς δειλοὺς ἐκεί-

^c Savil. ἐπ' αὐτῶν. ^d Hæc, προλέγοντος τοῖς μαθηταῖς, desunt in duobus mss., sed in ceteris habentur et ab interprete lecta sunt.

SANCTI PATRIS NOSTRI
JOANNIS CHRYSOSTOMI

OPERA OMNIA.

COMMENTARIUS IN ACTA APOSTOLORUM ^(a).

HOMILIA I.

CAP. I. 1. *Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cæpit Jesus facere et docere, 2. usque in diem, qua præcipiens apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est.*

1. Libri Actuum Apostolorum dignitas. — Multi perinde ignorant an hic liber exstet, et quis sit ejus auctor: quæ mihi potissimum causa fuit ut hoc opus aggrederer, quo hujus rei ignaros instituerem¹, nec

^(a) Hæc Commentaria collata sunt cum duobus Codd. Colbertinis, uno Coisliniano et Edit. Savil. Nota autem in his Codicibus singulas homilias, *ὁμιλίας*, appellari, quas sermones, *λόγοι*, vocat Savilius. Quod autem dicit in ipso principio Chrysostomus, perinde multos ignorare an hic liber exstet, atque quis sit ejus scriptor, habetur etiam Tomo tertio Homil. in principium Actorum, col. 71.
¹ Pro *instituerem*, Savil. legit, *pertraherem*. Mss. habent, *instituerem*.

tantum thesaurum latere sinerem. Non minus enim nobis, quam ipsa Evangelia utilis esse poterit: tanta nimirum plenus est philosophia, tanta dogmatum sinceritate, miraculorumque copia, eorum maxime, quæ a Spiritu sancto patrata sunt. Ne itaque deinceps hunc librum prætercurramus; sed eum magna acuratione exploremus. Etenim ea, quæ Christus in Evangeliiis prædixit, hic opere completa videre est; veritatem ex rebus ipsis splendentem, discipulosque post acceptum Spiritum sanctum in melius longe commutatos. Nam quæ a Christo audierant dicente: *Omnis qui crediderit in me, signa quæ ego facio, et ipse faciet, et his majora faciet* (Joan. 14. 12): et ea quæ prædixit discipulis, quod ante præsides et reges ducendi essent (Matth. 10. 18), quod in synagoga sta-

gellandi, quod intolerabilia passuri, et his omnibus superiores futuri essent, quod item evangelium prædicandum foret in universo mundo: hæc, inquam, omnia accuratissime completa in hoc libro cernere est; necnon his plura quæ cum discipulis versans Dominus dixerat, Videbisque hic apostolos ceu volucres per terram et maria discurrentes, illosque olim timidos et rudes, in alios homines repente mutatos, divitiarum contemptores, gloria, ira, concupiscentia cæterisque omnibus superiores effectos: multam videbis inter ipsos concordiam, nullam invidiam, ut olim, nullam ob primatus desiderium contentionem; sed omnem in illis virtutem diligenter cultam, caritatemque eximie fulgentem: de qua multa ipsis præceperat, dicens: *In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei sitis, si dilexeritis invicem* (Joan. 13. 35). Quin et dogmata quædam in hoc libro reperire licet, quæ nisi scriptus ille fuisset, nulli ita perspicua et plana fuissent: imo etiam id, quod est salutis nostræ caput, tam secundum vitam et mores, quam secundum dogmata, occultum obscurumque esset. Maxima pars autem libri, Pauli gesta sunt, qui plus omnibus laboravit. Cujus rei causa est, quod is qui hunc librum scripsit, beatus Lucas, ejus esset discipulus; cujus virtutem tum ex aliis multis cernere est, tum maxime quod doctori suo indesinenter hæserit. Itaque cum Demas et Hermogenes ipsum reliquissent, alterque in Galatiam, alter in Dalmatiam abiisset, audi quid de illo dicat: *Lucas solus mecum est* (2. Tim. 4. 11); et Corinthiis scribens de illo ait: *Cujus laus est in evangelio per omnes Ecclesias* (2. Cor. 8. 18). Et cum dicit: *Visus est Cephæ, deinde duodecim*¹; cum ait vero, *Secundum evangelium quod accepistis* (1. Cor. 15. 5. 4); de Lucæ Evangelio loquitur: ita ut non aberraverit, si quis ipsi hoc opus adscripserit. Cum ipsi dico, Christo dico. Quod si quis dixerit: Cur non omnia scripsit qui usque ad finem cum ipso semper fuerit? respondebimus, hæc satis fuisse iis, qui animum adhibere vellent; illosque iis semper incubuisse, quæ magis urgerent, neque illis tantum fuisse scribendi studium; multas quippe non scriptas traditiones dederunt.

Cur Christi divinitas in Actis non ita aperte enuntietur. — Omnia itaque hoc in libro admiratione digna sunt, maxime vero illa verborum demissio, qua, suggerente Spiritu sancto, de œconomia loquentes usi sunt apostoli. Ideo cum tot tantaque de Christo narrent, pauca de divinitate ejus dixerunt, longe plura vero de humanitate, de passione, de resurrectione, de ascensione. Nam hoc interim quærebat, ut crederetur ipsum resurrexisse et ascendisse in caelos. Quemadmodum igitur ipse Christus in primis ostendere curabat, se a Patre venisse: ita et hic narrat, ipsum resurrexisse, assumptum fuisse, et ad filium rediisse, a quo venerat. Nisi enim hoc prius creditum fuisset; multoque magis postquam accesserunt resur-

rectio et assumptio, totum dogma Judæis incredibile visum fuisset. Quapropter sensim et paulatim eos ad sublimiora ducit. Athenis vero hominem eum simpliciter vocat Paulus, nihil amplius addens (Act. 17. 31): et jure quidem. Etenim si ipsum Christum, de sua cum Patre æqualitate loquentem, sæpe lapidare tentarunt (Joan. 8. 59), ipsunque blasphemum ideo vocarunt, vix illum sermonem a piscatoribus accepissent, cum maxime crux præcessisset.

2. Et quid de Judæis loquar, quando ipsi quoque discipuli, cum sublimiora audirent dogmata, sæpe turbati et offensi sunt? Ideo dicebat: *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo* (Joan. 16. 12). Si illi non poterant, qui tanto tempore cum ipso erant, qui tot arcanorum consortes erant, et tot viderant miracula: quomodo homines recens avulsi ab aris, ab idolis, a sacrificiis, a felibus, a crocodilibus (hic enim erat gentilium cultus); qui a cæteris malis tunc primum abducti fuerant, sublimia statim dogmatum verba accepissent? quomodo etiam Judæi, qui quotidie discebant et instituebantur a lege: *Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est, et præter eum non est alius* (Deut. 6. 4); qui ipsum viderant cruci affixum; imo qui crucifixæ et sepelient, neque ipsum resuscitatum viderant, audientes eundem ipsum esse Deum et Patri æqualem, non omnino resilliissent ac recessissent? Ideoque paulatim et sensim illos ad majora ducunt, et sese multum ipsis attemperant. Ueberiore vero Spiritus gratia fruuntur, et majora, quam Christus fecit, in ipsius nomine faciunt; ut utrinque ipsos humi jacentes erigant, et ut resurrectioni. *Etiam* habeant. Hic quippe liber in primis est resurrectionis demonstratio, qua credita, cætera facile succedunt. Argumentum ergo et scopus hujus libri, ut summatim dicam, hic potissimum est. Audiamus demum ipsa præcæmia. (Cap. 1.) 1. *Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cepit Jesus facere et docere.* Cur illi Evangelium in memoriam revocat? Ut accuratorem suam ostendat. Nam initio illius operis dixit: *Visus est et mihi assequuto omnia a principio diligenter, ex ordine tibi scribere* (Luc. 1. 5). Neque suo contentus testimonio, totum refert ad apostolos, dicens: *Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, et ministri fuerunt sermonis.* Idcirco postquam sermoni fidem ibi conciliavit, hic alia confirmatione opus non habet, cum Theophilus jam persuasus, ac per illud opus de accurata rei veritate institutus esset. Etenim cui habita fides est scribenti quæ audierat; multo magis credendus est, cum ea scribit, non quæ ab aliis accepit, sed quæ vidit et audivit. Nam si ea quæ de Christo dicta sunt, inquit, accepta habuisti, multo magis accipies ea quæ de apostolis dicturus sum. Quid igitur? an historia tantum hoc opus, et Spiritu vacuum est? Nequaquam. Quo pacto? Quoniam ea, quæ ipsi tradiderunt ii qui viderant et ministri sermonis fuerant, ex Spiritu erant. Et cur non dixit, Sicut tradiderunt nobis, qui Spiritu sancto dignati erant, sed, *Qui ab initio viderunt?* Quia hoc maxime fidem facit, cum ab

¹ Sic omnes Editi et Mss. At in Novo Testamento Græco legitur *et deinde*, et in Vulgata *undecim*; et hæc vera lectio est.

ους και άσυνέτους άθρόον άλλους άντ' άλλων γενημέ-
νους, και χρημάτων ύπεροπτίας, και δόξης, και θυμού,
και επιθυμίας, πάντων άπλώς άνωτέρους γεγονότας,
και πολλήν τήν όμόνοιαν έχοντας, και ούδαμού ούδε-
μιαν βασκανίαν ώς ξεμπροσθεν, ούδέ τόν περι πρωτείων
έρωτα, άλλα πᾶσαν άπικριβωμένην έν αύτοίς τήν
άρετήν, και τήν άγάπην μετ' ύπερβολής διαλάμπου-
σαν, ύπερ ης και πολλά παρήγγειλαν αύτοίς λέγων,
ότι 'Εν τούτῳ γινώσκονται πάντες, ότι έμοι μαθη-
ται έστε, έάν αγαπάτε άλλήλους. "Εστι δέ και δό-
γματα ένταύθα εύρειν, άπερ, ει μη τούτο ην τὸ βι-
βλίον, ούδενι σαφώς ούτω γνώριμα έγέγοντο· άλλα
τὸ κεφάλαιον τῆς σωτηρίας ημῶν άπεκρύπτετο, και
άδηλον ην, και βίου και δογμάτων ένεκεν. Τὸ πλέον
δὲ τῶν ένταύθα έγχειμένων, Παύλου πράξεις εἰσὶ, τοῦ
περισσότερον πάντων κοπιάσαντος. Και τὸ αἴτιον,
ότι αὐτοῦ φοιτητῆς ην ὁ τὸ βιβλίον τούτου συνθεῖς
Λουκάς ὁ μακάριος· οὐ τήν άρετήν πολλαχόθεν μὲν
και άλλοθεν έστιν ιδεῖν, μάλιστα δὲ εκ τοῦ πρὸς τὸν
Διδάσκαλον άδιασπάστως έχειν, και διαπαντός αὐτῷ
παρakoλουθεῖν. "Οτε γοῦν Δημᾶς και Έρμογένης
αὐτὸν έγκατέλιπον, ὁ μὲν εἰς Γαλατίαν, ὁ δὲ εἰς Δαλ-
ματίαν άπεβίβη, άκουσον τί φησι περι τούτου· Λου-
κάς έστι μόνος μετ' έμοῦ· και Κορινθίους δὲ έπι-
στέλλων περι αὐτοῦ φησιν· Οὐ ὁ έπαικος έν τῷ
Εὐαγγελίῳ διὰ πιστῶν τῶν Έκκλησιῶν. Και όταν
λέγῃ, ότι 'Μωσῆ Κηφᾶ, εἶτα τοῖς δώδεκα· και,
Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, ὁ παρελάβετε, τὸ τούτου λέ-
γει· ὡστε οὐκ άν τις άμάρτιον τήν πραγματείαν ταύ-
την αὐτῷ αναθεῖ. "Οταν δὲ εἴπω, τούτω, τῷ Χριστῷ
λέγω. Εἰ δὲ τις λέγοι· Και τί δήποτε οὐχι πάντα
4. Vide quomodo illos abducat a pluralitate deorum. *Quia statuit diem*, inquit, *in qua judicaturus est orbem in æquitate*. Vide rursus orbem dicit, sic homines vocans. *In viro in quo statuit, suscitans eum a mortuis*. Vide quomodo iterum passionem manifestavit, resurrectionem memorans. Quod autem verum sit iudicium, palam est ex resurrectione; inde enim id arguitur: et quod omnia vera sint, inquit, palam est ex eo quod resurrexerit: quodque omnibus hanc præbuerint fidem, quod resurrexerit ex mortuis, et hoc denique manifestum est. Hæc dicta sunt Atheniensibus; et opportune nobis etiam dicantur, omnibus ubique agendam pœnitentiam esse, quia designavit diem in quo judicaturus est orbem. Vide etiam quomodo illum iudicem inducat, et mundi providentiam habentem, benignum, misericordem, potentem, sapientem, omniaque prorsus quæ sunt Creatoris habentem. Confirmationem præbuerunt dicta, eum a mortuis resurrexisse. Pœnitentiam ergo agamus: omnino enim iudicari oportet. Si non resurrexit Christus, non iudicamur; si resurrexit, omnino iudicamur. *In hoc enim et mortuus est, ut et vivis et mortuis imperet* (Rom. 14. 9), inquit; et rursus: *Omnes enim astantibus ante tribunal Christi, ut unusquisque referat secundum ea quæ fecit* (Ibid. v. 10. et 2. Cor. 5. 10). Ne putetis hæc verba solum esse: ecce et resurrectionem omnium memoravit; neque enim aliter iudicatur orbis. Etiam illud, *Suscitans eum a mortuis*, de corpore dictum est: ipsum enim inortuum erat, hoc ceciderat. Apud gentiles, sicut creatio, ita et iudicium contemnitur. Hæc autem puerorum commenta sunt, et ebriorum hominum. Sed nos qui hæc accurate didicimus, aliquid utile faciamus, studeamusque familiares esse Christo¹. Usquequo ejus inimici erimus? usquequo minus suaviter erga illum affecti erimus? Absit, inquit; cur hæc dicis? Nolem hæc dicere, nisi vos faceretis; nunc vero quæ utilitas ex silentio, cum res ita perspicue clament? Quomodo igitur illum diligemus? Sexcenties dixi, sed nunc quoque dicam. Modum invenisse mihi videor magnum et mirabilem. Postea quam Dei beneficia communiter nobis et aliis data reputavimus, quæ tot tantaque sunt ut enumerari non possint, et pro iis omnibus gratias ipsi egimus: quæ singulis nostrum contulit cogitemus omnes, et quotidie in mentem revocemus. Quoniam igitur hæc magnam vim habent, unusquisque nostrum secum reputet, et accurate exploret, num aliquando in periculum lapsus, inimicorum manus effugerit, et quasi in libro Dei beneficia descripta habeat: exempli causa, num aliquando ante lucernam viam capessens, periculum effugerit; num cum iniquis congressus hominibus, superior evaserit;

num in morbum lapsus, desperantibus omnibus, convalescerit; multum enim hoc valet ad Deum nobis propitium reddendum. Nam si Mardochæus ille, ubi rex in mentem revocavit beneficia illa ab ipso sibi præstita, ita acceptus illi fuit, ut ad illum gloriæ splendorem veniret; multo magis nos, si memores fuerimus, et si duo illa diligenter exploremus, quid nos peccaverimus in Deum, et quæ nobis ille beneficia contulerit: sic et nos grati erimus, et omnia confundemus. Sed nemo hæc secum reputat; verum sicut de peccatis loquimur, dicentes nos peccasse, nulla facta speciatim peccatorum recensione: sic et de beneficiis Dei loquentes, dicimus Deum nos beneficio affectis, nec speciatim beneficia exploramus: non dicimus, ubi, quanta, quo tempore. Sed abbiec multam adhibeamus diligentiam. Nam si quis etiam vetera repetere potest, omnia accurate in mentem revocet, quasi magnum reperturus thesaurum. Hoc etiam nobis utile est, ut non desperemus. Nam cum viderimus ipsum sæpe nobis patrociniatum esse, non desperabimus nec putabimus nos abjectos fuisse; sed magnum accipiemus pignus ejus erga nos providentiæ, cum cogitaverimus nos peccantes non puniri, sed ejus patrocinio frui.

5. *Historia pueri cujusdam agri*. — Dicam ego aliquid, quod a quopiam audivi. Erat quidam puer, quem contigit cum matre in agro esse, cum nondum quindecim annorum esset: tunc gravi et corrupto ingruente aere, utrumque febris invasit: erat autem autumnus tempestas. Tunc mater urbem ingredi præoccupavit: puer vero a medicis jussus illuc manere, cum febris flagraret, cœpit gargarizare, apud se ratiocinans, pulansque sic febrim exstingui posse, si nihil omnino alimenti acciperet. Utpote puer, ex intempestiva contentione nihil accepit. Ut autem ad urbem venit, lingua paralysi tacta est, ita ut diu non loquens, nihil articulatum pronuntiare posset; sed legebat quidem, et magistros multo tempore adibat; sed frustra et absque signo ullo. Omnis ergo spes ab illo exciderat, materque ejus multum dolebat. Multa medici, multa alii excogitarunt, sed incassum: donec benignus Deus linguæ vinculum curavit, tuncque convalescit, et pristinam loquendi facultatem accepit. Narrauit autem ipsius mater, cum puerulus esset, ipsum in nare morbum habuisse, quem vocant polypum; rursusque medicos desperavisse, optasseque matrem ut moreretur, patremque ipsi maledixisse (adhuc enim vivebat): omniaque denuo anxietate plena erant. Ille vero tussiendo, ex mucore feram illam spiritus impetu ex naribus ejecit, omniaque gravia soluta sunt. Hoc sedatio malo fluxus per oculos acer et viscosus fluens, tales tamque crassas lenas efficiebat, ut pellicula pupillæ obduceretur, quodque grave erat, cæcitatem minabatur, omnesque futuram illam dicebant. Sed hoc etiam morbo per Dei gratiam cito liberatus est.

Historia alia ad ipsum Chrysostomum pertinens. — Et hæc quidem audivi; quæ vero ipse scio, narrabo vobis. Mota est tyrannorum suspicio in civitate nostra,

¹ Unus habet, *Deo*, pro, *Christo*.

dum adhuc adolescens essem : militibusque omnibus circum civitatem foris positis, forte libellos quærebant præstigiæ et magicos. Et qui scripserat librum, incompactum projecit in flumen, captusque est; et cum ab illo requireretur, dare non potuit, sed per urbem vincetus ducebatur. Cum autem auctis iudiciis et probationibus, pœnas dedisset : tunc ego cum in martyrium ¹ ire vellem, transibam per hortos juxta flumen cum alio quodam : qui ut vidit supernatantem librum, primo se linteum videre putavit, ac descendens recepit; ut accessit vero, librum esse vidit, et descendens cepit. Ego vero contendebam, quasi de re communi reperia, ridebamque. Sed videamus, inquit ille, quid sit : revolutaque paginæ parte magica descripta invenit. Accidit autem eodem tempore militem transire. Hinc vero socius illo occultato abiit, et timore tabescebat. Quis enim credidisset nos e flumine illum sustulisse, cum omnes etiam non suspecti detinerentur? Abjicere non audebamus, ne videremur, et pari timore cohibebamur ne divideremus. Deo tamen juvante projecimus, et ab extremis periculis erepti sumus. Innumera dicere possem si vellem : hæc autem in vestri gratiam dixi; ut si quis, si non in paria, in alia tamen incidat, eorum memoriam semper servet. Verbi gratia, si lapis, in te conjectus, te-

¹ *Martyrium*, ecclesia martyrum, vel in qua reliquiæ martyrum habebantur. Vox frequens apud scriptores ecclesiasticos.

que recta impetens, non in te incidat, hujus semper sis memor : hoc nobis magnam Dei amicitiam conciliat. Si enim cum recordamur hominum, qui nos servaverunt, magnopere dolemus, si non possimus ipsis vicem rependere : multo magis Deo gratias habere oportet. Id et alias utile est. Si itaque volumus non inivium dolere, dicamus : *Si bona suscepimus a Domino, annon mala feremus (Job 2. 10)?* Et Paulus ideo dicebat, unde liberatus esset, ut alios admoneret. Vide et Jacobum, quomodo illa omnia in mente habuit; ideo dicebat : *Angelus qui eripuit me a juventute mea (Gen. 48. 16)*. Sed cogitemus non solum quod cruerit, sed etiam quomodo et qua in re. Vide igitur illum speciatim beneficia commemorantem. *In virga mea, inquit, transivi Jordanem (Gen. 32. 10)*. Judæi vero etiam eorum, quæ majoribus suis evenerant, semper memores erant, repetentes ea, quæ in Ægypto acciderant. Et nos ergo multo magis eorum, quæ nobis acciderunt, memores simus, quoties in angustias et calamitates incidimus; et nisi Deus manuum porrexisset, jamdiu periissemus. Hæc cogitantes omnes et quotidie repetentes, gratias semper Deo agamus, et in communi omnes gloriam ipsi referamus, neque illum celebrare cessemus, ut grati animi magnam recipiamus mercedem : gratia et miserationibus unigeniti ejus Filii, quicum et una Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXXIX.

CAP. 17. v. 32. *Cum audissent autem resurrectionem mortuorum, alii quidem irridebant, alii vero dicebant : Audiemus te de hoc iterum.* 33. *Et sic Paulus exiit de medio eorum.*

1. Cur Paulus, cum sic persuasisset, ut Athenienses dicerent, *Audiemus te de hoc iterum*, cumque nulla essent pericula, festinat Athenienses relinquere? Forte sciebat se non multum lucri facturum : alioquin etiam a Spiritu Corinthum ducebatur. 33. *Quidam vero viri adhærentes ei, crediderunt : in quibus et Dionysius Areopagita, et mulier nomine Damaris, et alii cum eis.* (Cap. 18.) 1. *Post hæc autem egressus Paulus Athenis, venit Corinthum : 2. et inveniens quemdam Judæum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ex Italia, et Priscillam uxorem ejus (eo quod præcepisset Claudius discedere omnes Judæos Roma), accessit ad eos : 3. et quia ejusdem erat artis, manebat apud eos, et operabatur : erant autem scenofactoriæ artis.* Jure Corinthum, ut dixi, a Spiritu ducitur, in qua manere oportebat. Athenienses enim, etsi novæ concionis amatores essent, non attendebant tamen : neque enim id curabant, sed ut semper quid dicendum haberent : id quod etiam fecit ut secederent. Si hoc autem illis in more erat, cur accusat illum, *Novorum dæmoniorum annuntiator esse videtur?* Sed hæc valde obscura illis esse videntur. Attamen persuasit Dionysio Areopagitæ et aliis quibusdam. Nam qui de vita recte agenda curabant, cito verbum acce-

perunt; cæteri vero non item. Videtur ergo Paulus satis habuisse, quod fidei semina jecisset : major enim pars vitæ illius jam transacta erat. Nam sub Nerone consummatus est; a Claudio autem tunc bellum contra Judæos moveri incipiebat, procul quidem, atque ut verisimile est, ut sese emendarent; ac Roma ut pestiferi pellebantur.

Paulus cur vincetus Romam ducitur. — Ideo ex dispensatione divina fit, ut Paulus vincetus illuc ducatur, ut ne quasi Judæus pellatur, sed quasi sub militibus agens, in custodia sit. *Et mansit, inquit, apud illos.* Papæ I quam justitiam invenit, ut cum illis habitet! Quia enim hic potissimum oportebat illum non accipere, ut ipse ait : *Ut in quo gloriantur, inveniantur sicut et nos (2. Cor. 11. 12)*; providetur ut illic marceat.

4. *Et disputabat in synagoga per omne sabbatum, suadebatque Judæis, et Græcis.* 5. *Cum venissent autem de Macedonia Silas et Timotheus, coarctabatur spiritu Paulus, testificans Judæis Christum Jesum.* Id est, molesti erant illi, insurgabant in eum : sic illi agebant. Quid vero Paulus? Relinquit eos, multumque terret. Non ultra necessarium erat, inquit, vobis loqui verbum; sed obscurius loquitur. 6. *Contradicientibus autem eis et blasphemantibus, excutiens vestimenta sua, dixit eis : Sanguis vester super caput vestrum : mundus ego, ex hoc ad gentes vadam.* 7. *Et migrans inde, intravit in domum cujusdam, nomine Justi, colentis Deum, cujus domus erat conjuncta synagogæ.* 8. *Crispus autem*

εἶναι τὴν εὐρεσιν, καὶ ἐγέλων. Ἄλλ' ἴδωμεν, φησιν, ὃ τί ποτε καὶ ἔστιν. Ἀνακλᾷ μέρος τῆς σελίδος, καὶ εὐρίσκει ἐγγεγραμμένα μαγικά. Συνέθη δὲ κατὰ ταυτὴν στρατιώτην παριέναι. Εἶτα ἐνδοθεν λαθὼν ἀπῆει, καὶ ἐπετήγει τῷ δέει. Τίς γὰρ ἂν καὶ ἐπίστευσεν, ὅτι ἀπὸ τοῦ πρταμοῦ λαθόντες ἀνειλόμεθα, πάντων τότε καὶ τῶν ἀνυπόπτων κατεχομένων; Καὶ ῥῖψαι οὐκ ἐτολμῶμεν, μὴ ὀφθῶμεν, καὶ καταμερίσαι αὐτὸ πάλιν ὁμοιον δέος ἦν. Ἐδῶκε γοῦν ὁ Θεὸς, καὶ ἐβρίψαμεν, καὶ ἔσχατον ἀπηλάγγημεν τότε τῶν κινδύνων. Καὶ μυρία ἂν ἔχοιμι λέγειν, εἰ πάντα καταλέγειν ἐθέλοισι. Καὶ ταῦτα δὲ ὁμῶν ἔνεκεν εἶπον, ὥστε εἰ τις κἂν μὴ τοιαῦτα, ἀλλ' ἕτερα τίνα ἔχοι, ταῦτα μεμνήσθω διηλεκτῶ· οἷον, εἰ ποτε λίθος τις ἐνεγκθείς, μέλλων ἐπὶ σὲ ἔρκεσθαι, καὶ οὐκ ἐπὶ σὲ ἦλθε, τοῦτο ἀείμνηστον ἔχε· μεγάλην ταῦτα ποιεῖ πρὸς Θεὸν φιλίαν ἡμῖν. Εἰ γὰρ ἀνθρώπων ἀναμνησθέντες τῶν δ. α. σωμάτων ἡμᾶς, πᾶνυ δακνόμεθα, ὅταν αὐτοὺς ἀμείψασθαι μὴ δυνηθῶμεν· πολλῶν μᾶλλον ἐπὶ Θεοῦ. Τοῦτο καὶ ἀλλοτρίως χρῆσιμον. Ὅταν οὖν βουλόμεθα μὴ ἀλύειν, λέγομεν δὴ· *Εἰ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα παρὰ Κυρίου,*

τὰ κακὰ οὐχ ὑποίσομεν; Καὶ Παῦλος διὰ τοῦτο ἔλεγεν ὅθεν ἐβρύσθη, ἵνα κάκεινους ἀναμνήσῃ. Ὅρα καὶ ὁ Ἰακώβ πῶς πάντα ταῦτα ἐν νῷ εἶγε· διὸ καὶ ἔλεγεν· Ὁ ἄγγελος ὁ φρονιμὸς με ἐκ νεότητός μου. Καὶ μὴ μόνον, ὅτι ἐβρύσατο, ἀλλὰ πῶς καὶ ἐπὶ τίνι ἐνοῶμεν. Ὅρα γοῦν κάκεινον ἰδικῶς μνημονεύοντα τῶν εὐεργεσιῶν. Ἐν τῇ *ράβδῳ μου*, φησὶ, *διήλθον τὸν Ἰορδάνην*. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι καὶ τῶν ἐπὶ προγόνων μέμνηται αἰεὶ, τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον στρέφοντες. Οὐκοῦν πολλῶν μᾶλλον ἡμεῖς τῶν οικείων καὶ εἰς ἡμᾶς συμβεβηκότων, ποσάκις εἰς ἐπηρείας καὶ συμφορὰς ἐμπεπτώκαμεν· καὶ εἰ μὴ ὁ Θεὸς χεῖρα ὑπερέσχε, πάλαι ἂν ἀπολώλειμεν. Ταῦτα ἐνοοῦντες ἅπαντες, καὶ ἀναλεγόμενοι καθ' ἑκάστην, χάριν εἰδῶμεν διηλεκτῶ τῷ Θεῷ, καὶ πάντες κοινῇ δόξαν αὐτῷ ἀναπέμψωμεν, καὶ δοξάζοντες αὐτὸν μὴ διαλιμπάνωμεν, ἵνα τῆς εὐγνωμοσύνης πολλὴν τὴν ἀμοιβὴν κομισώμεθα, χάριτι καὶ ἀκτιρμοῖς τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ, μεθ' οὗ ὅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΑΘ'.

Ἀκούσαντες δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον, οἱ δὲ εἶπον· Ἀκουσόμεθά σου πάλιν περὶ τούτου. Καὶ οὕτως ὁ Παῦλος ἐξήλθεν ἐκ μέσου αὐτῶν.

α'. Τί δήποτε πείσαντος οὕτως αὐτοῦ ὡς καὶ εἶπεν Ἀθηναῖους, Ἀκουσόμεθά σου πάλιν περὶ τούτου, καὶ κινδύνων οὐκ ὄντων, ἐπιτίγεται τὰς Ἀθήνας ἀφεῖναι ὁ Παῦλος; Ἴσως ἦδει οὐ μέγα ὀνήσων· ἄλλως τε καὶ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος εἰς Κόρινθον ἦγετο [295]. Τινὲς δὲ ἄνδρες κολληθέντες αὐτῷ, ἐπίστευσαν, ἐν οἷς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, καὶ γυνὴ ὀνόματι Δάμαρις, καὶ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς. Μετὰ δὲ ταῦτα χωρισθεὶς ὁ Παῦλος ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, ἦλθεν εἰς Κόρινθον. Καὶ εὐρών τινὰ Ἰουδαῖον ὀνόματι Ἀκύλαν, Πορτικὸν τῷ γένει, προσφάτως ἐληλυθότα ἀπὸ τῆς Ἰταλλίας, καὶ Πρίσκιλλαν γυναῖκα αὐτοῦ (διὰ τὸ διατεταχέναι Κλαύδιον χωρίζεσθαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τῆς Ῥώμης), προσῆλθεν αὐτοῖς· καὶ διὰ τὸ ὁμοτέχρον εἶναι, ἔμεινε παρ' αὐτοῖς, καὶ ἐργάζετο ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τῇ τέχνῃ. Εἰκότως εἰς Κόρινθον, ὡς ἔφην, ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἦγετο, ἐν ᾗ μένειν ἔδει. Οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι, καίτοι ξένης ὄντες ἀκροάσεως ἔρασταί, ὅμως οὐ προσείχον· οὐ γὰρ τοῦτο ἐσπούδαζον, ἀλλ' ὥστε αἰεὶ τι ἔχειν εἰπεῖν· ὅπερ αὐτοὺς καὶ ἀποσχέσθαι ἐποίησεν. Εἰ δὲ τοῦτο ἦν αὐτοῖς ἔθος, πῶς ἐγκαλοῦσιν, ὅτι *ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγχελεῦς εἶναι*; Ἀλλὰ ταῦτα σφόδρα ἦν ἄπορα. Ἀλλ' ὅμως ἔπεισε τὸν Διονύσιον τὸν Ἀρεοπαγίτην καὶ ἑτέρους τινάς. Οἱ μὲν γὰρ ἐπιμελούμενοι βίου, ταχέως ἐδέξαντο τὸν λόγον, οἱ δὲ λοιποὶ οὐκ ἔτι. Ἰκανῶς οὖν ἔχειν ἔδοξε τῷ Παύλῳ τὸ καταβαλεῖν τέως τὰ σπέρματα· τὸ γὰρ πλεόν αὐτοῦ τῆς ζωῆς ἐνταῦθα προκεχωρήκει. Ἐπὶ μὲν γὰρ Νέρωνος ἐτελειώθη, ἀπὸ δὲ Κλαυδίου ἀνεβρίπιζετο λοιπὸν ὁ πρὸς

Ἰουδαίους πόλεμος, μακρόθεν μὲν, οὐκ ἀπεικὸς δὲ^α, ὥστε κἂν οὕτω σωφρονῆσαι, καὶ ἀπὸ Ῥώμης ὡς λυμειῶνες ἐλαύνοντο.

Διὰ τοῦτο οἰκονομεῖται τοῦτον ὡς δέσιμιον ἀπαχθῆναι ἐκεῖ, ἵνα μὴ ὡς Ἰουδαῖος ἀπελαύνηται, ἀλλ' ὡς ὑπὸ τῇ τάξει πράττων καὶ φυλάττηται ἐκεῖ. Καὶ ἔμεινε, φησὶ, παρ' αὐτοῖς. Βαβαί, ποῖον δικαίωμα τοῦ συνοικῆσαι εὔρεν! Ἐπειδὴ γὰρ ἐνταῦθα μάλιστα ἔδει αὐτὸν μὴ λαβεῖν, καθὼς φησιν, *Ἴνα ἐν ᾧ καυχῶνται εὐρεθῶσι καθὼς καὶ ἡμεῖς*, οἰκονομεῖται αὐτὸν μένειν ἐκεῖ. Διελθὲτο δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ κατὰ πᾶν σάββατον, ἔξειθέ τε Ἰουδαίους καὶ Ἑλληνας. Ὡς δὲ κατῆλθον ἀπὸ τῆς Μακεδονίας ὁ τε Σίλλας καὶ ὁ Τιμόθεος, συνελθόντες τῷ Πνεύματι ὁ Παῦλος διαμαρτυρούμενος τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. Τουτέστιν, ἐπηρεάζον αὐτῷ, ἐφίσταντο αὐτῷ. Ἀλλ' οἱ μὲν οὕτω· τί δὲ ὁ Παῦλος; Ἀφίσταται αὐτῶν, καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ φόβου. Οὐκ ἔτι γὰρ ὁμῶν, φησὶν, ἦν ἀναγκαῖον λαληθῆναι τὸν λόγον· ἀλλὰ καὶ αἰνίττεται αὐτοὺς. Ἀντιτασσομένων δὲ αὐτῶν καὶ βλασφημούντων, ἐκτιναξάμενος τὰ ἱμάτια, εἶπε πρὸς αὐτούς· *Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν. Καθαρὸς ἐγώ, ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς τὰ ἔθνη πορεύσομαι. Καὶ μεταδᾶς ἐκείθεν ἦλθεν εἰς οἰκίαν τινὸς ὀνόματι Ἰούστου σεβομένου τὸν Θεόν, οὗ ἡ οἰκία ἦν συνομοροῦσα τῇ συναγωγῇ. Κρίσπος δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος ἐπίστευσε τῷ Κυρίῳ σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· καὶ πολλοὶ τῶν Κορινθίων ἀκούοντες, ἐπίστευον καὶ ἐβαπτίζοντο.* Ὅρα πῶς πάλιν εἰπὼν, *Ἀπὸ τοῦ νῦν*, οὐδὲ οὕτως αὐτῶν ἀμελεῖ· ὥστε τοῦ διεγείραι ἔνεκεν εἶπε τοῦτο. Καὶ λοιπὸν ἦλθε πρὸς Ἰούστον, οὗ ἦν ἡ οἰκία ὁμοροῦσα τῇ συναγωγῇ. Ἐγεινίαζεν ὥστε καὶ ζῆλον ἔχειν^β ἀπὸ τῆς γειτνιασεως,

^α Οὐκ ἀπεικὸς δὲ deest in quibusdam.

^β Alius ὥστε καὶ τοῦ ζῆλον ἔχειν.

[296] ἐπερ ἤθελον. *Κρίσπος δὲ*, φησὶν, ὁ ἀρχισυν-
 ἀγωγος ἐπίστευσε τῷ Κυρίῳ σὺν ὀλίγῳ τῷ ὀλίγῳ αὐτοῦ.
 Καὶ τοῦτο μάλιστα ἱκανὸν πρὸς τὸ ἐπαγαγέσθαι. *Εἶπε*
 δὲ ὁ Κύριος δι' ὀράματος ἐν νυκτὶ τῷ Παύλῳ· *Μὴ*
 φοβοῦ, ἀλλὰ λάλει, καὶ μὴ σιωπήσης, διότι ἐγὼ
 εἰμι μετὰ σοῦ, καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεται σοὶ τοῦ κακῶ-
 σαι σε, διότι λαὸς ἔστι μοι πολλὸς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ.
 Ὅρα διὰ πόσων αὐτὸν πείθει, καὶ πῶς ὁ μάλιστα αὐτὸν
 ἤρει, τοῦτο ὑστερον αὐτῷ λέγει· Ὅτι λαὸς ἔστι μοι
 πολλὸς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. Πῶς οὖν συνεπέθεντο αὐτῷ,
 εἶποι τις ἄν; Καὶ μὴν οὐδὲν ἰσχυσαν, ἀλλ' ἤγαγον αὐ-
 τὸν μόνον πρὸς τὸν ἀνθύπατον. *Ἐκάθισέ τε ἐνιαυτὸν*
καὶ μῆνας ἕξ, διδάσκων ἐν αὐτοῖς τὸν λόγον τοῦ
Θεοῦ. Γαλλίωτος δὲ ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας,
κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Παύλῳ,
καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα, λέγοντες, ὅτι Παρὰ
τὸν νόμον οὗτος ἀναπειθεὶ τοὺς ἀνθρώπους σέβε-
σθαι τὸν Θεόν. Ὅρᾳς διὰ τί ἐκείναι ἀεὶ δημοσίᾳ ἐπλε-
κον κατηγορήματα; Ὅρα γοῦν ἐνταῦθα εἰπόντων τού-
 των, ὅτι παρὰ τὸν νόμον ἀναπειθεὶ τοὺς ἀνθρώπους
 σέβασθαι τὸν Θεόν, οὐδὲν τούτων ἐμέλησε τῷ ἀνθυπάτῳ,
 ἀλλ' ὑπὲρ Παύλου μᾶλλον ἀπολογεῖται. Καὶ ἄκουε πῶς
 ἀποκρίνεται· *Εἰ μὲν ἦν τῶν τῆς πόλεως ἀπέχμενον*
ἀδίκημά τι ἢ ῥαδιούργημα πονηρὸν, ὧ Ἰουδαῖοι,
κατὰ λόγον ἂν ἠνσεχόμεν ὑμῶν. Ἐπεικῆς τις ἀν-
 θρωπος οὗτος εἶναι μοι δοκεῖ· καὶ δῆλον ἐξ ὧν ἀποκρί-
 νεται συνετῶς. *Μέλλοντος δὲ τοῦ Παύλου,* φησὶν,
ἀνολῆγει τὸ στόμα, εἶπερ ὁ Γαλλίω πρὸς τοὺς Ἰου-
δαίους· εἰ μὲν ἦν ἀδίκημά τι ἢ ῥαδιούργημα πονη-
ρὸν, ὧ Ἰουδαῖοι, κατὰ λόγον ἂν ἠνσεχόμεν ὑμῶν·
εἰ δὲ ζήτημά ἐστι περὶ λόγου καὶ ὀνομάτων καὶ νό-
μου τοῦ κυθ' ὑμᾶς, ὄψεσθε αὐτοί· κριτὴς γὰρ ἐγὼ
τούτων οὐ βούλομαι εἶναι. Καὶ ἀπήλασεν αὐτοὺς
ἀπὸ τοῦ βήματος. Ἐπιλαθόμενοι δὲ πάντες οἱ Ἑλ-
ληνες Σωσθέτην τὸν ἀρχισυνάγωγον ἔτυπτον ἐμ-
προσθεν τοῦ βήματος, καὶ οὐδὲν τούτων τῷ Γαλλίῳ
ἔμελε. Καὶ ἐντεῦθεν πάλιν τὸ εὐαγγελιστικὸν τὸ ἀνδρὸς
δείκνυται. Τυπτομένου γὰρ αὐτοῦ, οὐχ ἡγήσατο ἴδιαν
ὑβρίν εἶναι· εὐτως ἦσαν ἰταμοὶ οἱ Ἰουδαῖοι.

β'. Ἴδωμεν δὲ ἄνωθεν τὰ ἀνεγνωσμένα. *Ἀκούσαντες*
δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον, οἱ δὲ εἶπον·
Ἀκουσόμεθά σου πάλιν. Πόσα μεγάλα καὶ ὑψηλὰ
 ἀκούσαντες, οὐδὲ προσεῖχον, ἀλλ' ἐχλεύαζον! Τὴν ἀνά-
 στασιν δὲ ἐχλεύαζον· *Ψυχικός γὰρ ἄνθρωπος οὐ δέχε-*
ται τὰ τοῦ Πνεύματος. Καὶ οὕτω, φησὶν, ἐξῆλθεν ὁ
Παῦλος ἐκ μέσου αὐτῶν. Οὕτω· πῶς; Τοὺς μὲν πελ-
σας, ὑπὸ δὲ τῶν γελῶμενος. Χωρισθεὶς δὲ ἀπὸ Ἀθη-
νῶν, φησὶν, ἦλθεν εἰς Κόρινθον. Καὶ εὐρῶν τινα
Ἰουδαίων ὀνόματι Ἀκύλαν, Ποντικῶν τῷ γένει,
προσφάτως ἐληλυθότα ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, ἔμεινε παρ'
αὐτοῖς καὶ εἰργάζετο. Ὅρα, πῶς ὁ νόμος ἀρχεται κα-
ταλύεσθαι λοιπόν. Κειραμένος γὰρ, Ἰουδαῖος ὢν, οὗτος
ἐν Κεγχρεαῖς μετὰ ταῦτα, εἰς Συρίαν συναπέρχεται
Παῦλῳ. Ποντικὸς ὢν, οὐκ ἐν Ἱεροσολύμοις οὐδὲ πη-
σίον ἔσπευδεν ἐλθεῖν, ἀλλὰ μακροτέρω. Παρ' αὐτῷ [297]
γοῦν μένει, καὶ οὐκ αἰσχύνεται μένων, ἀλλὰ καὶ δι'
αὐτὸ τοῦτο μένει, ὡς ἐπιτήδειον εὐρῶν καταγύγιον·
 πολλῷ γὰρ αὐτῷ τῶν βασιλείων ἐπιτηδείωτερον ἦν. Καὶ
 μὴ γελᾶσης ἀκούων, ἀγαπητέ. Καθάπερ γὰρ ἀθλητῆ
 ἡ παλαιτέρα τῶν ἀπαλῶν σερμαμάτων μᾶλλον χρῆσιμον·
 οὕτω καὶ τῷ πολεμιστῇ τὸ ξίφος τὸ σιδηρῶν, ἀλλ' οὐ
 τὸ χρυσοῦν. Καὶ εἰργάζεται κηρῦττων. Αἰσυνθώμεν
 ἡμεῖς οἱ καὶ χωρὶς τοῦ κηρῦττειν ἀργῶς ζῶντες. Δι-

• Alii ἐπλεκον ἀμαρτήματα, ἴνα.

ελέγετο δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ, φησὶ, κατὰ πᾶν σάββα-
 τον, ἔπειθε τε Ἰουδαίους τε καὶ Ἑλληνας. Ἀντι-
 τασσομένων δὲ αὐτῶν καὶ βλασφημούντων, ἀπέστη.
 Ταύτη προσδοκῶν αὐτοὺς ἔλξιν μᾶλλον, ἀφίσταται^b.
 Διὰ τί γὰρ ἀφείς ἐκείνην τὴν οἰκίαν, ἦλθε πλησίον τῆς
 συναγωγῆς; ἀρ' οὐχὶ διὰ τοῦτο; οὐδὲ γὰρ κίνδυνον ἔωρα
 ἐνταῦθα. *Διαμαρτυρέμενος αὐτοῖς,* φησὶν, οὐκ ἔτι δι-
 δάσκει, ἀλλὰ διαμαρτύρεται. *Ἀντιτασσομένων δὲ*
αὐτῶν, φησὶ, καὶ βλασφημούντων, ἐκτιναξάμενος
τὰ ἱμάτια εἶπε· Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν
ὑμῶν. Τοῦτο ποιεῖ, ὥστε μὴ βῆματι μόνον, ἀλλὰ καὶ
πράγματι φοβῆσαι· καὶ σφοδρότερον διαλέγεται, ἅτε καὶ
πολλοὺς πεπεικῶς. Καθαρὸς εἰμι, φησὶν, ἐγὼ· ἀπὸ τοῦ
νῦν εἰς τὰ ἔθνη πορεύσομαι. Ἄρα καὶ ἡμεῖς ὑπεύθυ-
νοὶ ἔσμεν τοῦ αἵματος τῶν ἡμῖν ἐγκεχειρισμένων, ἀμε-
λοῦντες αὐτῶν. Ὅστε καὶ ὅταν λέγῃ, Τὸ λοιπὸν κέπους
μοι μηδεὶς παρεχέτω, φοβῶν φησὶν· οὐ γὰρ οὕτως
αὐτοὺς ἐφόβει ἢ τιμωρία, ὡς ἔδαχνε τοῦτο. Καὶ μετε-
βάς ἐκείθεν, ἦλθεν εἰς οἰκίαν Ἰούστου. Μεταβαίνει
βουλόμενος αὐτοὺς πείσαι, ὅτι πρὸς τὰ ἔθνη ἠπαίετο.
Κρίσπος δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος, φησὶν, ἐπίστευσε τῷ
Κυρίῳ σὺν ὀλίγῳ τῷ ὀλίγῳ αὐτοῦ. Ὅρα τοὺς πιστοὺς
κόπε μετὰ τῆς οἰκίας τοῦ ποιοῦντας ὀλοκλήρου. Τοῦτο
δὲ γενομένου, εὐθέως καὶ ἕτεροι πολλοὶ πιστεύσαντες
ἔβαπτίσθησαν. Τοῦτον Κρίσπον λέγει τὸν ἀρχισυνάγω-
γον, περὶ οὗ φησι γράφων· Οὐδένα ἄλλον ἐβάπτισα,
εἰ μὴ Κρίσπον καὶ Γάτον. Οἶμαι δὲ τοῦτον καὶ Σω-
σθέτην λέγεσθαι, δε τοσοῦτον ἀνήρ πιστὸς ἦν, ὥστε καὶ
τὴν τεσθαὶ καὶ παραινῆσαι αὐτῷ Παύλῳ. Εἶπε δὲ, φησὶ,
ὁ Κύριος δι' ὀράματος τῷ Παύλῳ· Ἐγὼ φοβοῦ, ἀλλὰ
λάλει. Διὰ τοῦτο πολὺν χρόνον μένει ἐκεῖ· ἔπειθε μὲν
γὰρ αὐτὸν καὶ τὸ πλήθος, ἢ δὲ οἰκείωσις τοῦ Χριστοῦ
πλέον. Μείζων γὰρ ὁ κίνδυνος ἐγένετο λοιπὸν καὶ τῶν
πλειόνων πιστευόντων καὶ τοῦ ἀρχισυναγωγίου. Μὴ
φοβοῦ, φησὶ. Τοῦτο ἱκανὸν αὐτὸν διαναστήσαι, ὅτι
ἠλέγχθη φοβούμενος ἢ οὐκ ἠλέγχθη μὲν, ἀλλ' ὥστε μηδὲ
τοῦτο παθεῖν, παραβαρῦνεται. Οὐ γὰρ ἀεὶ αὐτοὺς πά-
σχειν εἰα κακῶς, ὥστε μὴ ἀσθενεστέρους γενέσθαι. Οὐδὲν
γὰρ οὕτως ἐλύπει τὸν Παῦλον, ὡς οἱ ἀπειθοῦντες, ὡς οἱ ἀν-
τιτασσομένοι. Τοῦτο καὶ τῶν κινδύνων αὐτῷ χαλεπώτερον
ἦν. Καὶ μὴ σιωπήσης, φησὶ, διότι λαὸς πολλὸς ἔστι μοι
ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. Τάχα διὰ τοῦτο αὐτῷ καὶ φαίνεται
ὁ Χριστός. Γαλλίωτος δὲ, φησὶν, ἀνθυπατεύοντος τῆς
Ἀχαΐας, κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ
Παύλῳ. Ὅρα, μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν καὶ τοὺς ἕξ μῆνας
ἐπιτίθενται, ὅτε οὐκ ἔτι ἰσχυον νόμοις χρῆσθαι ἰδίως.
 Τοῦτο μάλιστα ἐπῆρε Κορινθίους, τὸ μάλιστα πισθεῖ-
 ναι, ὅτι οὐδὲ καθήσιν ἑαυτὸν ὁ ἀρχων. Οὐ γὰρ ἦν [298]
 ἴσον ἐξ ἀντιλογίας νικῆσαι, καὶ μαθεῖν ἐκείνους, ὅτι
 οὐδὲν μέλει αὐτῷ τὰ τοῦ πράγματος. Καὶ σκόπει ἐκεῖ-
 νους πῶς ἦν συνετός. Οὐ γὰρ εἶπεν εὐθέως ἀποκρινόμε-
 νος· Οὐ μέλει μοι· ἀλλὰ τί; *Εἰ μὲν ἦν τι ἀδίκημα ἢ*
ῥαδιούργημα πονηρὸν, ὧ Ἰουδαῖοι, κατὰ λόγον ἂν
ἠνσεχόμεν ὑμῶν· εἰ δὲ ζήτημά ἐστι περὶ λόγου καὶ
ὀνομάτων, καὶ νόμου τοῦ κυθ' ὑμᾶς, ὄψεσθε αὐτοί·
κριτὴς γὰρ ἐγὼ τούτων οὐ βούλομαι εἶναι. Ἀπετεί-
χισεν αὐτοῖς τὸ δικαστήριον. Λαμπρὰ γέγονεν ἡ νίκη.
Ἐπιλαθόμενοι δὲ Σωσθέτην τὸν ἀρχισυνάγωγον,
ἔτυπτον ἐμπροσθεν τοῦ βήματος, καὶ οὐδὲν τούτων
τῷ Γαλλίῳ ἔμελε. Ὡς τῆς αἰσχύνης, ἦν ἡσχύνθη-
σαν. Καὶ οὐδὲν τούτων, φησὶ, τῷ Γαλλίῳ ἔμελε.

^b Ἀφίσταται deest in quibusdam. • Verba, εἶπε... Ἰπὸ πῶ, quae propter ὁμοτιμελευτον exciderant, ex uno cod. et interp. Lat. suppleta sunt. F.rit.

archisynagogus credidit Domino cum tota domo sua; et multi Corinthii audientes, credebant et baptizabantur. Vide quomodo iterum, cum dixisset, Ab hoc tempore, non illos tamen negligit: itaque hoc dixerat, ut illos excitaret. Et postea venit ad Justum, cujus domus erat conjuncta synagogæ. Vicinus erat, ut ex vicinia zelum haberent, si vellent. Crispus autem, inquit, archisynagogus credidit Domino cum tota domo sua. Et hoc utique satis erat ad illos adducendos. 9. Dixit autem Dominus per visionem in nocte Paulo: Noli timere, sed loquere et ne taceas, 10. quia ego tecum sum, et nemo insurget in te ut noceat tibi, quia populus est mihi multus in hac civitate. Vide quot rationibus illi suadet, et quomodo, quod illum maxime erigebat, hoc ultimo dicit: Quia populus est mihi multus in hac civitate. Quomodo ergo insurrexerunt in eum, dixerit quispiam? At non prævaluerunt, sed ad proconsulem tantum duxerunt. 11. Sedit autem ibi annum unum et sex menses, docens apud eos verbum Dei. 12. Gallione autem proconsule Achaïæ, insurrexerunt uno animo Judæi in Paulum, et adduxerunt eum ad tribunal, 13. dicentes: Quia contra legem hic persuadet hominibus colere Deum. Viden' qua de causa illi semper publicas accusationes texebant? Vide jam, quomodo dicentibus illis, ipsum contra legem persuadere hominibus colere Deum, nihil horum curare proconsulem, imo potius Paulum defendere. Et audi, quomodo respondeat: Si quidem esset ad civitatem spectans iniquum aliquid aut facinus pessimum, o Judæi, recte vos sustinerem. Æquitatis amans mihi vir ille videtur, idque manifestum est ex iis, quæ prudenter respondet. 14. Cum Paulus, inquit, os suum aperturus esset, dixit Gallio Judæis: Si quidem esset injustum aliquid aut facinus pessimum, o Judæi, recte vos sustinerem: 15. si vero quæstio est de verbo et nominibus et de lege vestra, vos ipsi videritis: judex ego horum nolo esse. 16. Et abegit eos a tribunali. 17. Apprehendentes autem omnes Græci Sosthenem principem synagogæ, percutiebant eum ante tribunal: et nihil eorum Gallioni curæ erat. Hinc rursum viri æquitas monstratur. Cum enim ille verberaretur, non putavit id ipsi contumeliæ esse: adeo petulantes Judæi erant.

2. Sed superiora repetamus. *Audientes autem resurrectionem mortuorum, alii quidem irridebant, alii vero dixerunt: Audiemus te iterum. Quanta et quam sublimia audientes, ne attendebant quidem, sed ridebant. Resurrectionem irridebant: nam Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus (1. Cor. 2. 14). Et sic, inquit, exiit Paulus de medio eorum. Sic: quomodo? Cum aliis persuasisset, ab aliis vero irrisus fuisset. Secedens autem Athenis, inquit, venit Corinthum. Et invento quodam Judæo, cui nomen Aquila, qui Ponticus erat genere et nuper venerat ex Italia, mansit apud illos et operabatur. Vide, quomodo lex jam solvi incipiat. Hic enim se postea, Judæus cum esset, totondit in Cenchreis, et in Syriam proficiscitur cum Paulo. Ponticus cum esset, nec Jerosolymam neque in vicina loca venire festinabat, sed procul erat. Apud illum ergo manet, nec manere erubescit; imo idæo*

manet, quasi idoneum nactus diversorium, et quavis regia sibi commodius. Nec rideas hæc audiens, dilecte. Ut enim palæstra athletæ magis competit, quam strata mollia: sic bellatori gladius ferreus, magis quam aureus. *Et operabatur prædicans. Erubescamus nos, qui etiam sine prædicatione vivimus otiose. Disputabat autem, inquit, in synagoga per omne sabbatum, suadebatque Judæis et Græcis. Contradicientibus autem eis et blasphemantibus, discessit. Hoc inodospersans illos allicere, discessit. Cur illa relicta domo, prope synagogam habitaturus venit? an non illa de causa? neque enim ibi periculum videbat. Testificans illis. Non jam docet, sed testificatur. Contradicientibus autem illis, inquit, et blasphemantibus, excussis vestibibus dixit: Sanguis vester super caput vestrum. Hoc facit, ut non verbo tantum, sed etiam opere terreat: et vehementius disputat, utpote qui multis persuasisset. Mundus, inquit, sum ego: ab hoc ad gentes vadam. Et nos igitur rei sumus sanguinis eorum, qui nobis concediti sunt, cum negligimus eos. Itaque cum dicit, De cætero nemo mihi molestus sit (Gal. 6. 17), ut exterreat loquitur: non enim perinde terrebat illos supplicium, ut illud mordebat. Et migrans inde, venit in domum Justi. Transit, volens illis persuadere, quod ad gentes festinet. Crispus autem archisynagogus, inquit, credidit Domino cum tota domo sua. Vide tunc fideles cum tota domo hoc fecisse. Post hæc autem alii quoque multi credentes baptizati sunt. Hunc Crispum dicit archisynagogum, de quo ait: Nullum alium baptizavi, nisi Crispum et Gaium (1. Cor. 1. 14). Puto autem hunc et Sosthenem dici, qui vir adeo fidelis fuit, ut percussus fuerit et semper Paulo adfuerit. Dixit autem, inquit, Dominus per visionem in nocte Paulo: Noli timere, sed loquere. Ideo multo ibi tempore manet: id enim illi suavis multitudo, sed familiaritas Christi magis. Major enim tunc erat periculum, multis credentibus et ipso archisynagogo. Noli timere, inquit. Hoc satis erat ad illum excitandum, quia timere deprehensus fuit; nisi forte non timere sit deprehensus, sed confortetur ut nihil tale patiatur. Non enim semper illos male pati sinebat, ne infirmiores evaderent. Nihil enim ita Paulum mœrore afficiebat, ut increduli et contradicentes: hoc ipsis periculis molestius erat. Et ne tacens, inquit, quia multus mihi populus est in hac civitate. Ideo fortasse illi Christus apparet. Gallione autem, inquit, proconsule Achaïæ, insurrexerunt uno animo Judæi in Paulum. Vide, post annum et sex menses insurgunt in eum, quando jam non poterant suis uti legibus. Hoc maxime Corinthios extoliebat, quod persuasi essent principem non sese demissurum esse. Non enim idem erat ex contentione vincere, et discere ipsum hæc negotia nihil curare. Et perpense quam prudens ille esset. Non enim statim respondit, Nihil curo; sed quid? Si quidem esset iniquum aliquid aut facinus pessimum, o Judæi, recte vos sustinerem; si vero quæstio est de verbis et nominibus et de lege vestra, vos ipsi videritis: judex ego horum nolo esse. Excludit eos a tribunali. Splendida fuit victoria. Apprehensum*

autem Sosthenem principem synagogæ, percusserunt ante tribunal. Et nihil eorum Gallioni curæ erat. O turpitudinem, quam subiere! Et nihil eorum, inquit, Gallioni curæ erat; etsi totum in ejus contumeliam vergeret. Sed illi quasi potestate accepta percutiunt, pudore affecti, illegitimi furoris opus edentes. Et cur ille non vicissim percussit, etsi potestatem haberet? Sed philosophari edocebantur. Nec vicissim percussit, ut judex ediceret, quis mansuetior esset. Ille præsentibus non parum profuit: docuit enim horum æquitas, illorumque ferocia, hæc judicis calculo opus habuisse. At hi omnia citra ordinem faciunt. Nec dixit ille, Non oportet, ne rursus percuterent illum, sed, *Nolo. Judex enim horum esse nolo*: adeo æquitatis amans erat. Hoc et Pilatus dicebat de Christo: *Accipite eum vos, et secundum legem vestram judicate* (Joan. 18. 31). Ille secundum legem volebat illos judicare; illi vero quasi ebrii et furibundi affecti erant. Ideo ille Athenis secessit, *Quia populus illic erat multus*. Percutiebatur, et nihil dicebat.

3. *Mansuetudo commendatur. Contumelia afficiens magis contemnitur, quam contumelia affectus.* — Huic et nos imitemur: percutientibus mansuetudine vicem rependamus, silentio, patientia. Hæc vulnera sunt graviora; major plaga et molestior est: non enim in corpore, sed in animo percuti grave est. Multos percutimus, sed quia ut amicos, delectantur ipsi; si vero quemvis cum contumelia percusseris, quia cor tetigisti, magnum intulisti mœrorem: ita magis cor ipsum percutimus. Quod autem lenitas magis feriat, quam ferocia, age pro virili demonstramus. Manifesta quidem demonstratio opere fit et experimento: si tamen placet, etiam sermone examinemus, quamvis id jam sæpe fecerimus. In contumeliis nihil ita nos male afficit, ut spectantium calculus: non enim pars est publice contumelia affici, atque seorsim; sed illas facile ferimus contumelias, quæ in deserto, quæ nemine teste vel sciente inferuntur. Sic non contumeliæ natura est, quæ male afficit, sed cum palam inferitur: ut si quis publice honoret, et seorsim contumelia afficiat, ei gratiam habebimus. Itaque non in natura contumeliæ dolor est, sed in spectantium calculo, ne hinc in contemptum cadatur. Quid igitur si spectatores pro nobis sint? annon tunc is, qui contumeliam infert, illam accipit, cum spectatores pro nobis calculum ferunt? Dic mihi, utrum contemnunt illi, cumne qui contumeliam infert, an eum qui illam accipit et tacet? Ira certe suggerit illum esse, qui contumeliam accipit. Nunc vero, cum ab animi motu liberi sumus, perpendamus ne tunc abripiamur. Utrum ergo damnamus omnes? Procul dubio contumeliam inferentem; et si minor sit, etiam insanire illum dicemus; si æqualis, desipere; si major, neque sic approbamus. Uter, quæso, approbatione dignus est, qui turbatur, agitur, effertur, contra communem naturam sic affectus; an is qui in tranquillitate degit, in portu et in philosophia multa? annon hic angelo similis est, ille ne homini quidem. Hic namque ne propria quidem potest mala

portare, ille vero fert etiam aliena: hic ne seipsum quidem ferre potuit, ille potuit et alium: ille in naufragio est, hic in tuto navigat ac secundo cursu navis fertur: neque enim permisit furoris ventum in vela incidentem, animi navem submergere, sed lenis benignitatis aura, cum quiete multa illum in philosophiæ portum inducit. Et sicut in navi, quæ submergitur, nautæ nesciunt quæ abjiciant, an suorum an alienorum deposita, sed omnium pariter jacturam faciunt, pretiosorum, et minime talium; ubi vero tempestas sedata est, tunc secum reputantes quanta projecerint, lacrymantur, nec tranquillo aere fruuntur, ob jacturam: ita et hic, cum spirat furor et tempestas excitatur, nesciunt quæ debito ordine ejicere oporteat; ubi vero cessavit ira, tunc recogitantes quanta abjecerint, damnum considerant, et quietem non sentiunt, memores verborum, quibus se dehonestarunt, damnumque maximum passi sunt, non in pecuniis, sed in existimatione æquitatis et mansuetudinis. Veræ tenebræ sunt furor et ira. *Dixit insipiens in corde suo, inquit, Non est Deus* (Psal. 13. 1). Id forte de irato opportune dicatur: dixit iratus, Non est Deus. Nam *Secundum multitudinem iræ suæ non quæret* (Psal. 10. 4. sec. Hebr.), inquit. Pia enim cogitatio ingressa omnes depellit et pulsat, omnes transversos agit. Nisi tu magis doleas, quam is cui contumelia inferitur, infer illam, etiamsi nullus sit qui accuset: nisi conscientiæ tribunal te seorsim ductum millies verberet. Cum ergo audieris contumelia affectum, amarum nullum verbum protulisse, nonne hinc magis doles? Dic mihi, quomodo hominem mitem, humilem, modestum mille conviciis onerasti? Hæc frequenter dicimus, neque opere completa videmus. Homo cum sis, hominem contumelia afficiis? servus servum? Sed quid hoc admiror, quando multi Deum ipsum contumelia afficiunt.

4. Hoc vobis contumelia affectis sit consolatio. Contumelia afficiimini? Contumelia afficitur Deus; convicia fertis? Convicia fert Deus; conspuimini? Sic et Dominus noster. In his ergo nobiscum est, in contrariis non item. Neque enim umquam inique contumelia affecit; absit; neque temere exprobravit nec injuste agit. Itaque nos sumus qui consortes sumus, non vos. Contumeliam enim ferre, Dei est; contumeliam vero temere inferre, dæmonis. Videte duas partes. *Dæmonium habes* (Joan. 7. 20), audivit Christus: alapa cæsus est a servo principis sacerdotum (Id. 18. 22). Itaque qui contumelia injuste afficiunt, cum illis stant: merito. Nam si Petrus satanas audivit (Marc. 8. 35), ob unum dictum, multo magis hi Judæi audient, cum Judæorum acta facient, ut et illi diaboli filii audierunt (Joan. 8. 44), quia diabolica faciebant. Contumelia afficiis, quis cum sis, dic mihi? Imo propterea contumelia afficiis, quia nihil es: nullus enim qui homo sit, contumelia afficit. Atque ita, quod in pugnis dicitur, Tu quis es? ex adverso oportebat dici: verbi gratia, Contumelia affice, nihil enim es: nunc autem dicentibus nobis, Quis es tu qui contumelia afficiis? Te melior, audiemus utique. Atqui

καίτοι εἰς τὴν ἑαυτοῦ ὕβριν τὸ πᾶν ἦν· ἀλλ' ὡς δῆθεν ἐξουσίαν λαβόντες αὐτοὶ τύπτουσιν, ἔργον ἀκρίτου θυμοῦ διὰ τὴν αἰσχύνην ποιούντες. Καὶ διὰ τί μὴ ἐκεῖνος ἀντετύπησε*, καίτοι καὶ αὐτὸς ἐξουσίαν εἶχεν; Ἄλλ' ἐπαιδεύοντο φιλοσοφεῖν. Οὐκ ἀντιτύπτει δὲ, ὥστε καὶ τὸν δικαστὴν μαθεῖν, τίς ἦν ὁ ἐπιεικέστερος. Οὐ μικρὰ τοῦτο ὦνησε τοὺς παρόντας· ἐδίδαξε γὰρ ἡ τε τοῦτων ἐπιεικεία καὶ ἡ ἐκείνων θρασυτήτης, ὅτι τὰ τοιαῦτα δικαστικῆς ψήφου δεῖται. Ἄλλ' οὕτω πάντα ἀτάκτως ποιοῦσι. Καὶ οὐκ εἶπεν, Οὐ δεῖ, ἵνα μὴ πάλιν κόπτουσιν αὐτόν· ἀλλ', Οὐ θέλω. *Κριτὴς γὰρ, φησὶν, ἐγὼ τοῦτων εἶναι οὐ βούλομαι*· οὕτως ἐπιεικῆς ἦν ὁ ἀνὴρ. Τοῦτο καὶ Πιλάτος ἔλεγεν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ· *Λάθετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνατε*. Ὁ μὲν κατὰ τὸν νόμον ἡξίου κρίνειν αὐτοὺς, οἱ δὲ, ὡς περ οἱ μεθύοντες καὶ οἱ μαινόμενοι, οὕτω διέκειντο. Διὰ τοῦτο ἐχωρίζετε τῶν Ἀθηῶν, *Ἐπειδὴ λαὸς ἦν ἐκεῖ πολλός*. Ἐτύπητο, καὶ οὐδὲν ἔλεγε.

γ'. Τοῦτον καὶ ἡμεῖς μιμώμεθα· ἀντιτυπήσωμεν τοὺς τύπτοντας^β τῇ ἐπιεικείᾳ, τῇ σιγῇ, τῇ μακροθυμίᾳ. Χαλεπώτερα ταῦτα τὰ τραύματα, μεζῶν ἢ πληγῆ καὶ φορτικωτέρα· οὐ γὰρ τὸ πλήττεσθαι τὸ σῶμα, ἀλλὰ τὸ τὴν διάνοιαν, χαλεπόν. Πολλοὺς πλήττομεν, ἀλλὰ ἐπειδὴ ἐν τάξει φιλίας, καὶ ἡδοναί· ἂν δὲ τὸν τυχόντα πλήξῃς ὑβριστικῶς, ἐπειδὴ τῆς καρδίας ἦψω, σφοδρὰ ἐλύπησα· οὕτω μᾶλλον τὴν καρδίαν αὐτῶν πλήττομεν. Ὅτι δὲ μεζῶνος ἐπιεικεία πλήττει θρασυτήτος, φέρει ἀποδείξωμεν ὡς δυνατὸν τῷ λόγῳ. Ἡ μὲν γὰρ σαφῆς ἀποδείξις διὰ τῶν ἔργων καὶ τῆς πείρας ἐστίν· εἰ δὲ δοκεῖ, καὶ τῷ λόγῳ τὴν ἐξέτασιν ποιησώμεθα, καίτοι πολλάκις ἤδη ἐποίησάμεθα. Ἐν γὰρ ταῖς ὑβρεσιν οὐδὲν οὕτως ἡμᾶς λυπεῖ, ὡς ἡ παρὰ τῶν ὁρώντων ψήφος· οὐ γὰρ ἴσον δημοσίᾳ τε ὑβρίζεσθαι καὶ ἰδίᾳ, ἀλλ' ἐκεῖνας μὲν καὶ φέρομεν εὐκόλως τὰς ὑβρεις, ὅταν ἐπ' ἐρημίας, ὅταν μηδενὸς ὄντος τοῦ μαρτυροῦντος τοῦτο πάθωμεν, μηδὲ τοῦ συνειδότητος. Οὕτως οὐχ ἡ τῆς ὑβρεως φύσις ἐστίν ἡ δάκνουσα, ἀλλὰ τὸ ἐπὶ πάντων τοῦτο παθεῖν· ὡς εἰ γέ τις τιμῶν ἐπὶ πάντων, ὑβρίζει κατ' ἰδίαν, καὶ χάριν εἰσάμεθα. Οὐχοῦν οὐκ ἐν τῇ τῆς ὑβρεως φύσει τὸ λυπηρόν ἐστιν, ἀλλ' ἐν τῇ ψήφῳ τῶν ὁρώντων, ὥστε· οὐ μὴ δόξει εὐκαταφρόνητον εἶναι. Τί οὖν, ἂν αὕτη ὑπὲρ ἡμῶν ἦ; οὐχὶ μᾶλλον ὁ ὑβρίζων ὑβρισταί, ὅταν ὑπὲρ [299] ἡμῶν τὰς ψήφους φέρωσιν; Εἰπέ μοι, τίνας καταφρονοῦσιν οἱ παρόντες; τοῦ ὑβρίζοντος, ἡ τοῦ ὑβρισθέντος καὶ σιγῶντος; Ὁ μὲν γὰρ θυμὸς ὑποβάλλει, ὅτι τοῦ ὑβριζομένου· νῦν δὲ, ὅτε καθαροὶ τοῦ πάθους ἐσμέν, ἴδωμεν, ἵνα μὴ τότε συναρπασθώμεν. Τίνος οὖν καταγινώσκομεν ἅπαντες; Ἐβδῆλον ὅτι τοῦ ὑβρίζοντος· κἂν μὲν ἐλάττων ἦ, καὶ μαίνεσθαι αὐτὸν φήσωμεν, ἂν δὲ ὁμότιμος, ἀνοηταίνειν, ἂν δὲ μεζῶν, οὐδ' οὕτως ἀποδεξόμεθα. Τίς γὰρ, εἰπέ μοι, ἀποδοχῆς ἄξιος; ὁ ταραττόμενος, ὁ χεημαζόμενος, ὁ ἐκθηριούμενος, ὁ πρὸς τὴν κοινήν φύσιν οὕτω διακειμένος, ἡ ὁ ἐν γαλήνῃ καὶ λιμένι καὶ φιλοσοφίᾳ πολλῇ; οὐχ ὁ μὲν ἀγγέλω προσείκειν, ὁ δὲ οὐδὲ ἀνθρώπῳ; Ὁ μὲν γὰρ οὐδὲ τὰ οἰκεία δύναται βαστάσαι κακὰ, ἐκεῖνος δὲ καὶ τὰ ἀλλότρια· οὗτος οὐδὲ ἑαυτὸν ἐνεργεῖν ἐδυνήθη, ἐκεῖνος δὲ καὶ ἕτερον· ὁ μὲν ἐν ναυαγίῳ ἐστίν, οὗτος δὲ ἐν ἀσφαλείᾳ πλεῖ, ἐξ οὐρίων αὐτῷ τῆς νηὸς φερομένης· οὐ γὰρ εἶσε τοῦ τοῦ θυμοῦ πνεῦμα τοῖς ἱστοῖσι ἐμπροσθεν ἀνατρέψαι τῆς διανοίας τὸ σκάφος· ἀλλὰ λεπτὴ εἰς αὔρα καὶ ἡδεῖα προσπνεύσασα, τῆς ἀνεξικακίας ἢ πνοῆς, μετὰ πολλῆς αὐτῷ τῆς ἡσυχίας ἐπὶ τὸν

τῆς φιλοσοφίας ἄγει λιμένα. Καὶ καθάπερ ἐν πλοίῳ ναυαγοῦντι οἱ ναῦται οὐκ ἴσασιν ἄρίπτουσιν, ἂν τε τῶν οἰκείων ἂν τε τῶν ἀλλοτρίων λάβωσι παρακαταθήκας, ἀλλὰ πάντων ὁμοίως ἐκβολὴν ποιοῦνται τῶν ἐγκειμένων, τῶν τε τιμῶν τῶν τε οὐ τοιούτων· ἐπειδὴν δὲ ὁ χειμῶν παύσεται, τότε ἀναλογιζόμενοι ὅσα ἐξέβαλον, θαρρύνουσι καὶ τῆς γαλήνης οὐκ αἰσθάνονται διὰ τὴν ζημίαν τῆς ἐκβολῆς· οὕτω δὲ καὶ ἐν ταῦθα, ὅταν ὁ θυμὸς πνεύσῃ, καὶ ὁ χειμῶν ἀίρηται, οὐκ ἴσασιν ἐν τάξει ἐκβάλλειν τὰ δέοντα· ὅταν δὲ παύσεται ὁ θυμὸς, τότε ἀναλογιζόμενοι ποῖα ἐξέβαλον, ἐννοοῦσι τὴν ζημίαν καὶ οὐκ αἰσθάνονται τῆς ἀναπαύσεως, τῶν ῥημάτων μεμνημένοι, δι' ὧν κατήσχυναν ἑαυτοὺς καὶ τὰ μέγιστα ἐζημιώθησαν, οὐ περὶ χρήματα, ἀλλὰ περὶ δόξαν ἐπιεικειᾶς καὶ πραότητος. Ὅντως σκότος ἐστὶν ὁ θυμὸς. *Εἶπεν ἄφρων, φησὶν, ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἐστὶ θεός*. Τάχα καὶ περὶ τοῦ θυμομένου τοῦτο εἶπεν εὐκαίρον, ὅτι εἶπεν ὁ θυμούμενος· Οὐκ ἐστὶ θεός. *Κατὰ γὰρ τὸ πλήθος, φησὶ, τῆς ὀργῆς αὐτοῦ οὐκ ἐκζητήσεται*. Ὅς γὰρ ἂν ἐπεισέλθῃ λογισμὸς εὐσεβῆς, πάντας διωθεῖται καὶ διακρούεται, πάντας ῥίπτει πλαγίους. Εἰ μὴ σὺ μᾶλλον ἀλαγείς τοῦ ὑβρισθέντος, ὑβρίζε, κἂν μηδὲς ὁ ἐγκαλῶν· εἰ μὴ τὸ τοῦ^δ συνειδότητος δικαστήριον ἰδίᾳ σε λαβὼν μαστίζει μυρία. Ὅταν οὖν ἀκούσῃς, ὅτι ὁ ὑβριζόμενος οὐδὲν ἐξέβαλε ῥῆμα πικρὸν, οὐχὶ ταύτη μᾶλλον ἀλαγείς; Εἰπέ μοι, πῶς ἀνθρώπων πρὸς καὶ ταπεινῶν, καὶ ἐπιεικῆ μυριαῖς ἐπύλας λοιδορίας; Ταῦτα λέγομεν συνεχῶς, οὐχ ὁρῶμεν δὲ ἐπιδεικνύμενα διὰ τῶν ἔργων. Ἀνθρώπος ὢν ἀνθρώπων ὑβρίζεις; δοῦλος ὢν τὸν ὁμόδουλον; Ἄλλὰ τί τοῦτο θαυμάζω, ὅπου γε καὶ θεὸν ὑβρίζουσι πολλοί;

δ'. Τοῦτο πρὸς ὑμᾶς ἔστω παραμυθία τοὺς ὑβριζομένους. Ὑβρίζεσθε; ὑβρίζεται καὶ θεός. Ὁνειδίξεσθε; ὄνειδίξεταί καὶ θεός. Διαπτύσεσθε; καὶ γὰρ καὶ ὁ Δεσπότης ἡμέτερος. Ἐν μὲν οὖν τούτοις ἡμῖν κοινωνεῖ, ἐν δὲ τοῖς ἐναντίοις οὐκ ἔτι. [300] Οὐ γὰρ ὑβρισεν ἀδίκως ποτέ· μὴ γένοιτο· οὐδὲ ὄνειδισεν ἀπλῶς, οὐδὲ ἠδίκησεν. Ὅστε ἡμεῖς ἔσμεν οἱ κοινωνοῦντες, οὐχ ὑμεῖς. Τὸ μὲν γὰρ ὑβριζόμενον φέρειν, Θεοῦ· τὸ δὲ ὑβρίζειν ἀπλῶς, δαίμονος. Ἴδετε τὰς δύο μερίδας. *Δαιμόνιον ἔχεις*, ἤκουσεν ὁ Χριστός· ἐβραπίσθη ἀπὸ τοῦ δούλου τοῦ ἀρχιερέως. Οἱ ὑβρίζοντες τοῖνον ἀδίκως, μετ' ἐκείνων· ἐστήκασιν εἰκότως. Εἰ γὰρ ὁ Πέτρος καὶ Σατανᾶς ἤκουσε εἶ, ἐν ῥῆμα, πολλῶν μᾶλλον οὗτος Ἰουδαῖο ἀκούσονται, διὰ τὰ Ἰουδαίων ποιῶσιν, ὡς περὶ κάκεινοι διαδόλου τέκνα, ἐπειδὴ τὰ τοῦ διαδόλου εἰργάζοντο. Ὑβρίζεις, τίς ὢν, εἰπέ μοι; Μᾶλλον δὲ διὰ τοῦτο ὑβρίζεις, ἐπειδὴ οὐδὲν εἶ· οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπος ὢν ὑβρίζει. Ὅστε δ λέγεται ἐν ταῖς μάχαις, Σὺ τίς εἶ; ἐξ ἐναντίας εἶδει λέγεσθαι ὄϊον, Ὑβρίζε, λέγειν ἐχρῆν· οὐδὲν γὰρ εἶ· νῦν δὲ λεγόντων ἡμῶν, Ὡς τίς ὑβρίζεις; Ὡς βελτίων σου, διὰ πάντων ἀκούειν ἐστὶ. Καὶ μὴν τὸ ἐναντίον εἶδει λέγειν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἡμεῖς κακῶς ἐρωτῶμεν, διὰ τοῦτο κάκεινοι κακῶς ἀποκρίνονται· ὥστε ἡμεῖς αἴτιοι. Ὡς μεγάλων γὰρ ἀνδρῶν ὄντων τῶν ὑβριζόντων, οὕτω λέγομεν· Ὡς τίς ὑβρίζεις; Διὰ τοῦτο κάκεινοι οὕτως ἀποκρίνονται. Τοῦναντίον δὲ ἐχρῆν λέγειν· Ὑβρίζεις; ὑβρίζε· οὐδεὶς γὰρ εἶ. Πρὸς δὲ τοὺς οὐχ ὑβρίζοντας τοῦτο μᾶλλον εἶδει λέγεσθαι· Ὡς τίς οὐχ ὑβρίζεις; ὑπερέβης τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν. Τοῦτο εὐγένεια, τοῦτο ἐλευθερία, μηδὲν ἀνελευθερῶν φθῆγγεσθαι, κἂν ἄξιος ἦ τις ἀκούειν. Εἰπέ δὲ μοι, πῶς οὐχὶ ἄξιοί εἰσιν ἀναρεῖσθαι; Ἄλλ' ὁμως οὐ

* Alius ἐκεῖνος ἐτύπησε. ^β Idem τοὺς ἀντιτύπτοντας. ^γ Unus ὁρώντων ἐστίν, ὥστε.

^δ Tres mss. et Savil., ἐγκαλῶν ἢ, τὸ τοῦ. ^ε Unus μετ' ἐκείνων.

ποιεῖ τοῦτο δι' ἑαυτοῦ ὁ δικαστής, ἀλλ' ἐρωτᾷ· καὶ οὐδὲ τοῦτο δι' ἑαυτοῦ. Εἰ δὲ διαλέγεσθαι ἀνθρώπῳ πονηρῶ οὐκ ἀνεκτὸν δικάζοντα, ἀλλὰ μέσῳ τινὶ κέχρηται, πολλῶ μᾶλλον ἡμᾶς τοὺς ὁμοτίμους ὑβρίζειν οὐ χρῆ· οὐ γὰρ οὕτω τῷ ὑβρίσαι πλεονεκτήσομεν αὐτῶν, ὡς τῷ διδασχθῆναι, ὅτι ὑβρίσαμεν ἑαυτούς. Τοὺς μὲν οὖν πονηροὺς διὰ τοῦτο οὐτε ὑβρίζειν χρῆ, τοὺς δὲ ἀγαθοὺς καὶ δι' ἕτερον, ὅτι οὐκ ἀξιοί· καὶ τρίτον, ὅτι ὑβριστὴν εἶναι οὐ χρῆ. Νῦν δὲ, ὅρα ὅσα γίνεται· ὑβρίζεται καὶ ἐπηρεάζεται ἄνθρωπος, καὶ ὁ ἐπηρεάζεται ἄνθρωπος, καὶ ὁ θεωροῦντες ἀνθρώπων. Τί οὖν; τὰ θηρία δεῖ εἰς μέσον ἔλθειν καὶ διαλύσαι; τοῦτο γὰρ λείπεται. Ὅταν γὰρ οἱ τερπόμενοι τῇ ἀδικίᾳ ἄνθρωποι ὡς, τοῖς θηρίοις ἢ καταλλαγῇ λείπεται· ὡσπερ οὖν δεσποτῶν μαχομένων ἐν οἰκίᾳ, λείπεται τοὺς οἰκέτας καταλλάττειν (τοῦτο γὰρ ἢ τοῦ πράγματος φύσις ἀπαίτει, εἰ καὶ ταύτη τάχα μὴ γίνεται)· οὕτω καὶ ἐνταῦθα. Ὑβρίζεις; εἰκότως· οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπος εἶ. Διὰ τοῦτο ἔδοξε μέγα τι εἶναι ἡ ὕβρις, καὶ ἔδοξε τοῖς μεγάλοις προσήκειν· τὸ δὲ ἀνδραπόδος μᾶλλον προσήκει, ὡσπερ τὸ εὐφημεῖν ἐλευθέρους ἐμπρέπει. Ὅσπερ γὰρ τὸ κακῶς ποιεῖν ἐκείνων, οὕτω τὸ κακῶς πάσχειν [301] τούτων. Οὐδὲν ἐστὶ κλέπτρια δούλη τὰ τοῦ δεσπότη λαθραίως ὑφαίρουσα, τοιοῦτόν τι ἐστὶ καὶ ἡ ὕβρις· καὶ ὡς ἂν εἴποι τις, καθά-

περ ὁ κλέπτρις σπουδῇ εἰσιὼν πανταχοῦ περιβλέπεται ὑφελέσθαι τι σπουδάξων· οὕτω καὶ οὗτος πάντα περισκοπεῖ. ἐκβάλλειν τι θέλων. Τάχα ἐτέρῳ τι παραδείγματι αὐτὸν διαγράψωμεν. Ὅσπερ γὰρ εἰ τις σκευὴ ἀκάθαρτα κλέπτων ἐξ οἰκίας, καὶ ἐξάγων πάντων ἐμπροσθεν, οὐχὲ τὰ ὑφαιρέθεντα ἦσχυνε τοσοῦτον, ὅσον αὐτὸς ἑαυτὸν, ταῦτα ὑφελόμενος καὶ ἐξάγων· οὕτω δὴ καὶ οὗτος, ἐκβαλὼν ἐμπροσθεν πάντων ἀκάθαρτα ῥήματα, οὐχὲ ἐτέρους ἦσχυνε, ἀλλ' ἑαυτὸν διὰ τῶν ῥημάτων, προαγαγὼν τοιαῦτα καὶ καταβρῦταυσα αὐτοῦ καὶ τὴν γλώτταν καὶ τὴν διάνοιαν. Ταυτὸν γὰρ γίνεται, ὅταν πρὸς τοὺς πονηροὺς μαχόμεθα, ὡσπερ ἂν εἰ τις ἄνθρωπος τὸν ἐν σηπεδόνι ἦντα ὑπὲρ τοῦ πλήξαι μολύνῃ ἑαυτὸν, καθελὼν αὐτοῦ τὰς χεῖρας εἰς τὸν βόρβορον. Ταῦτα δὴ, παρακαλῶ, πάντα ἀναλογιζόμενοι, φεύγωμεν τὴν ἐντεῦθεν βλάβην, καὶ εὐφημον ἔχωμεν γλώτταν, ἵνα καθαρευόντες πάσης ὕβρεως, δυνηθῶμεν μετὰ ἀκριβείας τὸν παρόντα βίον διανύσαι, καὶ τῶν ἐπηγελλόμενων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ Μ.

Ὁ δὲ Παῦλος ἐτι προσμείνας ἡμέρας ἱκανάς, τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος, ἐξέπλει εἰς τὴν Συρίαν, καὶ σὺν αὐτῷ Πρίσκιλλα καὶ Ἀκύλας, κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κερχραῖς· εἶχε γὰρ εὐχὴν.

α'. Ὅρα πῶς ὁ νόμος καταλέλυται· ὅρα πῶς τῷ συνειδῶτι κατέχοντο. Τοῦτο Ἰουδαϊκὸν ἦν τὸ κείρασθαι τὰς κεφαλὰς κατ' εὐχὴν. Πλὴν ἔδει καὶ θυσιᾶν γενέσθαι, ἥτις οὐκ ἐγένετο μετὰ τὸ τυπηθῆναι τὸν Σωσθένην. Ἐδεῖ ἀπελθεῖν αὐτόν. Διὸ καὶ ἐπείγεται. Καὶ παρακαλούμενος μείναι παρ' αὐτοῖς ἐν Ἐφέσῳ, οὐκ ἀνέχεσθαι. Τίνος οὖν ἕνεκεν πάλιν τὴν Ἀντιόχειαν καταλαμβάνει; Ἀναβάς γὰρ, φησὶ, καὶ ἀσπασάμενος εἰς Ἐκκλησίαν, κατέβη εἰς Ἀντιόχειαν. Ἐπιθυμίαν εἶχε τῆς πόλεως, παθῶν τι ἀνθρώπινον πρὸς αὐτὴν· ἐνταῦθα γὰρ ἐχρηματίστησαν οἱ μαθηταὶ καλεῖσθαι Χριστιανοί, ἐνταῦθα παρεδόθη τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, ἐνταῦθα ἦν οὖς πράγματα τὰ κατὰ τὸ δόγμα. Καὶ ὁ μὲν εἰς Συρίαν ἐξέπλει· τούτους δὲ ἀφῆκεν εἰς Ἐφεσον, εἰκότως, ὡς διδάσκοντας. Τοσοῦτον αὐτῷ συγγενόμενος χρόνον, πολλὰ ἔμαθον καὶ ὁμοίως τῆς συνηθείας αὐτοῦς οὐκ ἀπήγαγεν οὐδέπω τῆς Ἰουδαϊκῆς. Ἰδοὺ καὶ γυνὴ τὸ ἴσον ἀνδράσι ποιοῦσα καὶ διδάσκουσα. Διὰ τοῦτο ἐκωλύετο εἰς τὴν Ἀσίαν ἔλθειν, πρὸς τὰ κατεπίγοντα, οἶμαι, ἐλαυνόμενος. Ὅρα γοῦν ἐνταῦθα καὶ παρακαλούμενον αὐτὸν μείναι, καὶ οὐκ ἀνεχόμενον, ἐπειδὴ ἠπείγετο ἀπελθεῖν. Οὐ μὴν ἀπλῶς αὐτοῖς εἶπεν, ἀλλὰ μετὰ ὑποσχέσεως· καὶ ὅπως, ἀκούε· *Κατήνησεν* [302] δὲ, φησὶ, εἰς Ἐφεσον, καὶ ἐκείνους κατέλιπεν αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ εἰσελθὼν εἰς τὴν συναγωγὴν, διελέθη τοῖς Ἰουδαίοις. Ἐρωτῶντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ πλείονα χρόνον μείναι παρ' αὐτοῖς, οὐκ ἐπένευσεν, ἀλλ' ἀπετάξατο αὐτοῖς, εἰπὼν· *Δεῖ μὲ πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱερουσόλυμα· πάλιν δὲ ἀνακλιθῆναι πρὸς ὑμᾶς τοῦ Θεοῦ θέλοτος. Καὶ ἀνήχθη ἀπὸ τῆς Ἐφέσου, καὶ κατε-*

θῶν εἰς Καισάρειαν, ἀναβάς, καὶ ἀσπασάμενος τὴν Ἐκκλησίαν, κατέβη εἰς Ἀντιόχειαν· καὶ ποιήσας χρόνον τινα, ἐξῆλθε διερχόμενος καθεξῆς τὴν Γαλιτικὴν χώραν καὶ Φρυγίαν, ἐπιστηρίζων πάντας τοὺς μαθητάς. Καὶ ὅρα, ἐκείνους τοὺς τόπους κατελάμβανεν, οἷς ἐπέβη πρὸ τούτου. Ἰουδαῖος δὲ τις Ἀπολλῶς ὀνόματι, Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει, ἀνήρ λόγιος, κατήνησεν εἰς Ἐφεσον, δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς Γραφαῖς. Ἰδοὺ καὶ λόγιος ἠπείγοντο κηρύττειν, καὶ ἀποδημοῦσι λοιπὸν οἱ μαθηταί. Ὅρξ ἐπίδοσαν τοῦ κηρύγματος; Οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου, καὶ ζῶν τῷ Πνεύματι ἐλάλει, καὶ ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ Κυρίου, ἐπιστάμενος μόνον τὸ βάπτισμα Ἰωάννου. Οὗτός τε ἤρξατο παρῆρησιάζεσθαι ἐν τῇ συναγωγῇ. Ἀκούσαντες δὲ αὐτοῦ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα, προσελάβοντο αὐτόν, καὶ ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδόν. Εἰ τὸ βάπτισμα Ἰωάννου μόνον ἠπίστατο οὗτος, πῶς τῷ Πνεύματι ἔξει; καὶ γὰρ Πνεῦμα οὐχ οὕτως εἶδιδότο. Εἰ δὲ καὶ οἱ μετὰ τοῦτον ἐδεήθησαν τοῦ βαπτίσματος τοῦ Χριστοῦ· πολλῶ μᾶλλον οὗτος ἐδεήθη ἂν. Τί οὖν ἐστιν εἰπεῖν; οὐδὲ γὰρ ἀπλῶς ἐρεξῆς ἔθηκεν ἀμφοτέρω ὁ συγγραφεὺς. Ἐμοὶ δοκεῖ εἰς οὗτος εἶναι τῶν ἑκατὸν εἰκοσι τῶν μετὰ τῶν ἀποστόλων βαπτισθέντων· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Κορινθίου γέγονε, γεγένηται καὶ ἐπὶ τούτου. Ἄλλ' οὐ βαπτίζεται, ἀλλ' ὅτε ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο. Τοῦτο δὲ εἶναι μοι ἄληθές φαίνεται, ὅτι καὶ βαπτισθῆναι αὐτὸν ἔδει· ἐπεὶ οἱ δώδεκα ἢ οἱ ἄλλοι οὐδὲν ἤδυσαν ἀκριβῆς, οὐδὲ τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ. Εἰκότως δὲ αὐτὸν καὶ βαπτισθῆναι. Πλὴν εἰ καὶ αὐτοὶ οἱ Ἰωάννου μετὰ τὸ βάπτισμα πάλιν ἐβαπτίζοντο, ἔδει καὶ τοὺς μαθητάς τοῦτο ποιῆσαι. Βουλομένου δὲ αὐτοῦ διαλθεῖν εἰς τὴν Ἀχαΐαν, προτρυσάμενοι οἱ ἀδελφοὶ ἐγγράψω

^b Lege of εκατὸν εἰκοσι. Qua enim ratione de duodecimo hoc dici possit? Ediz.

^a Unus καταλύεται.

contrarium dei oportebat; sed quia nos male interrogamus, ideo illi male respondent: itaque nos in causa sumus. Ac si enim illi contumeliosi magni quidam viri essent, ita loquimur: Quis est qui contumeliam inferas? Ideo illi sic respondent. Contrarium vero oportebat dicere: Contumelia afflicis? contumelia afflicte; nullus enim es. Ad illos vero, qui contumelia non afficiunt, potius dicendum erat: Quis es, qui contumelia non afflicis? humanam naturam transcendisti. Hoc nobilitas est, nihil illiberale loqui, etiamsi quis audire sit dignus. Dic vero mihi, quot non sunt digni ut occidantur? neque tamen per se hoc iudex facit, sed interrogat, neque per seipsum. Si autem homini improbo iudex non dignatur per se loqui, sed medio quopiam utitur, multo magis nos oportet pares non contumelia afflicere: non enim ita illis præponendi erimus, si illos contumelia afficiamus, ut si doceamur, quod nos ipsos contumelia affecerimus. Malos ergo ideo contumelia afflicere non oportet, bonos autem alia quoque de causa, quod non contumelia digni sint; tertio autem quia contumeliosum esse non oportet. Nunc autem vide quanta fiant: contumelia et damno afficitur homo, necnon is qui lædit, et spectatores. Quid ergo? num feras in medium accedere oportet, et rem dissolvere? hoc enim restat. Cum enim homines sunt ii, qui in iniquitate delectantur, feris reconciliatio reservatur: quemadmodum heris domi pugnantibus, restat ut domestici illos re-

2. Papæ, quanta credentium virtus, quum et aliis quoque eadem ipsa facere concedatur! quanta vero cæcitas eorum, qui etiam dum virtus illa demonstraretur, in incredulitate manebant. Ut igitur Simon lucri causa gratiam Spiritus quærebat, sic et hi eadem de causa idipsum faciebant. Quanta cæcitas? Et quare Paulus non increpat? Quia visum fuisset hoc ex invidia fieri; ideo res ita dispensatur. Sic et Christo accidit; sed tunc non impediabatur (nam tunc initium rerum erat), siquidem et Judas fur non cohibebatur; Ananias vero et Sapphira interfecti sunt; multique Judæi obsistentes, nihil passi sunt; Elymas vero excæcatus est. *Non enim, inquit, veni, ut judicem mundum, sed ut salvetur mundus (Joan. 3. 17).* Vide rem execrandam: Judæi adhuc manentes, ex ipso nomine lucrari volebant: itaque omnia ad gloriam et lucrum faciebant. Undique vide homines non ita per utilia, ut per terribilia converti. Ex Sapphiræ exemplo terror incidit in Ecclesiam, et alii non audebant se conjungere illis (Act. 5. 13) : hic sudaria et semicinctia accipiebant et sanabantur; et postea veniebant ut confiterentur peccata sua. Ex eo, quod insiliret, ostenditur dæmonum magna quædam vis, cum contra infideles agunt. Et cur non dixit spiritus malus: Quis est Jesus? sed inutilia verba protulit? Timebat, ne ipse pœnas daret: sciebat enim hujus nominis virtute concessum sibi fuisse, ut illusores illos ulcisceretur. Cur autem miser illi non dixerunt ei, Credimus? Timebant Paulum: quamquam multo clariiores futuri erant, si Jesum Dominum agnovissent. Et alioquin id, quod Philippis contigit, illos emendavit. Tu vero mihi considera, quam modestus hoc loco sit scriptor, et quomodo historiam solum scribat, nec quempiam accuset. Hoc apostolos mirabiles reddebat. Et cujus essent filii dicit, et nomen et numerum, dans iis, qui tunc erant, certum narrationis suæ indicium. Cur autem circuibant illi? Lucri causa, non ut verbum annuntiarent: quomodo enim? Bene autem currebant postea, prædicantes per ea quæ patiebantur. Quare hoc declarans ait: *Et notum factum est omnibus tam Judæis quam gentilibus, qui habitabant Ephesi.* Nonne, quæso, etiam eos, qui duriores erant, convertere debuit? Sed non convertit; nec mireris: malitiæ enim nihil est quod persuadeat. Age vero, hoc exorcistarum opus videamus quantæ sit nequitie. Cur autem hoc sub Christo non contigerit, alterius, non præsentis temporis est disquirere; verum quod jam pulchre et utiliter accidit. Videtur enim illos irridendi causa hoc fecisse; ideoque plectuntur: ita ut posthac nemo auderet temere hoc nomen proferre. Hoc fidelium multos ad confessionem deduxit, hoc et timorem ipsis incussit, maximumque hoc argumentum fuit Deum omnia posse. Priusquam

a dæmonibus redarguerentur, seipsos accusabant, timentes ne eadem paterentur; et jure quidem. Quando enim adjuutores dæmones, accusatores illorum erant, non auxiliares, qualis spes supererat, nisi confessio per opera? Vide quanta brevi postea mala eveniant post tot facta signa. Talis quippe est humana natura: statim beneficiorum obliviscitur.

Terræ motus Constantinopoli. — Annon meministis, idipsum etiam nostris temporibus accidisse? Dic enim mihi: nonne anno superiore concussit Deus civitatem totam (a)? Quid vero? nonne omnes ad baptismum accedebant? nonne scortatores, molles et corrupti homines, relictis domibus et habitaculis, conversi et pii effecti sunt? Ubi autem tres dies transierunt, rursus ad pristinam reversi sunt nequitiam. Unde hoc contingit? Ex ignavia multa. Ecquid mirum, si ubi res transierunt, quando imaginibus perpetuo manentibus hoc ipsum evenit? Quæ in Sodomis, dic mihi, nonne perpetuo manent? Quid ergo? an vicini propterea meliores facti sunt? Minime. Quid et filius Noe? nonne talis erat? nonne tantam sub oculis habens solitudinem, malus tamen erat? Ne miremur ergo, si his ita gestis non crediderunt, quando ipsa fides illis sæpe in contrarium et in nequitiam vertitur; ut quando dæmoniacum esse dicebant Dei Filium. Annon videtis hoc nunc etiam fieri, et multos homines serpentibus similes, incredulos et ingratos qui instar viperarum cum beneficia accipiunt, beneficis infesti sunt? Hæc a vobis dicta sunt, ut ne quis miretur, quod tot editis signis non omnes conversi sint.

3. Nostris quippe temporibus acciderunt ea, quæ beatum Babylon spectant (b), quæ Jerosolymis gesta sunt, quæ in destructione templorum, neque tamen omnes conversi sunt. Quid opus est vetera recensere? Dixi vobis, quid anno proximo acciderit, et nemo attendit; sed rursus paulatim defluerunt et collapsi sunt. Stat semper cælum clamans se Dominum habere, et hoc universum esse cujusdam opificis (de mundo loquor); et dicunt quidam non ita esse. Quæ circa Theodorum anno proximo gesta sunt, quem non obstupescerunt? Et tamen nihil amplius factum est, sed ad tempus pii effecti, eo reversi sunt, unde pietatem inierant. Hoc etiam Hebræis tunc contigit: ideo dicebat propheta: *Cum occideret eos, quærebant eum, et revertebantur et diluculo veniebant ad Deum* (Psal. 77. 34). Ecquid oportet generalia illa proferre? quot in morbos inciderunt? quot surgentes polliciti sunt se mores in melius mutaturos, et tamen iidem ipsi manserunt? Hoc maxime ostendit nobis naturalem nostram arbitrii libertatem, repentina nempe mutatio. Nam si naturalia mala essent, libertas non esset: quæ enim ex natura et necessitate flunt, mutare non possumus. Atqui mutamur, inquires. Annon videmus interdum eos, qui a natura

habent ut videant, præ metu excæcatis? Quoniam illud naturæ est, ut reprimatur, cum natura altera advenit: ita secundum naturam nostram est, ut perterriti non videamus. Secundum naturam item est, ut majore adveniente metu, alter metus recedat. Quid igitur, inquires, si temperantia secundum naturam sit, et metus invalescens illam ejiciat? Quid igitur, si ostendero, ne quidem tunc quosdam esse temperantes, sed in metu etiam petulantes esse? hoc naturale non est. An vetera dicam? an nova? Quot in ipso timore manserunt ridentes, et nihil tale passi sunt? Dic, quæso, Phærao nonne statim mutatus est, et ad pristinam recurrit nequitiam? Hoc autem loco dæmoniacis, quamvis ipsi non ignorarent, dixerunt simpliciter: *Per Jesum adjuramus vos, quem prædicat Paulus*: per ea enim, quæ respondent, ipsos scire probatur. Jesum vero dicunt illi simpliciter, cum oportuisset dicere, Servatorem mundi, qui resurrexit: sed noluerunt constiteri gloriam ejus. Ideo redarguit illos dæmon, insiliens in eos dicensque: *Jesum novi, et Paulum scio*; ac si diceret, Vos non creditis, sed illo abutentes nomine hoc dicitis. Igitur desertum templum est, expugnatum facilia arma: itaque non estis præcones, inquit, sed mei estis. Magnus furor dæmonis. Potuissent hæc apostoli facere, sed interim non faciebant. Nam qui imperabant illis, qui talia in ipsos operabantur, multo magis ipsis imperassent. Vide quomodo illorum mansuetudo monstratur, quod illi, qui pellebantur, talia faciebant; dæmones vero, quibus serviebant, contraria. *Jesum, inquit, novi.* Ergo erubescite vos, qui illum ignoratis. *Et Paulum scio.* Et hoc bene; noverat enim Dei esse præconem. Deinde insilit in eos, et vestes dilacerat; ac si per opera diceret illis: Ne putetis me ideo id facere, quod illos contemnunt. Magnus timor dæmonis. Et cur non sine verbis istis vestes eorum discidit? ita enim et furorem implevisset, et errorem statuisset. Timebat, ut dixi, inaccessam potestatem: et non tantum potuisset, si hoc non dixisset. Vide ubique dæmones gratiores, quam Judæos, nec audentes contradicere, vel accusare apostolos, neque Christum. Illic dicunt: *Scimus te quis sis*; et, *Cur venisti huc ante tempus torquere nos* (Matth. 8. 29); et rursus, *Scio te quis sis, Filius Dei* (Marc. 1. 24): hic vero, *Hi homines servi Dei excelsi sunt* (Act. 16. 17); et rursus, *Jesum novi, et Paulum scio.* Multum enim formidabant et tremebant sanctos illos. Forte quis vestrum audiens, cupit hanc habere potestatem, ut ne ausint quidem dæmones adversus illum respicere, et sanctos illos ea de causa beatos prædicat, quia tantam habuere potestatem. Sed audiat Christum dicentem: *Nolite gaudere, quia dæmonia vobis subjiciuntur* (Luc. 10. 20); quia sciebat omnes homines ob vanam gloriam ea de re maxime gavisuros esse. Nam si id, quod placitum Deo est, quæris, et quod in communi prodest, alia major est via. Non ita magnum est a dæmone liberari, ut a peccato. Dæmon non impedit, quominus regnum cælorum consequamur; imo cooperatur, in-

(a) Hunc terræ motum, qui anno proximo, nempe 309, acciderat, sæpe memorat. Ea de re in Vita Chrysostomi actum est.

(b) Hæc fuse enarrantur in Homil. de S. Babyla, Tom. 2, col. 261 et seq.

γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις· ταχέως ἐπιλανθάνεται ὧν εὐεργετείται.

Ἡ οὐ μέμνησθε, ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν καθ' ἡμᾶς γενομένων τὸ αὐτὸ τοῦτο γέγονεν; Εἶπε γὰρ μοι, οὐ πέρυσιν ἐτίναξεν ὁ Θεὸς τὴν πόλιν πᾶσαν; Τί δαί; οὐχὶ πάντες ἐπὶ τὸ φῶτισμα ἔδραμον; οὐχὶ πόρνοι καὶ μαλακοὶ καὶ διεφθαρμένοι, οἰκήματα ἀφέντες καὶ τοὺς τόπους ἐν οἷς διέτριβον, μετετέθησαν, καὶ γεγόνασιν εὐλαβεῖς; Ἐπειδὴ δὲ τρεῖς ἡμέραι παρῆλθον, πάλιν ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἐπανῆλθον κακίαν. Πόθεν δὲ τοῦτο γίνεται; Ἀπὸ τῆς πολλῆς νωθείας. Καὶ τί θαυμαστόν, εἰ τῶν πραγμάτων παρελθόντων, ὅπου γε τῶν εἰκόνων διηνεκῶς μενουσῶν τὸ αὐτὸ γίνεται; Τὰ ἐν Σοδόμοις, εἰπέ μοι, οὐχὶ διηνεκῆ τυγχάνει; Τί οὖν; οἱ προσοικούντες ἀπὸ τούτων γεγόνασι βελτίους; Οὐδαμῶς. Τί δαί ὁ τοῦ Νῶε υἱός; οὐχὶ τοιοῦτος ἦν; οὐχὶ ἐν βίψει βλέπων ἐρημίαν τοσαύτην κακὸς ἦν; Μὴ δὴ θαυμάζωμεν πῶς οὐκ ἐπίστευσαν τούτων γενομένων, ὅπου γε αὐτὴ ἡ πίστις πολλάκις εἰς τούναντίον αὐτοῖς περιτρέπεται, εἰς κακίαν· οἷον ὡς ὅταν δαιμονῶντα λέγωσι τὸν Ἰῶν τοῦ Θεοῦ. Ἡ οὐχ ὄρατε καὶ νῦν ταῦτα γινόμενα, καὶ ὀφιδεῖς ἀνθρώπους ὄντας πολλοὺς, ἀπίστους τε καὶ ἀγνώμονας, οἱ καὶ κατὰ τὰς ἔχεις, ὅταν ἀπολαύσωσιν εὐεργεσίας, καὶ θαλφθῶσιν ὑπὸ τινων, τότε λυποῦσι τοὺς εὐεργέτας; Ταῦτα ἡμῖν εἰρηται, ἵνα μὴ τις θαυμάζη πῶς τοιοῦτων σημείων γενομένων οὐ πάντες ἐπέστρεψαν.

γ'. Ἰδοὺ γὰρ ἐπὶ τῶν καιρῶν τῶν ἡμετέρων τὰ κατὰ τὸν μακάριον Βαδύλαν γέγονε, [312] τὰ κατὰ τὰ Ἱεροσόλυμα, τὰ κατὰ τὴν καθάρεισιν τῶν ἱερῶν, καὶ οὐ πάντες ἐπέστρεψαν. Τί δεῖ τὰ παλαιὰ λέγειν; Πέρυσιν εἶπον ὑμῖν ὅσον γέγονε, καὶ οὐδεὶς προσέειπεν, ἀλλὰ πάλιν κατὰ μικρὸν ὑπεβρῆσαν καὶ κατέπεσον. Ἔστηκε διηνεκῶς ὁ οὐρανὸς βῶων, ὅτι δεσπότην ἔχει, καὶ τεχνίτου τινὸς ἐστὶ τὸδε τὸ πᾶν (τὸν κόσμον λέγω), καὶ λέγουσιν τινες, ὅτι οὐχί. Τὰ κατὰ Θεόδωρον ἐκείνων γεγενημένα πέρυσι, τίνα οὐκ ἐξέπληξε; Καὶ ὅμως οὐδὲν πλείον γέγονεν, ἀλλὰ πρὸς καιρὸν γενόμενοι εὐλαβεῖς, πάλιν ἐπανῆλθον ὅθεν γεγόνασιν εὐλαβεῖς. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν Ἑβραίων τότε συνέβη· διὸ καὶ ἔλεγεν ὁ προφήτης· Ὅταν ἀπέκτεινεν αὐτούς, τότε ἐξεζήτουν αὐτὸν, καὶ ἐπέστρεφον καὶ ὠρθηρίζον πρὸς τὸν Θεόν. Καὶ τί δεῖ λέγειν τὰ καθολικά; πόσοι νόσοις περιέπεσον; πόσοι ἐπηγγείλαντο ἀναστάντες πολλὴν τὴν μεταβολὴν ἐργάσασθαι, καὶ πάλιν οἱ αὐτοὶ γεγόνασι; Τοῦτο μάλιστα δεικνυσὶν ἡμῖν τὴν προαίρεσιν, καὶ τὴν ἐλευθερίαν τῆς ἡμετέρας φύσεως, ἡ ἀθρόα μεταβολή. Εἰ γὰρ φυσικὰ ἦν τὰ κακὰ, οὐδ' ἂν αὕτη γέγονε· τῶν γὰρ κατὰ φύσιν καὶ ἀνάγκην οὐ δυνάμεθα μεθίστασθαι. Καὶ μὴν μεθιστάμεθα, φησί. Οὐ βλέπομεν γὰρ τινὰς φύσει μὲν ἔχοντας βλέπειν, ὑπὸ τοῦ φόβου δὲ τυφλομένους; Ἐπειδὴ καὶ τοῦτο φύσεώς ἐστι συστῆλλεσθαι, ὅταν φύσις ἐτέρα προσέλθῃ· ὡστε κατὰ φύσιν ἡμῖν ἐστὶ τὸ πεφοβημένοις μὴ βλέπειν, κατὰ φύσιν δὲ καὶ τὸ, μείζονος παραγενομένου φόβου, τὸν ἕτερον ὀψέξασθαι. Τί οὖν, ἂν καὶ ἡ σωφροσύνη, φησί, κατὰ μὲν φύσιν ἦ, ὁ δὲ φόβος κρατήσας ταύτην

ἐκβάλῃ; Τί οὖν, ἂν δείξω τινὰς μὴδὲ τότε σωφρονίζομένους, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις τοῖς φόβοις ὄντας ἰταμούς, οὐ φυσικὸν ἂ τοῦτο ἐστίν. Εἶπω τὰ παλαιὰ; ἀλλὰ τὰ νέα; Πόσοι δὴ ἐν αὐτοῖς ἐκείνοις τοῖς φόβοις ἐναπέμειναν γελῶντες, χλευάζοντες, καὶ οὐδὲν ἔπαθον τοιοῦτον; Εἶπέ μοι, ὁ Φαραὼ οὐκ εὐθέως μεθίστατο, καὶ ἐπὶ τὴν προτέραν κακίαν ἀνέστρεχε; Ἐνταῦθα δὲ, ἐπὶ τῶν τὰ δαιμόνια ἐχόντων, καίτοι οὐκ ἀγνοούντων αὐτῶν, προσετίθεσαν ἀπλῶς οἱ λέγοντες. Τὸν Ἰησοῦν ὀρκίζομεν ὑμᾶς, ὃν Παῦλος κηρύσσει· δι' ὧν γὰρ ἀπολογούνται, δείκνυται, ὅτι ἴσασι. Τὸν Ἰησοῦν δὲ λέγουσιν ἐκείνοι ἀπλῶς, δέον εἰπεῖν τὸν τῆς οἰκουμένης Σωτήρα, τὸν ἀναστάντα· ἀλλ' οὐκ ἤθελον ὀμολογήσαι τὴν δόξαν αὐτοῦ. Διὸ καὶ ἐλέγχει αὐτούς ὁ δαίμων ἐπιτηδήσας αὐτοῖς, καὶ εἰπὼν· Τὸν Ἰησοῦν γινώσκω, καὶ τίς Παῦλον ἐπίσταται. Ὅσει ἔλεγεν· Ὑμεῖς οὐ πιστεύετε, ἀλλ' ἀποκεχρημένοι τῷ ὀνόματι ταῦτά φατε. Οὐκοῦν ἔρημος ὁ ναὸς, εὐκαταγώνιστον τὸ σκεῦος· ὥστε οὐκ ἴσπετὶ κήρυκες, ἀλλ' ἔμοι, φησὶν, ἐστέ. Πολλὸς ὁ θυμὸς τοῦ δαίμονος. Ἡδύνατο ταῦτα αὐτοῦς ἐργάσασθαι οἱ ἀπόστολοι, ἀλλ' οὐκ ἐποίησαν τέως. Οἱ γὰρ τῶν ἐργαζομένων αὐτοῦς ταῦτα κρατοῦντες, πολλῶν μᾶλλον αὐτῶν. Ὅρα πῶς δείκνυται αὐτῶν ἡ ἐπιείκεια, ὅτι οἱ μὲν ἐλαυνόμενοι τοιαῦτα ποιοῦσιν, οἱ δὲ θεραπεύμενοι δαίμονες τάναντία. Τὸν Ἰησοῦν, φησὶ, γινώσκω. Οὐκοῦν αἰσχύνθητε οἱ [313] ἀγνοοῦντες ὑμεῖς. Καὶ τὸν Παῦλον ἐπίσταται. Καλῶς καὶ τοῦτο· ἦδει γὰρ Θεοῦ ὄντα κήρυκα. Εἶτα ἐφάλλεται ἐπ' αὐτούς, καὶ διαβρῆγγυσι τὰ ἱμάτια· δι' ὧν ἐποίησε αὐτοῖς, τοῦτο μονονοχὶ λέγων· Μὴ νομίσητε, ὅτι καταφρονῶν ἐκείνων ταῦτα ποιῶ. Πολλὸς ὁ φόβος τοῦ δαίμονος. Καὶ διὰ τί χωρὶς τῶν ῥημάτων τούτων οὐ διέβρῆξεν αὐτῶν τὰ ἱμάτια; οὕτω γὰρ ἂν καὶ τὸν θυμὸν ἐπλήρωσε, καὶ τὴν πλάνην ἔστησεν. Ἐφοβεῖτο, ὅπερ ἔφη, τὴν ἀπρόσιτον βδύναμιν, καὶ οὐκ ἂν τοσοῦτον ἴσχυον, εἰ μὴ τοῦτο εἶπεν. Ὅρα δὲ πανταχοῦ τοὺς δαίμονας εὐγνωμονεστέρους τῶν Ἰουδαίων, καὶ οὐ τολμώντας ἀντειπεῖν, οὐδὲ κατηγορήσαι τῶν ἀποστόλων, οὐδὲ τοῦ Χριστοῦ. Ἐκεῖ λέγουσιν, Οἶδαμὲν σε τίς εἰ· καὶ, Τί ἤλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσει ἡμᾶς; καὶ πάλιν, Οἶδά σε τίς εἰ, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· ἐνταῦθα δὲ, Οὗτοι οἱ ἀνθρώποι δοῦλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου εἰσὶ· καὶ πάλιν, Τὸν μὲν Ἰησοῦν γινώσκω, καὶ τὸν Παῦλον ἐπίσταται. Πάνυ γὰρ ἔδεδόικεσαν καὶ ἔτρεμον τοὺς ἁγίους ἐκείνους. Τάχα τις ὑμῶν ἀκούων, ποθεῖ ἐπὶ ταύτης γενέσθαι τῆς ἐξουσίας, ὥστε μὴ δύνασθαι δαίμονας ἀντιδῆλαι αὐτῶν, καὶ μακαρίζει τοὺς ἁγίους ἐκείνους διὰ τοῦτο, ὅτι τοσαύτην εἶχον ἰσχύν. Ἄλλ' ἀκουέτω τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ δαιμόνια ὑμῖν ὑποτάσσονται· ἐπειδὴ ἦδει πάντας ἀνθρώπους μάλιστα τούτῳ χαίροντας διὰ κενοδοξίαν. Εἰ γὰρ τὸ τῷ Θεῷ^ε δοκοῦν ζητεῖς καὶ τὸ κοινῇ συμφέρον, ἔτερα μείζων ἐστὶν δόξ. Οὐκ ἔστιν οὕτω μέγα δαίμονος ἀπαλλάξαι, ὡς ἀμαρτίας ἐξελεῖσθαι. Δαίμων οὐ κωλύει βασιλείας οὐρανῶν ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ καὶ συμπράττει, ἄκων μὲν, συμπράττει δὲ, σωφρονέστερον τὸν ἔχοντα ποιῶν· ἀμαρτία δὲ ἐκβάλλει.

^ε Alius μὴ φυσικόν.

^β Idem τὴν ἀπόρρητον. ^ε Unus γὰρ τῷ Θεῷ

δ. Ἄλλ' ἴσως ἐρεῖ τις· Μὴ γένοιτό μοι τοιούτου τυχεῖν σωφρονισμοῦ. Οὐδὲ ἐγὼ βούλομαι, ἀλλ' ἑτέρου, ἀπὸ τοῦ πόθου τοῦ Χριστοῦ πάντα ποιεῖν. Εἰ δὲ, ὃ μὴ γένοιτο, συμβαίῃ καὶ ὑπὲρ τούτου παρακαλεῖν. Εἰ τοίνυν οὗτος μὲν οὐκ ἐκβάλλει, ἐκείνη δὲ ἐκβάλλει, τὸ ἐκείνης ἀπαλλάξει μείζονος εὐεργεσίας. Οὐκοῦν ταύτης σπουδάζωμεν ἀπαλλάττειν τοὺς πλησίον καὶ πρὸ τῶν πλησίον ἡμᾶς αὐτούς. Ἰδόμεν, μὴ δαίμονα ἔχωμεν· ἐξετάσωμεν ἑαυτοὺς ἀκριβῶς. Δαίμονος χαλεπώτερον ἁμαρτία· ἐκείνος μὲν γὰρ ταπεινοὺς ποιεῖ. Ἡ οὐχ ὁρᾷτε τοὺς δαιμονώνας, ὅταν ἀνεγέκωσιν ἀπὸ τῆς νόσου, πῶς εἰσι κατηφείς, πῶς σκυθρωποί; πῶς αἰσχύνῃς τὰ πρόσωπα αὐτῶν γέμει; πῶς οὐδὲ ἀντιβλέψαι τολμῶσιν; Ὅρα τὴν ἀτοπίαν ἐκείνου μὲν ὑπὲρ ὧν πάσχουσιν αἰσχύνονται, ἡμεῖς δὲ ὑπὲρ ὧν πράττομεν οὐκ αἰσχυνόμεθα· ἐκείνοι ἀδικούμενοι αἰδοῦνται, ἡμεῖς ἀδικούντες οὐκ αἰδοῦμεθα· καίτοι τὰ ἐκείνων οὐκ αἰσχύνῃς ἄξια, ἀλλ' ἔλεος καὶ φιλανθρωπίας καὶ συγγνώμης, καὶ πολλοῦ τοῦ θαύματος; καὶ μυρῶν τῶν ἐπαίνων, ὅταν καὶ τοιούτῳ προσπλαίοντες δαίμονι, πάντα εὐχαρίστως φέρωσι· τὰ δὲ ἡμέτερα γέλωτος ὄντως, αἰσχύνῃς, κατηγορίας, κολάσεως, τιμωρίας, τῶν ἐσάτων κακῶν καὶ γέννησις, ἀλλ' οὐδεμίαν [314] ἄξιαν συγγνώμης. Ὅραξ, ὅτι χαλεπώτερον δαίμονος ἁμαρτία; Καὶ ἐκείνοι μὲν ἐξ ὧν πάσχουσι κακῶς ^a, κερδαίνουσι κέρδος διπλοῦν· ἐν μὲν τὸ σωφρονίζεσθαι καὶ φιλοσοφώτεροι εἶναι, δεύτερον δὲ τὸ τὴν κόλασιν ἐνταῦθα τῶν οικείων ἁμαρτημάτων δόντες, καθαροὶ πρὸς τὸν Δεσπότην ἀπελθεῖν. Καὶ γὰρ ὑπὲρ τούτου διελέχθημεν πολλάκις, καὶ ἐδείξαμεν ^b, ὅτι τοὺς ἐνταῦθα κολαζόμενους, ἂν εὐγνωμόως φέρωσι, πολλὰ τῶν ἁμαρτημάτων ἀποτίθεσθαι εἰκός. Ἄπὸ δὲ τῶν ἁμαρτημάτων διπλᾶ τὰ δεινὰ, ἐν μὲν ὅτι προσκρούομεν, ἕτερον δὲ ὅτι χεῖρους γινόμεθα. Προσέχετε ᾧ λέγω. Οὐ τοῦτο μόνον ἀδικούμεθα ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ὅτι ἁμαρτάνομεν, ἀλλὰ καὶ ἕτερον, ὅτι ἕξιν δέχεται ἡ ψυχὴ, οἷον ὡς ἐπὶ σώματος· σαφέστερον γὰρ ἔσται ἐπὶ ὑποδείγματος λεγόμενον. Καθάπερ γὰρ ὁ πυρέξας οὐ τοῦτο μόνον ἠδίκηται, ὅτι νοσεῖ, ἀλλ' ὅτι μετὰ τὴν νόσον ἀσθενέστερος γίνεται λοιπὸν, κἂν εἰς ὑγίαν ἐπανεῖθαι ἀπὸ νόσου μακρῶς· οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἁμαρτίας, κἂν ὑγιαίνωμεν, ἔτι πολλῆς δέομεθα τῆς ἰσχύος. Ἰδε γὰρ μοι ὄφρ' ἴσαντά τινα, καὶ μὴ τιμωρηθέντα· οὐ διὰ τοῦτο μόνον δακρύειν, ὅτι οὐ τῆς ὕβρεως δίκην δίδωσιν, ἀλλὰ καὶ δι' ἕτερον πενθεῖν ἄξιον. Ποῖον δὲ τοῦτο; Ὅτι ἀναίσχυντοτέρα γέγονε λοιπὸν ἡ ψυχὴ. Ἐκάστου γὰρ τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ τῆς ἁμαρτίας· ἐργασθείσης καὶ παυσασμένης, ἐναποτίθεται τις ἡμῶν ἰδὸς τῆς ψυχῆς. Οὐκ ἀκούεις λεγόντων τινῶν, ὅταν ἐκ νόσου ὑγιάνωσιν, ὅτι οὐκ ἔτι τολμῶ ὕδωρ πιεῖν; καίτοι γε ὑγιάνεν· ἀλλ' ἡ νόσος καὶ τοῦτο ἠδίκησε. Κάκεινοι μὲν κακῶς πάσχοντες, εὐχαριστοῦσιν· ἡμεῖς δὲ εὖ πράττοντες, βλασφημοῦμεν τὸν Θεόν, καὶ ἀποδοσπετοῦμεν πλειονὰς γὰρ εὐροῖς ἂν ἐν ὑγείᾳ καὶ πλούτῳ τοῦτο ποιοῦντας, ἢ ἐν πενίᾳ καὶ ἀβρωσίᾳ. Ἐφῆσθηκε γὰρ ὁ δαίμων ὡς δήμιος ὄντως σφοδρὸς ἀπειλῶν πολλά, καθάπερ ^c τις παιδαγωγὸς τὸν ἱμάντα ἀνατείλων, καὶ οὐδαμῶθεν ἀναχυθῆναι ἄφεις. Εἰ δὲ τινες μὴδ' οὕτω νήφοιεν, ἀλλ' οὖν ἐκεῖνοι διδάσαι ^d δίκην. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο· καθάπερ γὰρ οἱ μωροὶ, καθάπερ οἱ μαινόμενοι, καθάπερ οἱ

παῖδες οὐκ ἀπαιτοῦνται εὐθύνας, οὕτως οὐδὲ οὗτοι τῶν γὰρ οὐκ ἐν γνώσει πραττομένων οὐδαίς οὕτως ὠμὸς, ὥστε ἀπαιτῆσαι δίκην ποτέ. Ἄρα πολλῶ τῶν δαιμονώντων χεῖρον διακείμεθα οἱ ἁμαρτάνοντες. Ἄλλ' ὅτι οὖν ἀφρίζομεν, οὐδὲ διαστρέφομεν τὰς κόρας, οὐδὲ τὰς χεῖρας; Εἴθε ἐν τῷ σώματι τοῦτο ἐπράττομεν, καὶ μὴ ἐν τῇ ψυχῇ. Βούλει σοι δεῖξω ψυχὴν ἀφρίζουσαν ἀκάθαρτον, καὶ διαστροφὴν ὀμμάτων διανοίας; Ἐννόησον τοὺς ὀργιζομένους καὶ μεθύοντας ὑπὸ τοῦ θυμοῦ, πῶσος ἀφροῦ οὐκ ἀκαθαρτότερα ἐκβάλλουσι ῥήματα; Ὅντως ὡς περ δυσώδη σίελον ἀποθλύζουσι. Καὶ καθάπερ ἐκείνοι οὐδένα ἴσασι τῶν παρόντων, οὕτως οὐδὲ οὗτοι. Σκοπιθείσης γὰρ αὐτοῖς τῆς διανοίας καὶ διαστραφέντων τῶν ὀφθαλμῶν, οὐ φίλον, οὐκ ἐχθρὸν, οὐκ αἰδέσιμον, οὐκ ἐκκαταφρόνητον, ἀλλὰ πάντα; ἀπλῶς ὄρωσιν. Οὐχ ὄραξ αὐτοὺς καὶ τρέμοντας [315] καθάπερ ἐκείνους; Ἄλλ' οὐ πίπτουσι χαμαὶ; Ἄλλὰ ἡ ψυχὴ αὐτῶν χαμαὶ κεῖται καὶ πίπτει σπαίρουσα· εἰ γὰρ ὀρθὴ εἰστήκει, οὐκ ἂν ἐπαθεν ἐκεῖνα ἔπερ ἐπαθεν. Ἡ οὐ δοκεῖ σοι καταθεβλημένης εἶναι ψυχῆς, καὶ τὴν οικίαν νῆψιν ἀπολωλέκευτα ^e, καὶ ἃ ποιοῦσι καὶ λέγουσι μεθύοντας τῷ θυμῷ; Ἔστι τι καὶ ἕτερον μανίας εἶδος τοῦτο χαλεπώτερον. Ποῖον δὲ τοῦτο; Ὅταν μὴδὲ ἀφείναι τὴν ὀργὴν ἀνέχωνται, ἀλλὰ τρέφωσι παρ' ἑαυτοῖς οικειᾶκὸν καθάπερ τινὰ δῆμιον τὴν μνησικακίαν. Αὐτοὺς γὰρ πρῶτους ἀπόλλυσι τὸ μνησικακεῖν ἐντεῦθεν ἦδη, ἵνα τὰ μέλλοντα παρῶ. Πόσην γὰρ οἶα βάσανον εἶναι ἀνθρώπῳ πεπληγμένῳ τὴν ψυχὴν, καθ' ἑκάστην ἡμέραν σκοποῦντι ὅπως ἀμύνεται τὸν ἐχθρὸν; Πρῶτερον ἑαυτὸν κολάζει ὁ τοιοῦτος, καὶ τιμωρεῖται οἰδίνων, πρὸς ἑαυτὸν μαζόμενος, ἐμπυριζόμενος. Ἀνάγκη γὰρ διαπαντὸς καίεσθαι παρὰ σὸν τὸ πῦρ· καὶ τὸν πυρετὸν ἐπὶ τοσοῦτον ἐκτείνων, οὐκ ἀφίης παρακμάσαι, καὶ νομίζεις ἐκείνῳ δίδόναι τι κακὸν, αὐτὸς δὲ σεαυτὸν τήκει, διαπαντὸς τὴν φλόγα ἀκμάζουσιν φέρων, καὶ διαναπαύσασθαι τὴν ψυχὴν οὐκ εἶναι, ἀλλ' ἐκθηριούμενος αἰεὶ, καὶ ἐν ταραχῇ καὶ ἐν χειμῶνι τὸν λογισμὸν ἔχων.

ε'. Τί ταύτης χαλεπώτερον τῆς μανίας, διαπαντὸς λυπεῖσθαι καὶ οἰδεῖν καὶ φλεγμαίνειν; Τοιαῦται γὰρ αἱ τῶν μνησικακῶν ψυχαί· ἐνθα ἂν ἴδωσιν ὃν βούλονται ἀμύνασθαι, εὐθέως ἐπληγήσαν· ἂν φωνῆς ἀκούσῃσι, κατέπεσον, τρέμουσιν· ἂν ἐπὶ κλίνης ὦσι, μυρία· ἑαυτοῖς ὑπογράφουσι τιμωρίας, ἀναρτώντες, βασανίζοντες ἐκείνον τὸν ἐχθρὸν· πρὸς δὲ τούτοις, ἂν καὶ εὐδοκίμουντα ἴδωσι, βαθαί τῆς τιμωρίας! Ἄφες αὐτῷ τὸ ἁμάρτημα, καὶ ἀπάλλαξον σαυτὸν τῆς βασάνου. Τί μένεις διαπαντὸς κολαζόμενος, ἵνα ἐκείνον ἀπαξ κολάσῃς καὶ τιμωρήσῃ; τί κατασκευάζεις ἐκτικὸν σαυτῷ νόσημα ^f; τί βουλόμενον ἀπαλλαγῆναι σου τὸν θυμὸν κατέχεις; Μὴδὲ μέγρις ἐσπέρας μενέτω, φησὶν ὁ Παῦλος. Καθάπερ γὰρ τηκεδῶν τις καὶ σῆς, οὕτω τὴν ῥίζαν τῆς ἡμετέρας διατρέγει διανοίας. Τί θηρὶον ἐναποκλείεις εἰς τὰ σπλάγχνα τὰ σά; Βέλτιον ὄφιν ἢ ἔχιν ἐγκλείσθαι τῇ καρδίᾳ, ἢ θυμὸν καὶ μνησικακίαν· ἐκεῖνα μὲν γὰρ εὐθέως ἂν ἡμᾶς ἀπῆλλαξεν, οὗτος δὲ μένει διαπαντὸς, τοὺς ὀδόντας ἐμπηγνύς, τὸν ἰδὸν ἐντεθεῖς, τοὺς χαλεποὺς ἐπιστρατεύων ^g λογισμοῦς. Ἄλλὰ ταῦτα ποῶ, φησὶν, ἵνα μὴ καταγέλασθῃ, ἵνα μὴ καταφρονῆσθῃ. Ἄθλιε ἀνθρώπε καὶ ταλαίπωρε, οὐ βούλει καταγελασθῆναι παρὰ τοῦ συνδούλου, ἀλλὰ μισηθῆναι παρὰ τοῦ σοῦ Δε-

^a Πάσχουσι κακῶς deest in uno codice. ^b Καὶ ἐδείξαμεν deest in uno. ^c Αἱ σφοδρὸς πολλὰ λέγων καθάπερ. ^d ἴα (ummel. et unus cod.; Montf., post Savil.). Εἰ δὲ τινες μὴδ' οὕτω νήφ., οὐδὲ ἐκ. δώσουσι. Εἰσι.

^e Αἱ ἀπολωλέκευτα male. ^f Quidam ἐπέθηκαν σαυτὸν τῷ νοσήματι, quae lectio non spernenda, et morbo infabaciens. ^g Sic, cum codd., Commel. et Savil., scripsimus. Legebatur ἐπιστρατεύων. Εἰσι.

vitus quidem, sed tamen cooperatur, dum continentio-rem reddit eum quem occupat: peccatum vero e regno ejicit.

4. *Habere peccatum quam habere dæmonem gravius est.* — At forte dicet quispiam: Absit, ut sic assequar continentiam. Neque ego velim, sed alio modo ut omnia facias ex amore Christi. Si vero hoc, quod absit, contingat, pro hoc est orandum. Si igitur dæmon non ejicit, peccatum vero ejicit, ab hoc liberari majus est beneficium. Ergo ab hoc proximum liberari curemus, et ante proximum, nos ipsos. Videamus ne dæmonem habeamus, diligenter nos ipsos examinemus. Dæmone gravius est peccatum; ille namque humiles reddit. Annon videtis dæmoniacos, quando a morbo recreantur, quam sint demissi, quam mœsti? quomodo vultus pudore suffundatur, quomodo non ausint obtueri? Vide absurditatem: illi de iis quæ patiuntur erubescunt, nos de actis nostris non erubescimus: illi injuria affecti verentur, nos injuria afficientes non veremur. Atqui illorum status non pudore dignus, sed misericordia et humanitate, venia, admiratione magna, innumeris laudibus, quando cum tali dæmone concertantes, omnia cum gratiarum actione patiuntur: nostra vero digna sunt risu, pudore, accusatione, supplicio, pœna, extremis malis, gehenna, nullaque venia. Viden' peccatum dæmone deterius esse? Et illi quidem ex iis, quæ graviter patiuntur, duplex lucrum reportant: unum quod temperatiores sint et magis philosophi, alterum quod, cum hic peccatorum pœnas dederint, puri ad Dominum migrent. Nam hac de re sæpe disseruimus et ostendimus, eos qui hic puniuntur, si benigne ferant, magnam peccatorum sarcinam verisimiliter deponere. A peccatis autem duplicia mala eveniunt: unum quod offendamus, alterum quod deteriores evadamus. Attendite dicis. Non in hoc tantum lædimur a peccato, quod peccemus; sed et in alio, quod anima habitum admittat; sicut et in corpore: clarius enim erit inde sumptum exemplum. Quem admodum enim febricitans non in hoc solum læditur, quod infirmetur, sed etiam quod post morbum sit infirmior, etiamsi ex diuturno morbo in bonam valetudinem redeat: sic et de peccato dicendum, licet sanemur, adhuc tamen egemus fortitudine. Vide namque nihili quempiam, qui contumelia affecerit, nec pœnas dederit: non ideo solum lacrymari oportet, quod contumeliæ pœnas non dederit? Sed etiam alia de causa legendum. Quare? Quia impudenter effectus est animus. Singulorum enim peccatorum, postquam delictum peractum est et cessavit, virus quoddam in anima inseritur. Non audis quosdam dicentes, postquam a morbo recreati sunt: Non ultra ausim aquam bibere; licet sani sint? sed morbus in hoc etiam læsit. Et illi quidem mala passi, gratias agunt; nos autem dum bene habemus, Deum blasphemamus, et ægre ferimus: plures enim invenias in sanitate ac divitiis hoc agentes, quam in paupertate et infirmitate. Instat enim dæmon quasi carnifex ardens minas intentans, sicut quidam pædagogus lo-

rum erigens, et nusquam deflectere sinens. Quod si qui ne ita quidem sapiant, non dant illi pœnas. Non parum autem hoc est. Ut enim stulti, ut furiosi, ut pueri non dant pœnas, sic neque hi: eorum enim quæ inscianter acta sunt, nemo tam crudelis est ut pœnas repetat. Ergo peccantes multo deterius affecti sumus quam dæmoniaci. Sed non spumamus, nec pupillas distorquemus vel manus? Utinam hoc in corpore pateremur, non in anima! Vis tibi ostendam animam spumantem, impuram, et distortos oculos mentis? Cogita iratos et furore ebrios, quæ spuma non immundiora proferunt verba? Profecto quasi fœtidum sputum emittunt. Et sicut illi nullum ex presentibus norunt, sic neque hi. Obtenebrata enim illorum mente et distortis oculis, non amicum, non inimicum, non venerabilem, non despiciendum, sed omnes uno intuitu cernunt. Non vides hos tremere sicut illos? Sed non cadunt in terram? Verum anima eorum humi jacet et cadit palpans: si enim recta staret, non pateretur illa quæ patitur. Annon videntur tibi abjectæ esse animæ, quæ vigilantiam suam perdidit, ea quæ illi dicunt et faciunt animo ebrui? Est et aliud furoris genus hoc gravius. Quodnam illud? Quando neque iram remitti sustinent, sed apud se alunt, quasi domesticum carnificem ulciscendi se cupiditatem. Illos enim primos hæc cupiditas hic perdit, ut futura præteream. Nam quantum putas esse tormentum hominis animo percussi, singulis diebus meditantis, quo pacto inimicum ulciscatur? Primo seipsum punit, et inflatum plectit, contra seipsum pugnans et incensus. Necesse enim est ignem semper in te ardere: et febrim tantum intendens, non sinis decrescere, putasque te illi malum inferre; ipse vero teipsum tabefacis, flammam semper vigentem gestans, nec sinens animam quiescere, sed efferratus semper, et in perturbatione et tempestate mentem retinens.

5. Quid hoc furore deterius, semper ita dolere, inflari, ardere? Tales enim sunt vindictam meditantium animæ: ubi viderint eum, quem ulcisci cupiunt, statim concitantur; si vocem audierint, decidunt, tremunt; si in lecto decumbant, mille sibi depingunt ultionis genera, suspendentes, torquentes inimicum illum: ad hæc, si illum clarum et conspicuum viderint, papa, quantum supplicium! Dimitte illi peccatum, teque a tormento exime. Cur semper cruciatus perseveras, ut illum semel ulciscaris et punias? quid paras tibi hecicum morbum? cur animum tuum liberari volentem detines? Ne usque ad vesperam maneat, inquit Paulus (*Ephes. 4. 26*). Sicut enim tabes quædam et tinea, sic mentis nostræ radicem rodit. Cur feram includis in visceribus tuis? Melius esset serpentem et viperam in corde esse, quam iram et ulciscendi cupiditatem: nam illa reptilia statim a nobis abscederent; hæc autem semper manet, semper dentibus laniat, virus immittit, molestarum cogitationum exercitum producit. At hæc facio, inquires, ne me rideat, ne contemnat. Miser homo et ærumnose, non vis a conservo irrideri, sed odio haberi a Domino

tuo ? non vis despici a consero, sed Dominum despicias? despici ab illo non pateris, Deumque putas non indignari, quod ipsum derideas, quod ipsum spernas, dum non vis ipsi obtemperare? Quod autem ille non te deridebit, hinc manifestum est. Si te ulciscaris, hinc magnus risus, magnus contemptus; nam pusillanimitatis est opus: si vero dimiseris, magnum miraculum; magnanimitatis enim hoc opus est. At ille, inquit, id ignorat. Sciat Deus, ut majorem habeas mercedem. In lænus date, inquit, iis, a quibus nihil accipere speratis (*Luc. 14. 14*). Sic beneficia præstemus iis, qui non sentiunt se beneficiis affici, ut ne vel laudem vel aliquid aliud nobis repedentes, mercedem nobis minuant. Cum enim nihil ab hominibus accipimus, tunc majora a Deo accipiemus. Quid autem risu dignius, quid frigidius anima quæ semper irascitur et se vult ulcisci? Muliebre ac puerile propositum est. Nam ut illa contra inanimata etiam irascitur, et si pavementum non percutiat, non remittit iram: ita et hi eos, qui se afflixerunt, ulcisci volunt. Ergo et ipsi risu digni: nam iræ subjectum esse, puerilis est animi; iræ imperare, strenui viri est. Ergo non nos iridemur, si philosophi simus, sed illi. Non est illud contemptibilium hominum, a passione non vinci: contemptibilium hominum est exterror risum timere, ita ut ideo extollaris, animi morbo subjiciaris, Deum offendas, et te ulciscaris. Hæc vere sunt risu digna. Hæc ergo fugiamus. Dicat se, qui nos sexcentis impetivit malis, nihil passum esse mali: dicat se, si in nos iterum debacchetur, nihil esse passurum. Non aliter nostram prædicaret virtutem, non alia quæreret verba, si nos laudare vellet, quam hæc, quæ ut nos mordeat profert. Utinam omnes hæc de me dicerent: Frigidus homo et miser est: omnes ipsi contumeliam inferunt, et ipse fert; omnes insiliunt, et ille non se ulciscitur. Utinam adderent: Neque si velit, potest; ut mihi laus esset a Deo, et non ab hominibus. Dicat, quod ob timiditatem non nos ulciscimur. Nihil hoc nobis nocet, quando Deus scit; sed thesaurum nostrum in majori

¹ Alii legunt, *sed odio haberi a Domino tuo, et ab ipso despici?*

ponit custodia. Si illos spectemus, ab omnibus excidemus. Ne videamus quid dicant, sed quid nos deceat. At illi, Ne me quis irrideat, inquit, ne quidam glorientur. O stultitiam! Nemo qui me læserit me irrisit, inquit; id est, ultus qui illum. Atqui hac de causa irridendus es, quia ipsum ultus es. Undenam hæc verba inducta sunt, turpia et pernicioza, quæ vitam nostram et rempublicam subvertunt? nonne, quia Deo adversantia loquimur? Quod enim Deo reddit æqualem, nempe non se ulcisci, id tu risum reputas esse. Nonne ideo risu digni sumus, et apud nos ipsos et apud gentiles, quod ita contra Deum loquamur?

Historia reperti thesauri. — Volo quidpiam enarrare apud veteres gestum, non circa iram, sed circa pecuniam. Erat cuidam prædium, occultum thesaurum habens, inscio domino, quod ille vendidit: emptor vero cum foderet, ut plantaret et curaret, depositum thesaurum invenit. Quod cum didicisset is qui vendiderat, veniens emptorem cogebat ut thesaurum redderet, dicens se prædium vendidisse, non thesaurum. Ille contra repellere eum dicens, se prædium cum thesauro emisse, et se hoc nihil curare. Res in litem inter ambos versa est, illo reddi sibi volente, alteroque negante. Incidentes autem in hominem quempiam litigabant; deindeque interrogarunt illum, cui deberet thesaurus adjudicari. Ille vero non sententiam tulit, dixitque se litem soluturum esse, quod ipse dominus esset. Et illis annuentibus accepto thesauro, innumera deinde mala passus est, et se didicit, jure illos ab hoc abstinuisse. Hoc et circa iram fieri oportet, ut et nos contendamus, non esse sumendam ultionem, et qui læserunt contendant, oportere se poenas dare. Sed forsitan hæc ridicula videantur. Quando enim hæc insaniam admodum occupat, qui modeste agunt irridentur, et inter insanientes multos, qui non insanit videtur insanire. Quamobrem obsecro, feramus, nosque contineamus, ut possimus hoc pernicioso morbo liberi, regnum cælorum assequi, gratia et miserationibus unigeniti Filii, quicum Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XLII.

CAP. 19. v. 21. *His autem expletis, proposuit Paulus in Spiritu, transita Macedonia et Achaia ire Jerusalem, dicens: Postquam fuero ibi, oportet me et Romam videre. 22. Mittens autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi Timotheum et Erastum, ipse remansit ad tempus in Asia. 23. Facta est autem illo tempore turbatio non minima de via.*

1. Satis inoratus in illa civitate, vult iterum alio migrare: ideo mittit Timotheum et Erastum in Macedoniam, ipse vero manet Ephesi. Quomodo autem, initio volens in Syriam abire, in Macedoniam revertitur? Ut ostendat se non omnia ex propria virtute facere. Jam prophetat dicens: *Oportet me et Romam videre.* Hoc vero fortasse dicit, ut consoletur eos, ut

qui non maneat quidem, sed rursus vicinus eorum futurus sit, et prophetia discipulorum animos excitat. Hinc mihi videtur Ephesi Corinthiis scribere ac dicere: *Nolo vos ignorare de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia (2. Cor. 1. 8).* Quia enim promiserat se Corinthum esse venturum, quod moras traxerit sese purgat, et tentationem memorat, quæ Demetrium spectant enarrans. Hunc enim subindicat cum dicit turbationem non minimam de via. Rursus periculum, rursus turbatio. Viden' quam sit conspicuus? Facta sunt signa duplicia: illi vero contradicebant. Sic per omnia res contextuntur. **24.** *Demetrius enim quidam nomine, argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus non modicum questum.*

σπίτου α; οὐ βούλει καταφρονηθῆναι: παρὰ τοῦ ὁμοειδίου, ἀλλὰ καταφρονεῖς τοῦ Δεσπότη; καταφρονηθῆναι παρ' αὐτοῦ οὐκ ἀνέχη, τον δὲ Θεὸν ἀνανακτεῖν οὐκ οἶε, ὅτι αὐτοῦ καταγέλαστος, ὅτι αὐτοῦ καταφρονεῖς, οὐ βουλόμενος αὐτῷ πέθεσθαι; Ὅτι δὲ οὐδὲ καταγέλασται σου, ὁῖλον ἐκεῖθεν. Ἄν μὲν οὖν ἐπεξέληθες, πολὺς ὁ γέλως, πολλὴ ἡ καταφρόνησις: μικροψυχίας γὰρ τὸ πρᾶγμα· ἂν δὲ ἀφῆς, πολὺ τὸ θαῦμα· μεγαλοψυχίας γὰρ τοῦτο. Ἄλλ' ἐκεῖνος οὐκ οἶδε, φησὶν. Ἰστω ὁ Θεός, ἵνα μείζονα ἔχῃς τὸν μισθόν. Δανειζετε γὰρ, φησι, παρ' ὧν οὐκ [316] ἐλπίζετε ἀπολαθεῖν. Οὕτω καὶ εὐεργετῶμεν τοὺς μὴδὲ αἰσθανομένους, ὅτι εὐεργετοῦνται, ἵνα μὴ ἀντιειδόντες ἡμῖν τὸν ἔπαινον, ἦ ὅ τι δῆποτε, ἐλαττώσωσιν ἡμῖν τὸν μισθόν. Ὅταν γὰρ μὴδὲν παρὰ ἀνθρώπων λάβωμεν, τότε μείζονα παρὰ τοῦ Θεοῦ ληψόμεθα. Τί δὲ καταγέλαστότερον, τί δὲ ψυχρότερον ψυχῆς ὀργιζομένης διαπαντός, καὶ βουλομένης ἐπεξελεῖν; Γυναικίως αὕτη ἡ προαίρεσις καὶ παιδική. Καθάπερ γὰρ ἐκείνη καὶ πρὸς τὰ ἄψυχα ὀργίζεται, καὶ μὴ πλῆξῃ τὸ ἔδαφος, οὐκ ἀφίση τὴν ὀργήν· οὕτω δὲ καὶ οὗτοι τοὺς λυπησαντας ἀμύνασθαι βούλονται. Ἄρα αὐτοὶ γέλωτος ἄξιοι: τὸ γὰρ ὑπὸ θυμοῦ κρατεῖσθαι, παιδικῆς διανοίας: τὸ δὲ κρατεῖν, ἀνδρειότητος. Ἄρα οὐκ ἡμεῖς καταγελώμεθα, ὅταν φιλοσοφώμεν, ἀλλ' ἐκεῖνοι. Οὐκ ἔστι τοῦτο εὐκαταφρονητὸν ἀνθρώπων, τὸ μὴ ἠετᾶσθαι πάθει· εὐκαταφρονητῶν δὲ ἔστι τὸ οὕτω τρέμειν τὸν ἐξωθεν γέλωτα, ὡς διὰ τοῦτον αἰρεῖσθαι καὶ πάθει ὑποπίπτειν οἰκίαι, καὶ Θεῷ προσκροῦσιν, καὶ ἑαυτὸν ἀμύνασθαι. Ταῦτα δυνάως γέλωτος ἄξια. Οὐκοῦν ταῦτα φεύγωμεν· λεγέτω, ὅτι μυρία ἡμᾶς ἐργασάμενος κακὰ, οὐδὲν αὐτὸς ἔπαθε· λεγέτω, ὅτι καὶ πάλιν ἡμῖν εἰ ἐπιχωμάσειεν, οὐδὲν πείσεται. Οὐκ ἂν ἐτίρωσ ἡμῶν ἐκτίρωσε τὴν ἀρετὴν, οὐκ ἂν ἄλλα ἐξήγησε βήματα, εἰ ἐπαινέσαι ἡμᾶς εὐούλετο, ἀλλ' ἢ ταῦτα, ἃ δοκεῖ κακίζων λέγειν. Εἶθε πάντες περὶ ἐμοῦ ταῦτα ἔλεγον, ὅτι Ψυχρὸς ἄνθρωπος, καὶ ταλαίπωρός· ἐστὶ πάντες εἰς αὐτὸν ὕβριζουσιν, αὐτὸς δὲ φέρεται πάντες ἐνάλλονται, αὐτὸς δὲ οὐκ ἀμύνεται. Εἶθε προσετίθεσαν, ὅτι Οὐδὲ ἐὰν θέλῃ δύναται, ἵνα μοι ἔπαινος ᾦ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἀνθρώπων. Λεγέτω, ὅτι παρὰ ψυχρότητα οὐκ ἀμυνομένα. Οὐδὲν ἡμᾶς βλάπτει τοῦτο, ὅταν ὁ Θεὸς εἰδῇ, ἀλλ' ἐν μείζονι καθίστησιν ἡμῶν τὸν θησαυρὸν φυλακῆ. Εἰ μέλλοιμεν πρὸς ἐκείνους ὄραν, παντῶν ἀπεπεσοῦμεθα. Μὴ τί λέγουσιν, ἀλλὰ

* *Allii* Δεσπότη, καὶ καταφρονηθῆναι παρ' αὐτοῦ;

τί ἡμῖν πρέπει, ἰδῶμεν. Οἱ δὲ, Μὴ γάρ μου καταγέλαστος, φησι, καὶ καυχῶνταί τις. Ἡ τῆς ἀνοίας! Οὐδεὶς με ἀδικήσας κατεγέλασέ μου, φησὶ· τοῦτέστιν, Ἐπεξέληθον. Καὶ μὴν τοῦτω καταγέλασθαι ὀφείλεις, ὅτι ἐπεξήλωες. Πῶθεν ταῦτα τὰ βήματα ἐπεξήλωθεν, αἰσχύνῃ καὶ διέβρος ἔντα, καὶ ἀνατροπῇ τῆς ζωῆς τῆς ἡμετέρας, καὶ τῆς πολιτείας; ἄρα οὐκ ἀπὸ τοῦ ἀπειναντίας τῷ Θεῷ φθέγγεσθαι; Ὁ γὰρ ποιεῖ Θεοῦ ἴσον, τὸ μὴ ἀμύνασθαι, τοῦτο γέλωτα νομίζεις. Οὐ διὰ ταῦτα γέλασθαι ἔσμεν ἄξιοι καὶ παρ' ἡμῶν αὐτῶν, καὶ παρ' Ἑλλήνων, οὕτως ἀντιφεγγόμενοι τῷ Θεῷ;

Βούλομαι τι οἰγηθῆσθαι γενόμενον ἐπὶ τῶν παλαιῶν, οὐ περὶ ὀργῆς, ἀλλὰ περὶ χρημάτων· Ἦν τινη χωρίον θησαυρὸν ἔχον ἐγκεκρυμμένον οὐκ εἰδὸτος τοῦ δεσπότη· τοῦτο ἐκεῖνος τὸ χωρίον ἀπέδοτο. Ὁ πριάμενος διασκάπτων ὥστε φουδεῖσθαι καὶ ἐπιμελήσασθαι, εὖρε τὸν θησαυρὸν ἐναποκείμενον. Μαθὼν ὁ ἀποδόμενος τοῦτο, ἐλθὼν ἐβιάζετο τὸν ἡγορακότα ἀπολαθεῖν τὸν θησαυρὸν· χωρίον γὰρ ἔλεγε πεπρακέναι, οὐ θησαυρὸν. Πάλιν ἐκεῖνος διωθεῖτο αὐτὸν, λέγων, τὸ χωρίον ἡγορακέναι μετὰ [317] τοῦ θησαυροῦ, καὶ οὐδένα λόγον ποιεῖν ὑπὲρ τοῦτου. Εἰς ἀμφισβήτησιν κατέστησαν ἀμφότεροι, ὁ μὲν λαθεῖν βουλόμενος, ὁ δὲ φιλονεικῶν μὴ δοῦναι. Καὶ ἐπιτυχόντες ἀνθρώπου τινὸς διελέγοντο· εἶτα ἡρώτων αὐτὸν, τίνη δεῖ προσγενέσθαι τὸν θησαυρὸν. Ὁ δὲ οὐκ ἀπεφῆναιτο, ἔφη δὲ καταλύσαι αὐτῶν τὴν ἀμφισβήτησιν· αὐτὸς γὰρ ἔσεσθαι κύριος ἢ. Καὶ λαθὼν τὸν θησαυρὸν ἐκόντων παραχωρησάντων ἐκείνων, μυρία ὕστερον ὑπέστη κακὰ, καὶ ἔργω ἐμάνθανεν, ὅτι εἰκότως ἐκεῖνοι τοῦτου ἀπέστησαν. Τοῦτο καὶ περὶ τῆς ὀργῆς δεῖ γενέσθαι, καὶ ἡμᾶς φιλονεικεῖν μὴ ἀμύνασθαι, καὶ τοὺς λυπηκτάς φιλονεικεῖν δοῦναι δίκην. Ἀλλὰ τάχα ταῦτα καὶ γέλωτος τις εἶναι δοκεῖ· ὅταν γὰρ ἐπιπλέον ἡ μανία κατάσχη, οἱ σωφρονούντες γελῶνται, καὶ ἐν πολλοῖς μαινομένοις ὁ μὴ μαινόμενος δοκεῖ μαινέσθαι. Διὸ παρακαλῶ ἀνεγκεῖν, καὶ ἡμῶν αὐτῶν γενέσθαι, ἵνα δυναθῶμεν τοῦ ὀλεθρίου α τοῦτου πάθους καθαρεύοντες, τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἀξιοθῆναι, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Παιδὸς, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξῃ, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

β Hæc legentem sponte subit memoria facit iudicis α nostru L. Lafontaine inducit in fabula cui titulus: *L'huître et les plaudemurs*. Edit. α Τοῦ ὀλεθρίου deest in quibusdam.

ΟΜΙΛΙΑ ΜΒ'.

Ὅς δὲ ἐπληρώθη ταῦτα, ἔθετο ὁ Παῦλος ἐν τῷ Πνεύματι, διελθὼν τὴν Μακεδονίαν καὶ Ἀχαίαν, πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ, εἰπὼν, ὅτι Μετὰ τὸ γενέσθαι με ἐκεῖ, δεῖ με καὶ Ῥώμην ἰδεῖν. Ἀποστείλας δὲ εἰς τὴν Μακεδονίαν δύο τῶν διακονούντων αὐτῷ, Τιμόθεον καὶ Ἐραστον, αὐτὸς ἐπέσω χρόνον εἰς τὴν Ἀσίαν. Ἐγένετο δὲ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τάρμαχος οὐκ ὀλίγος περὶ τῆς οδοῦ.

α'. Ἰκανῶς ἐνδιατριψάς τῇ πόλει βούλεται μεταστῆναι πάλιν. Διὸ καὶ πέμπει τὸν Τιμόθεον καὶ τὸν Ἐραστον εἰς Μακεδονίαν, αὐτὸς δὲ μένει εἰς Ἐφεσον. Πῶς δὲ ἐξ ἀρχῆς ἐλόμενος εἰς Συρίαν α ἀπέλθειν, πάλιν εἰς Μακεδονίαν υποστρέφει; Δεικνύς, ὅτι πάντα οὐκ οἰκεία δυνάμει ἔπραττεν. Ἦδη προφητεύει λέγων, Δεῖ με καὶ Ῥώμην ἰδεῖν. Τοῦτο δὲ εἶπεν, ἴσως παρημυθούμενος

* *Mogel*. ἀπέλθειν, εἰς Μακεδονίαν.

περὶ τὰ τοιαῦτα ἐργάτας, εἶπεν· Ἄνδρες, ἐπίστασθε, ὅτι ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας ἡ εὐπορία ἡμῶν ἐστὶ καὶ θεωρεῖτε καὶ ἀκούετε, ὅτι οὐ μόνον Ἐφέσου, ἀλλὰ καὶ σχεδὸν πάσης τῆς Ἀσίας ὁ Παῦλος οὕτως πείσας μετέστησεν δόχλον ἱκανόν, λέγων, ὅτι Οὐκ εἰσὶ θεοὶ οἱ διὰ χειρῶν ἀνθρώπων γινόμενοι. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἔλθειν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς μεγάλης θεᾶς ἱερὸν Ἀρτέμιδος εἰς οὐδὲν λογισθῆναι, μέλλειν δὲ καὶ καθαιρεῖσθαι τὴν μεγαλειότητα αὐτῆς, ἣν ὅλη ἡ Ἀσία καὶ ἡ οἰκουμένη σέβεται. Ποιῶν, φησὶ, ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος. Καὶ πῶς ἐν ναοῦς ἀργυροῦς γενέσθαι; Ἴσως ὡς κιδύρια μικρά· πολλὴ γὰρ ταύτης ἦν ἡ τιμὴ ἐν Ἐφέσῳ, ὅπου καὶ τὸ ἱερὸν αὐτῶν ἐμπρησθὲν οὕτως ἐλύπησεν αὐτοὺς, ὡς τὸν ἐμπρήσαντα κελεύειν μηδὲ ὀνόματι λέγεσθαι. Ὅρα πανταχοῦ τὴν εἰδωλολατρείαν ἀπὸ χρημάτων γινομένην. Κάκεινοι διὰ χρήματα, καὶ οὕτως διὰ χρήματα· οὐχ ὡς τῆς εὐσεβείας κινδυνευούσης αὐτοῖς, ἀλλ' ὡς τοῦ πορισμοῦ τὴν ὑπόθεσιν οὐκ ἔχοντος. Καὶ σέπει κακίαν ἀνδρός· Εὐποροῦ ἦν αὐτῶς, καὶ αὐτῶς μὲν οὐ τοσαύτη ἐμελλε βλάβη γενέσθαι ἐκ τούτου· ἐκείνοις δὲ ἦν πολλή, ἅτε πένησιν οὔσι καὶ ἀπὸ τῆς καθ' ἡμέραν ἐργασίας τρεφομένοις. Καὶ ὅμως οὗτοι μὲν οὐδὲν λέγουσιν, αὐτοὺς δὲ· κοινωνοὺς δὲ ὄντας αὐτοὺς τῆς τέχνης, κοινωνοὺς λαμβάνει καὶ τοῦ θορύβου. Εἶτα καὶ τὸν κίνδυνον ἠξήσεν, ἐπαγαγὼν, ὅτι Κινδυνεύει ἡμῖν τοῦτο τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἔλθειν. Τοῦτο γὰρ σχεδὸν διὰ τούτου δηλοῖ, ὅτι ἀπὸ τῆς τέχνης ταύτης κινδυνεύομεν εἰς λιμὸν ἐμπεσεῖν. Καίτοι τὰ εἰρημένα ἱκανὰ εἰς εὐσέβειαν αὐτοὺς ἀγαγεῖν· ἀλλὰ τάλαιπωροὶ τινες ὄντες καὶ ψυχροὶ, ἐπισυνίστανται μᾶλλον, καὶ οὐκ ἔννοοῦσιν, ὅτι εἰ ὁ ἄνθρωπος οὕτως τοσαῦτα ἰσχύει ὡς μεταστῆσαι πάντας, καὶ κινδυνεύει τὰ τῶν θεῶν, ἡλικίος ὁ τούτου Θεός! καὶ ὅτι Πολλῶ μᾶλλον ἐκεῖνα ἡμῖν δώσει, ὑπὲρ ὧν φοβοῦμεθα. Ἦδη προκατελάβεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, λέγων, ὅτι Οὐκ εἰσὶ θεοὶ οἱ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων γινόμενοι. Ὅρα ὑπὲρ τίνος ἀγανακτοῦσιν Ἕλληνες· ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι Οἱ ὑπὸ ἀνθρώπων γινόμενοι, οὐκ εἰσὶ θεοὶ. Πανταχοῦ εἰς τὴν τέχνην ὠθεῖ τὸν λόγον. Εἶτα τὸ μάλιστα αὐτοὺς λυπήσεν ὑστερον τίθησι, λέγων· Οὐ μόνον δὲ τοῦτο τὸ μέρος κινδυνεύει· τούτέστι, τῶν μὲν ἄλλων οὐδεὶς λόγος, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸ τῆς μεγάλης θεᾶς ἱερὸν Ἀρτέμιδος κινδυνεύει καθαιρεῖσθαι. Εἶτα ἵνα μὴ δόξη χρηματισμοῦ ἔνεκεν λέγειν ταῦτα, δρᾷ τί προστίθῃσιν· Ἦν ἡ οἰκουμένη σέβεται. Ὅρᾳ πῶς ἐδείξε μείζω τὴν τοῦ Παύλου δύναμιν, πάντας ἀθλοῦς καὶ τάλαιπώρους αὐτοὺς ἀποφαίνων, εἰ γὰρ ἄνθρωπος ἐλαυνόμενος καὶ σκηνοποιδῆς τοσαῦτα δύναται; Ὅρα παρ' ἐχθρῶν τὰς μαρτυρίας τοῖς ἀποστόλοις γινομένηας. Ἐκεῖ μὲν ἔλεγον, Ἰδοὺ πεπληρώκατε τὴν Ἱερουσαλήμ τῆς διδασχῆς ὑμῶν· ἐνταῦθα, ὅτι Μέλλει καθαιρεῖσθαι τῆς Ἀρτέμιδος ἡ μεγαλειότης· τότε, Οἱ τὴν οἰκουμένην [319] ἀναστατώσαντες ἤκουον, ὅτι Οὗτοι καὶ ἐνθάδε πάρεσι· νῦν, ὅτι Κινδυνεύει ἡμῖν τοῦτο τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἔλθειν. Οὕτω καὶ Ἰουδαῖοι ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ἔλεγον· Ὅρατε, ὅτι ὁ κόσμος ὅπισθ' αὐτοῦ ὑπάγει, καὶ ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ἀρῶσιν ἡμῶν τὴν πόλιν. Ἀκούσαντες δὲ ταῦτα ἐπλήσθησαν θυμοῦ. Πότε ὁ θυμὸς γέγονεν; Ὅτε περὶ τῆς Ἀρτέμιδος ἤκουσαν, ὅτε περὶ τοῦ πορισμοῦ. Τοιαῦτα γὰρ τὰ τῶν ἀγοραίων ἤθη, ἀπὸ τοῦ τυχόντος συναρπάζεσθαι καὶ ἐκκαλεσθαι. Διὰ ταῦτα μετ' ἐξετάσεως δεῖ ποιεῖν πάντα· Ὅρα δὲ πῶς καὶ

ἦσαν εὐκαταφρόνητοι, ὡς πᾶσι προκεῖσθαι. Ἀκούσαντες δὲ, καὶ γενόμενοι πλήρεις θυμοῦ, φησὶν, Ἐκραζον λέγοντες· Μεγάλη ἡ Ἀρτεμις Ἐφεσίων! Καὶ ἐπλήσθη ἡ πόλις ὅλη τῆς συγχύσεως· ὠρμησάν τε ὁμοθυμαδὸν εἰς τὸ θέατρον. Συναρπάσαντες δὲ Γάϊον καὶ Ἀριστάρχον Μακεδόνας, συνεκδήμους Παύλου, εἰλκυον αὐτούς.

β'. Ἀπλῶς πάλιν ἐπίσταν ὡς ἐπὶ Ἰάσονος Ἰουδαίου, καὶ πανταχοῦ αὐτοῖς πρόκεινται· οὕτως οὐδὲν εἶχον κόμπου γέμον οὐδὲ δόξης. Τοῦ δὲ Παύλου βουλομένου εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον, οὐκ εἶον αὐτὸν οἱ μαθηταί. Τινὲς δὲ τῶν Ἀσιαρχῶν ὄντες αὐτῶ φίλοι, πέμψαντες πρὸς αὐτὸν παρακάλων μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον. Παρακαλοῦσιν, ὅτι ἄτακτος ἦσαν δῆμος ἀλογίστη ῥύμη πάντα τολμῶντες. Καὶ ὁ Παῦλος πείθεται· οὐ γὰρ ἦν κενόδοξος, οὐδὲ φιλότιμος. Ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλο τι ἐκραζον· ἦν γὰρ ἡ ἐκκλησία συγκεχυμένη. Τοιοῦτον γὰρ τὸ πλῆθος· ἀπλῶς ἔπεται καθάπερ πῦρ εἰς ὕλην ἐμπεσόν. Καὶ οἱ πλείους οὐκ ἤθδισαν, εἶνος ἔνεκεν συναληλύθεισαν. Ἐκ τῶν δὲ δόχλων προσεβίβασαν Ἀλέξανδρον, προβαλόντων αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων. Προεβάλοντο Ἰουδαῖοι οικονομικῶς, ἵνα μηδὲν ἔχουσιν ὑστερον ἀντιλέγειν. Οὕτως καὶ προβάλλεται, καὶ φθέγγεται, καὶ τί, ἀκούε· Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος κατασεισας τῆ χειρὶ, ἤθελεν ἀπολογισθαι τῷ δήμῳ. Ἐπιγρόντες δὲ, ὅτι Ἰουδαῖός ἐστι, φωνῆ ἐγένετο μία ἐκ πάντων, ὡς ἐπὶ ὥρας δύο κραζόντων· Μεγάλη ἡ Ἀρτεμις Ἐφεσίων. Παιδικῆ ὄντως ἡ διάνοια· καθάπερ φοβοῦμενοι, μὴ σθεσθῆ τὸ σέβας αὐτῶν, συνεχῶς ἐδόων. Δύο ἔτη ἐκάθισεν ἐκεῖ, καὶ δρᾷ πόσοι ἐτι Ἕλληνες ἦσαν. Καταστειλας δὲ ὁ γραμματεὺς τὸν δόχλον, φησὶν· Ἄνδρες Ἐφέσιοι, τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος, ὃς οὐ γινώσκει τὴν Ἐφεσίων πόλιν γεωκόρον οὔσαν τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος καὶ τοῦ Διοπετοῦς; Τούτῳ πρώτῳ τὸν θυμὸν αὐτῶν ἐθεσε. Καὶ τοῦ Διοπετοῦς. Τοῦτο λέγει, ὡς οὐκ ὄντος δόχλου τοῦ πράγματος. Ἰερὸν δὲ ἕτερον οὕτω ἐκαλεῖτο Διοπετῆς· ἦτοι τὸ εἰδῶλον τοῖνον τῆς Ἀρτέμιδος Διοπετῆς ἔλεγον, ὡς ἐκ τοῦ Διὸς· τὸ ὑστρακὸν ἐκεῖνο πεπτωχὸς, καὶ οὐχ ὑπὸ ἀνθρώπου γενόμενον· ἢ ἕτερον ἀγάλμα παρ' αὐτοῖς οὕτως ἐλέγετο. Ἀναντιφύητων οὖν ὄντων τούτων, δέον ἐστὶν ὑμᾶς κατεσταλέμενος ὑπάρχειν, καὶ μηδὲν προπετῆς πρὸς σσιν. Ἠγάγετε γὰρ τοὺς ἄνδρας τούτους, οὗτε ἱεροσόλους, οὗτε βλασφημοῦντας τὴν θεὰν ὑμῶν. Ἄρα τὸ πᾶν ψεῦδος· ταῦτα δὲ πρὸς τὸν δῆμον, ὥστε κακείνους ἐπεικαστέρους γενέσθαι, φησὶν. Εἰ μὲν οὖν Δημητριος καὶ οἱ σὶν αὐτῶ τεχνῖται ἔχουσι πρὸς τινὰ λόγον, ἀγοραῖα ἄγονται, καὶ ἀνθύπατοι εἰσιν· [320] ἐγκαλεῖσθαι ἀλλήλοισι. Εἰ δὲ τί περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε, ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ ἐπιλυθήσεται. Καὶ γὰρ κινδυνεύομεν ἐγκαλεῖσθαι στάσεως περὶ τῆς σήμερον, μηδενὸς αἰκίου ὑπάρχοντος, περὶ οὗ [οὐ] δύνησθε ἀποδοῦναι λόγον τῆς συστροφῆς ταύτης. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀπέλυσε τὴν ἐκκλησίαν. Ἐννομον ἐκκλησίαν, φησὶ, διότι τρεῖς ἐκκλησίαι ἐγίνοντο κατὰ ἴκον καθ' ἕκαστον μῆνα· αὕτη δὲ ἦν παράνομος. Εἶτα καὶ ἐφῄδισεν αὐτοὺς εἰπὼν· Κινδυνεύομεν ἐγκαλεῖσθαι στάσεως. Ἄλλ' ἴδωμεν ἄνωθεν τὰ εἰρημένα. Ὡς δὲ ἐπληρώθη ταῦτα, φησὶν, ἔθετο ὁ Παῦλος ἐν τῷ Πνεύματι, διεῖλωρ τὴν Μακεδοῦν καὶ

* Πάντα deest in uno.

b Ἐπίσταν ὡς deest in eodem. c Editi et mss. περὶ οὗ οὐ, quamvis negatio in Bibliis absit. Edit.

25. Quos convocans, et eos qui hujusmodi erant opifices, dixit: Viri, scitis quia ex hoc artificio est nobis quæstus: 26. et videtis et auditis, quia non solum Ephesi, sed etiam fere totius Asiæ, Paulus hic suadens avertit turbam multam, dicens: Non sunt dii, qui manibus humanis fiunt. 27. Non solum autem hæc periclitabitur nobis para, ne in confutationem veniat, sed et ne magnæ deæ Dianæ templum pro nihilo reputetur, destrueturque majestas ejus, quam tota Asia et orbis colit. Faciens, inquit, ædes argenteas Dianæ. Et quomodo possunt ædes argenteæ fieri? Forte quasi ciboria parva: magnus enim ipsi honor erat Ephesi, ubi illorum incenso templo ita doluere, ut ne nomen quidem ejus, qui succenderat, proferri juberent. Vide ubique idololatriam a pecuniis constare. Et illi propter pecunias, et hic propter pecunias: non quasi religione periclitante, sed quasi quæstu materiam non habente. Et perpende viri malignitatem. Opulentus ille erat, et hiñc illi non tantum damnum futurum erat; illis vero, utpote pauperibus multum, qui diurno quæstu victum pararent. Attamen hi nihil dicunt, sed ille tantum: artis vero socii cum essent, tumultus consortes assumit. Deinde etiam periculum exaggeravit, dicens: Hæc periclitatur nobis pars, ne in confutationem incidat. Hoc enim fere significat: Ab hac arte in famem delabi periclitamur. Atqui poterant dicta illa ipsos ad piam religionem adducere; sed miseri ac viles cum essent, insurgunt magis, nec cogitant, si hic homo talia possit, ut omnes convertat et dii periclitentur, quantus sit illius Deus: et quod multo magis ipse nobis illa dabit, pro quibus timemus. Jam præoccupaverat illorum animos, dicens: Non sunt dii, qui manibus humanis fiunt. Vide pro qua re indignentur gentiles: quia dixerat: Qui ab hominibus facti sunt, non sunt dii. Ubique in artem sermonem convertit. Deinde quod maxime in angorem conjicere poterat, dicit, Non solum hæc pars periclitatur; id est, aliorum nobis nulla cura est, sed quod magnæ deæ Dianæ templum destrui periclitetur. Deinde ne videatur lueri causa hæc dicere, vide quid addat: Quam orbis colit. Viden' quomodo majorem ostendat Pauli virtutem, omnes ærummosos et miseros illos ostendens, si homo pulsus et tentoriorum artifex talia potest? Vide testimonia de apostolis ab ipsis inimicis reddita. Illic quidem dicebant: Ecce impletis Jerusalem doctrina vestra (Act. 5. 28); hic, Futurum est, ut destruatür Dianæ majestas: tunc audiebant, Qui subverterunt orbem terrarum, hic adsunt (Ibid. 17. 6); nunc, Periclitatur nobis hæc pars in confutationem venire. Sic Judæi de Christo dicebant: Videte quod mundus post ipsum vadit; et, Venient Romani, et tollent nostram civitatem (Joan. 13. 19. et 11. 48). His autem auditis, repleti sunt furore. Unde furor ille? Quando de Diana audierunt, quando de lueri jactura. Talis enim forensium mos est, levi de causâ abripi et accendi. Idcirco cum examine omnia sunt agenda. Vide autem quam despiciendi essent, qui ab omnibus commoverentur. 28. His auditis repleti sunt ira, et exclamaverunt, Magna Diana Ephe-

siorum! 29. Et impleta est civitas confusione: et impetum fecerunt uno animo in theatrum. Rapto autem Gatio et Aristarcho Macedonibus, Pauli comitibus, traxerunt eos.

2. Sine causa rursus invadunt sicut Jasonem Judæi, et ubique sunt parati: ita nullam vel gloriæ vel famæ rationem habebant. 30. Paulo autem volente intrare in populum, non permiserunt discipuli. 31. Quidam autem de Asiæ principibus, qui erant ejus amici, miserunt ad eum rogantes, ne se daret in theatrum. Rogant quia incondita turba erat, quæ cæco impetu omnia audebat. Et Paulus obtulerunt: neque enim erat vanæ gloriæ cupidus vel ambitiosus. 32. Alii itaque aliud clamabant: erat quippe incompositus cætus. Talis est turba populi: temere sequitur, sicut ignis in stipulam incidens. Plerique autem nesciebant cur convenissent. 33. De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Judæis. Propellebant Judæi ex divina dispensatione, ut nihil possent ultra contradicere. Illic propellitur, loquitur, et quid dicat audi. Alexander autem manu silentio postulato, volebat reddere rationem populo. 34. Quem ut cognoverunt Judæum esse, vox facta est una omnium, quasi ad duas horas clamantium: Magna Diana Ephesiorum! Puerilis vere mens: quasi timentes, ne exstingeretur cultus eorum, frequenter clamabant. Ad duos annos illic sedit, et vide quot adhuc gentiles. 35. Cum autem sedasset scriba turbas, dicit: Viri Ephesii, quis est hominum qui nesciat, Ephesiorum civitatem magnæ Dianæ esse neocoran et Diopetis? Hoc primum furorem illorum extinxit. Et Diopetis. Hoc dicit, cum non sit res manifesta. Aliud sacrum ita vocabatur Diopetes: vel idolum Dianæ Diopetes vocabant, quod ex Jove testa illa delapsa esset, nec ab homine facta fuisset: vel aliud idolum apud illos sic vocabatur. 36. Cum ergo his contradici non possit, oportet vos sedatos esse, et nihil temere agere. 37. Adduxistis enim viros hos neque sacrilegos, neque blasphemantes deam vestram. Atqui totum mendacium est: ista autem ad populum compe-scendum dixit. 38. Quod si Demetrius, et qui cum eo sunt artifices, habent adversus aliquem causam, conventus forenses aguntur, et proconsules sunt: accusent invicem. 39. Si quid autem de aliis rebus quæritis, in legitimo conventu solvetur. 40. Nam et periclitamur argui seditionis hodiernæ, cum nulla sit causa, unde possimus reddere rationem hujus tumultus. Et his dictis cætum solvit. Legitimum conventum dicit. Nam secundum legem tres conventus fiebant singulis mensibus: hic vero conventus illegitimus erat. Deinde terruit illos dicens: Periculum est, ne accusetur seditionis. Sed superius dicta repetamus. His completis, inquit, proposuit Paulus in Spiritu, transita Macedonia et Achaia, ire Jerosolymam. Non jam humana ratione agit, sed Spiritu, quo transire decrevit: id enim sibi vult illud, Proposuit, et hic est dictorum sensus. Cur autem mittat Timotheum et Erastum, non dicit: videtur autem mihi etiam de hoc dici, In Spiritu. Propter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis, solis (1. Thess. 3. 1). Et vide, duos ex ni-

lent. Id ne eveniat, ad Apostoli dictorum fulgorem oculos aperiemus: ejus quippe lingua plusquam sol lucet, cæterosque omnes doctrina verbi superat. Quia enim plus quam illi laboravit, magnam sibi attraxit Spiritus gratiam: idque non ex epistolis tantum ejus, sed etiam ex gestis contenderim. Nam si concionandi tempus esset, illas ipsi partes ubique concedebant: ideoque apud incredulos Mercurius esse putabatur (*Act. 14. 14*), quod in eloquentia princeps esset. In hanc autem epistolam ingressuri, necesse est ut tempus, quo scripta fuit, assignemus. Non enim, ut multi existimant, ante alias omnes scripta fuit; sed prima quidem est earum, quæ Roma missæ fuere, omnium, at posterior aliis, etsi non omnibus. Etenim ante ad Corinthios epistolæ hanc præcesserunt. Id liquidum est ex iis, quæ in fine hujus scripsit his verbis: *Nunc autem proficiscor Jerosolymam, ministrans sanctis. Visum est enim Macedoniæ et Achaïæ communicationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt Jerosolymis (Rom. 15. 26)*. Corinthiis autem scribens ait: *Quod si dignum fuerit ut et ego eam, merum proficiscentur (1. Cor. 16. 4)*; de iis loquens, qui illuc pecunias deportaturi erant. Unde liquet, cum scriberet Corinthiis, incertum fuisse an eo profecturus esset; cum vero Romanis, rem constitutam et certam fuisse. Qua re comprobata, certum est hanc post illas scriptam fuisse. Etiam epistola ad Thessalonicenses videtur mihi præcessisse epistolam ad Corinthios. Nam cum illis prius scripsisset de eleemosyna his verbis, *De fraterno autem amore non opus est ut scribamus vobis: vos enim a Deo docti estis ut diligatis invicem: etenim hoc facitis erga cunctos fratres (1. Thess. 4. 9. 10)*; tunc ad Corinthios scripsit; id quod ipse probat dicens: *Scio enim ego promptum animum vestrum, pro quo de vobis glorior apud Macedones; quoniam et Achaia parata est ab antiquo præterito: et vestra æmulatione provocavit plurimos (2. Cor. 9. 2)*. Quibus commonstrat se primum illis hac de re loquutum esse. Hæc igitur epistola, quæ prima est earum, quas Romæ scripsit, illis epistolis posterior est. Nondum enim Romam venerat, cum hæc

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ.

[125] ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ •.

α'. Συνεχῶς ἀκούων ἀναγινωσκομένων τῶν Ἐπιστολῶν τοῦ μακαρίου Παύλου, καὶ καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα δις, πολλάκις δὲ καὶ τρίς καὶ τετράκις, ἤνικα ἂν μαρτύρων ἁγίων μνήμας ἐπιτελῶμεν, χαίρω μὲν τῆς σάλπιγγος ἀπολαύων τῆς πνευματικῆς, καὶ διανίσταμαι, καὶ θερμαίνομαι τῷ πόθῳ, τὴν ἐμοὶ φίλην ἐπιγινώσκων φωνήν, καὶ μονονοῦχί παρόντα αὐτὸν δοκῶ φαντάζεσθαι, καὶ διαλεγόμενον ὄραν· ἀλγῶ δὲ καὶ ὀδυνῶμαι, ὅτι τὸν ἄνδρα τοῦτον οὐχ ἅπαντες ἴσασιν, ὡσπερ εἰδέναι χρὴ, ἀλλ' οὕτω τινὲς αὐτὸν ἀγνοοῦσιν, ὡς μηδὲ τῶν Ἐπιστολῶν τὴν ἀριθμὸν εἰδέναι σαφῶς. Τοῦτο δὲ γίνεται οὐ παρὰ ἀμαθίαν, ἀλλὰ παρὰ τὸ μὴ βούλεσθαι συνεχῶς ὁμιλεῖν τῷ μακαρίῳ τούτῳ. Οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ὡσαυτεῖς ἴσμεν, εἴπερ τινὰ ἴσμεν, δι' εὐφυΐαν καὶ ὀξύτητα διανοίας ἐπιστάμεθα, ἀλλὰ διὰ τὸ συνεχῶς ἔχεσθαι τοῦ ἀνδρός, καὶ σφόδρα διακείσθαι περὶ αὐτόν. Τὰ γὰρ τῶν φιλουμένων περὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων οἱ φιλοῦντες ἴσασιν, ἅτε δὴ μεριμνῶντες αὐτούς· ὅπερ καὶ ὁ μακάριος οὗτος ἐνδεικνύμενος, ἔλεγε Φιλιπησίους· *Καθὼς ἐμοὶ δικαίον ἔστι τοῦτο φρονεῖν περὶ ὑμῶν, διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν ἐν τε τοῖς δεσμοῖς μου καὶ ἐν τῇ ἀπολογία καὶ βελιιώσει τοῦ Ἐδῶγγελλου.* Ὡστε καὶ ὑμεῖς εἰ θέλετε μετὰ προθυμίας προσέγειν τῇ ἀναγνώσει, οὐδενὸς ἐτέρου δεηθῆσεσθε· ἀψευδῆς γὰρ ὁ τοῦ Χριστοῦ λόγος, εἰπὼν· *Ζητεῖτε, καὶ εὕρησθε· κρούετε, καὶ ἀνοίγησεται ὑμῖν.* Ἄλλ' ἐπειδὴ τὸ πλέον ἡμῖν τῶν ἐνταῦθα συλλεγομένων καὶ παιδοτροφίαν [126] καὶ γυναικῶς ἐπιμελείαν καὶ οἰκίας πρόνοιαν ἀνεδέξαντο, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἂν ἀνάσχοιντο ὅλους ἑαυτοῦς δοῦναι τῷ πόθῳ τούτῳ· πρὸς γοῦν τὸ λαβεῖν τὰ παρ' ἑτέρων συλλεγόντα διανέστητε, καὶ τοσαύτην ἀπονεύματα σπουδῆν τῇ τῶν λεγομένων ἀκροάσει, ὅσην τῇ τῶν χρημάτων συλλογῇ. Εἰ γὰρ καὶ αἰσχρὸν τοσαύτην ἀπαιτήσαι παρ' ὑμῶν μόνην, πλὴν ἀλλ' ἀγαπητὸν, ἂν τοσαύτην γοῦν δῶτε.

Καὶ γὰρ ἐντεῦθεν τὰ μυρία ἐφύη κακὰ, ἀπὸ τῆς τῶν Γραφῶν ἀγνοίας· ἐντεῦθεν ἡ πολλὴ τῶν αἰρέσεων ἐβλάστησε λύμη, ἐντεῦθεν οἱ ἡμελημένοι βίοι, ἐντεῦθεν οἱ ἀκερδαῖς πόνοι. Ὡσπερ γὰρ οἱ τοῦ φωτὸς ἀπιστερημένοι τοῦτου οὐκ ἂν ὀρθὰ βαδίζαιεν^b· οὕτως οἱ πρὸς τὴν ἀκτίνα τῶν θείων μὴ βλέποντες Γραφῶν, πολλὰ ἀναγκάζονται καὶ συνεχῶς ἀμαρτάνειν, ἅτε δὴ ἐν σκότῳ χαλεπωτάτῳ βα-

δίζοντες. Ὅπερ ἵνα μὴ γένηται, διανοιῶμεν τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς τὴν λαμπρότητα τῶν ἀποστολικῶν ῥημάτων· καὶ γὰρ ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἔλαμψεν ἡ τούτου γλῶττα, καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων ἐπλεονέκτησε τῷ τῆς διδασκαλίας λόγῳ· ἐπειδὴ γὰρ περισσώτερον αὐτῶν ἐκοπίασε, πολλὴν καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος ἐπεσπάσατο χάριν. Καὶ τοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν Ἐπιστολῶν διςχυρίζομαι· μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν πράξεων. Εἰ γὰρ που δημηγορίας ἦν καιρὸς, αὐτῷ πανταχοῦ παρεχώρου· διὸ καὶ Ἑρμῆς εἶναι ἐνομιζέτο παρὰ τοῖς ἀπίστοις, διὰ τὸ τοῦ λόγου κατάρχειν. Μέλλοντας δὲ εἰς τὴν Ἐπιστολὴν κατιέναι ταύτην, ἀναγκαῖον καὶ τὸν χρόνον εἰπεῖν, καθ' ὃν ἐγράφη. Οὐδὲ γὰρ, ὡς πολλοὶ νομίζουσι, πρὸ πασῶν τῶν ἄλλων ἐστίν, ἀλλὰ τῶν μὲν ἀπὸ Ῥώμης γραφειῶν προτέρα πασῶν, τῶν δὲ ἄλλων ὑτέρα, εἰ καὶ μὴ πασῶν· καὶ γὰρ αἱ πρὸς Κορινθίους ἀμφοτέραι πρὸ ταύτης εἰσὶν ἀπεσταλμένα. Καὶ τοῦτο δῆλον ἀφ' ὧν ἐν τῷ τέλει ταύτης ἔγραψεν, οὕτω λέγων· *Νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ διακονῶν τοῖς ἁγίοις. Εὐδόκησαν γὰρ Μακεδονίῳ καὶ Ἀγαθὰ κοινωλίαν τινὰ ποιήσασθαι εἰς τοὺς πτωχοὺς τῶν ἁγίων τῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ.* Κορινθίους δὲ ἐπιστέλλων ἔλεγεν· *Ἐὰν ᾗ ἀξίον τοῦ καὶ ἐμὲ πορεύεσθαι, σὺν ἐμοὶ πορεύσονται, περὶ τῶν ἀποκομιζόντων ἐκεῖσε τὰ χρήματα ταῦτα λέγων.* Ὅθεν δῆλον, ὅτι ἤνικα μὲν ἐπέστειλε Κορινθίοις, ἀμφίβολον ἦν τὸ τῆς τοιαύτης ἀποδημίας αὐτοῦ· ὅτε δὲ Ῥωμαίους, ἦν κεκυρωμένοι λοιπόν. Τοῦτο δὲ ὁμολογουμένου, κακεῖνο δῆλον, ὅτι αὕτη μετ' ἐκείνας ἡ Ἐπιστολὴ. Καὶ ἡ πρὸς Θεσσαλονικεῖς δὲ ἡμεῖς δοκεῖ προτέρα τῆς πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολῆς εἶναι. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοις πρότερον ἐπιστέλλας, καὶ τὸν τῆς ἐλεημοσύνης πρὸς αὐτοὺς κινήσας λόγον, ὅτε ἔλεγε· *Περὶ δὲ τῆς φιλαδελφίας οὐ χρεῖται ἔχοντες γράξαι ὑμῖν· αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδιδάκτοι ἐστε εἰς τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους· καὶ γὰρ ποιεῖτε αὐτὸ πρὸς πάντας τοὺς ἀδελφούς· τότε Κορινθίους ἐπέστειλε. Καὶ τοῦτο αὐτὸ δηλοῖ λέγων· *Οἶδα γὰρ ἐγὼ τὴν προθυμίαν ὑμῶν, ἣν ὑπὲρ ὑμῶν [127] καυχῶμαι Μακεδόνισιν, ὅτι Ἀγαθὰ παρεσκεύασται ἀπὸ πέρυσι· καὶ ὁ ἐξ ὑμῶν Ζήλος ἠμέθισε τοὺς π.λεῖονας.* Ἐξ ὧν ἔδειξεν, ὅτι πρῶτος ἐκεῖνοις περὶ τοῦτου διελέχθη. Τοῦτον μὲν οὖν ὑτέρα τῶν Ἐπιστολῶν αὕτη, τῶν δὲ ἀπὸ Ῥώμης πρώτη· οὐδέπω γὰρ ἦν τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἐπιβάς, ἤνικα ταύτην ἔγραψε τὴν Ἐπιστολὴν· καὶ τοῦτο δηλοῖ λέγων· *Ἐπιποθῶ γὰρ**

^a Unus, εἰς πᾶσας τοῦ Παύλου ἐπιστολάς· πρόλογος. ^b Sic duo mss. et Savil. recte. Editi βαδίζαιεν.

ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικόν. Ἀπὸ Ῥώμης δὲ Φιλιππησίοις ἐπέστειλε· διὸ φησιν, Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἄγιοι πάντες, μάλιστα οἱ ἐκ τῆς Καισάρως οἰκίας. Καὶ Ἑβραίοις δὲ ἐκείθεν ὁμοίως· διὸ φησι, τοὺς ἀπὸ τῆς Ἰταλίας ἀσπάζεσθαι πάντας αὐτούς. Καὶ τὴν πρὸς Τιμόθεον δὲ Ἐπιστολὴν καὶ αὐτὴν ἀπὸ Ῥώμης θεδεμένους ἔπεμψεν· ἥ καὶ ἐσχάτῃ μοι δοκεῖ πασῶν εἶναι τῶν Ἐπιστολῶν· καὶ δῆλον ἀπὸ τοῦ τέλους· Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, φησι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκεν. Ὅτι δὲ τὸν βίον ἐκεῖ κατέλυσε, παντὶ που δῆλόν ἐστιν. Ἡ δὲ πρὸς Φιλίμονα ἐσχάτῃ μὲν καὶ αὕτῃ· πρὸς γὰρ ἐσχάτῃ γῆρα αὐτὴν ἔγραψε· διὸ καὶ ἔλεγεν· Ὡς Παῦλος πρεσβύτερος, *πρὸς τὸν δὲ καὶ θέσμιος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*· τῆς μέντοι πρὸς Κολοσσαεῖς προτέρα· καὶ τοῦτο ἀπὸ τοῦ τέλους δῆλον πάλιν. Κολοσσαεῦσι γὰρ γράφων φησιν, ὅτι *Τυχικὸς πάντα γνωρίσει ὑμῖν, ὃν ἐπεμψα σὺν Ὀνησίμῳ τῷ πιστῷ καὶ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ*. Ὀνήσιμος; δὲ οὗτος ἦν, ὑπὲρ οὗ τὴν πρὸς Φιλίμονα Ἐπιστολὴν συνέθεκε. Καὶ ὅτι οὐκ ἦν ἄλλος οὗτος ὁμώνυμος ἐκείνῳ, δῆλον καὶ ἀπὸ τοῦ Ἀρχιππου· ὃν γὰρ ἔλαβε συνεργὸν ἐν τῇ πρὸς Φιλίμονα Ἐπιστολῇ τῆς παρακλήσεως τῆς ὑπὲρ Ὀνησίμου, τοῦτον Κολοσσαεῦσιν ἐπιστέλλων διεγείρει, λέγων· *Ἐλπίζω Ἀρχίππῳ Βλέπῃ τὴν διακονίαν, ἣν παρέλυθε, ἵνα αὐτὴν πληροῖς*. Δοκεῖ δὲ μοι καὶ ἡ πρὸς Γαλάτας προτέρα εἶναι τῆς πρὸς Ῥωμαίους. Εἰ δὲ ἐν ταῖς βίβλοις ἐτέραν ἔχουσι τάξιν, θαυμαστὸν οὐδὲν· ἐπεὶ καὶ οἱ προφήται οἱ δῶδεκα οὐκ ἐφεξῆς ἀλλήλους ὄντες κατὰ τοὺς χρόνους, ἀλλὰ πολὺ διεστηκότες ἀλλήλων, ἐν τῇ τῶν βιβλίων τάξει ἐφεξῆς εἰσι καίμενοι. Ὁ γοῦν Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας καὶ ἄλλοι μετὰ τὸν Ἰεζεκιήλ καὶ Δαυιδῆλ προσφῆτευσαν, καὶ πολλοὶ μετὰ τὸν Ἰωνᾶν καὶ τὸν Σοφορίαν καὶ τοὺς ἄλλους δὲ πάντας· ἀλλ' ὁμοῦς συνημμένοι πᾶσιν εἰσιν ἐκείνοις, ὧν τοσοῦτον τῷ χρόνῳ διεστήχασιν.

β'. Μηδεὶς δὲ πάρεργον τοῦτον ἠγείσθω τὸν πόνον, μηδὲ περιεργίας περιττῆς τὴν τοιαύτην ἔρευναν· συντελεῖ γὰρ ἡμῖν πρὸς τὰ ζητούμενα οὐ μικρὸν ὁ τῶν Ἐπιστολῶν χρόνος. Ὅταν γὰρ ἴδῃ Ῥωμαῖοι; καὶ Κολοσσαεῦσιν ὑπὲρ τῶν αὐτῶν μὲν ἐπιστέλλοντα, οὐχ ὁμοίως δὲ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν, ἀλλ' ἐκείνοις μὲν μετὰ πολλῆς τῆς συγκαταβάσεως, ὡς ὅταν λέγῃ· *τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν· ὃς μὲν πιστεῦει φαγεῖν πάντα· ὁ δὲ ἰσθῆτων λάχανα ἐσθίει*· Κολοσσαεῦσι δὲ οὐχ οὕτω περὶ τῶν αὐτῶν, ἀλλὰ μετὰ πλείονος παρρησίας· *Εἰ γὰρ ἀπεθάνετε, φησι, σὺν Χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, εἰ ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ* [428]; *δογματίζεσθε, μὴ ἀψῆν, μηδὲ γέουση, μηδὲ θίγῃς; αἰτινά ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποκρήσει, οὐκ ἐν τιμῇ τινι πρὸς κλησιμονὴν τῆς σαρκός*· οὐδὲν ἄλλο αἴτιον εὐρίσκει τῆς διαφορᾶς ταύτης, ἣ τὸν τῶν πραγμάτων χρόνον. Ἐν ἀρχῇ μὲν γὰρ συγκαταβαίνειν ἔδει, μετὰ δὲ ταῦτα οὐκέτι. Καὶ κολλαχῶ δὲ ἀλλαχῶ τοῦτο ἂν τις εὖροι ποιοῦντες αὐτόν. Οὕτω καὶ ἱατρὸς καὶ διδάσκαλος ποιεῖν εὐθῆσιν· οὕτε γὰρ τοῖς ἐξ ἀρχῆς νοσοῦσιν ὁ ἱατρὸς, καὶ τοῖς πρὸς τὸ τέλος λοιπὸν τῆς ὑγείας ἰλθοῦσιν, οὕτε τοῖς ἐξ ἀρχῆς μανθάνουσι παιδίους ὁ διδάσκαλος, καὶ

τοῖς τῶν τελευτέρων δεομένοις διδασκάλων, ὁμοίως χρῆσονται. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἐξ αἰτίας τινὸς καὶ ὑποθέσεως κινούμενος ἐπέστειλε (καὶ ὅλοϊ τοῦτο Κορινθίους μὲν λέγων· *Περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι*· καὶ Γαλάταις δὲ, εὐθέως ἐκ τοῦ προοιμίου καὶ τῆς Ἐπιστολῆς ἀπάσης τὸ αὐτὸ ἐμφανῶν)· τοῦτοις δὲ τίνος ἕνεκεν, καὶ διὰ τί; καὶ γὰρ φαίνεται μαρτυρῶν αὐτοῖς, ὅτι μεστὸ μὲν εἰσὶν ἀγαθωσύνης, πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως, δυνάμενοι καὶ ἄλλους νοθετεῖν. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἐπέστειλε; *Διὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ*, φησι, *τὴν δοθεῖσάν μοι εἰς τὸ εἶναι με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Διὸ καὶ ἐν ἀρχῇ ἔλεγεν· *Ὁφειλέτης εἰμι, τὸ κατ' ἐμὲ πρὸθυμον, καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελισασθαι*. Καὶ γὰρ τὰ εἰρημῆμα, οἷον ὅτι δύναται καὶ ἄλλοις νοθετεῖν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἐγκωμίου μᾶλλον ἐστὶ καὶ προτροπῆς· καὶ ἀναγκαῖα καὶ ἡ διὰ τῶν γραμμάτων διόρθωσις καὶ τοῦτοις ἦν. Ἐπειδὴ γὰρ οὕτω παραγεγονώς ἦν, διπλῆ ρυθμίζει τοὺς ἀνδρας, καὶ τῇ τῶν γραμμάτων ὑφέλειᾳ, καὶ τῇ τῆς παρουσίας προσδοκίᾳ. Τοιαύτη γὰρ ἡ ἀγά ἐκείνη ψυχῇ· πᾶσαν περιελάμβανε τὴν οἰκουμένην, καὶ ἐν ἐαυτῷ περιέφερον ἅπαντας, συγγένειαν μεγίστην τὴν κατὰ Θεὸν εἶναι νομίζων· καὶ ὡσπερ πάντας αὐτοὺς ἀποτεκὼν, οὕτως ἐφίλει, μᾶλλον δὲ πατὴρ πάντος· ἡ μείζονα ἐπεδείκνυτο φιλοστοργίαν. Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις· νικᾷ τὰ σαρκικὰ ὠδύνας, καὶ θερμότερον ἐπιδεικνύεται τὸν πόθον. Καὶ τοῦτο μάλιστα ἐστὶν ἰδεῖν ἐπὶ τῆς τοῦ Παύλου ψυχῆς, ὃς καθάπερ πτηνός; τις ὑπὸ τῆς ἀγάπης γενόμενος, ἅπαντας περιφεῖ συνεχῶς, οὐδαμῶ μὲνων οὐδὲ ἰστάμενος. Ἐπειδὴ γὰρ ἤκουσε τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, *Πέτρε, φιλεῖς με; ποιμαινέ μου τὰ πρόβατα*, καὶ τοῦτον μέγιστον ὄρον ἐκφέροντος ἀγάπης, μεθ' ὑπερβολῆς αὐτὸν ἐπεδείκνυτο. Τοῦτον οὖν καὶ ἡμεῖς ζηλώσαντες, εἰ καὶ μὴ τὴν οἰκουμένην, μηδὲ πόλεις ὑλοκλήρους καὶ ἐθνη, ἀλλὰ τὴν οἰκίαν ἕκαστος· ρυθμίζετω τὴν ἑαυτοῦ, τὴν γυναῖκα, τὰ παιδιά, τοὺς φίλους, τοὺς γέγονας. Καὶ μὴ μοι λεγέτω τις, ὅτι Ἄπειρός εἰμι καὶ ἰδιώτης. Οὐδὲν ἀμαθέστερον Πέτρου, οὐδὲν ἰδιωτικώτερον Παύλου. Καὶ τοῦτο αὐτὸς ὠμολόγει, καὶ οὐκ ἠσχύνετο λέγων· *Εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ εἰ γινώσκει*. Ἄλλ' ὁμοῦς ὁ ἰδιώτης οὗτος καὶ ὁ ἀμαθὴς ἐκείνος; μυρίους ἐνίκησαν [429] φιλοσόφους, μυρίους ἐπεστόμισαν ῥήτορας, ἀπὸ τῆς αὐτῶν προθυμίας καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος τὸ πᾶν ἐργασάμενοι. Τίνα οὖν ἔξομεν ἀπολογίαν ἡμεῖς, οὐδὲ εἰκοσιν ἀρκοῦντες ὀνόμασιν^β, οὐδὲ τοῖς συνοικοῦσιν ὄντες χρήσιμοι; Σχηψίς ταῦτα καὶ πρόφασις· οὐδὲ γὰρ ἀμαθία οὐδὲ ἀπαιδευσία κωλύει τὴν διδασκαλίαν, ἀλλὰ νοθεῖα καὶ ὕπνος. Τοῦτον οὖν ἀποτιναξάμενοι τὸν ὕπνον, μετὰ πάσης σπουδῆς ἀνεχώμεθα τῶν οἰκίαν μελῶν, ἵνα καὶ ἐν ταῦτα πολλῆς ἀπολαύσωμεν τῆς γαλήνης, κατὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον τοὺς ἡμῖν ἐπιτηδεύσις ρυθμίζοντες, καὶ ἐκεῖ μυρίων μετάρχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλιανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

^β Mss. et marg. Savil. πατὴρ πρὸς πάντας. ^γ Id est, ne viginti quidam instituentis sufficientes. Ὀνομα, ψυχή, πρόσωπον, idem saepe valent.

scripsit epistolam; id quod his verbis indicat: *Desidero enim videre vos, ut aliquid impertiam vobis gratiae spiritualis* (Rom. 1. 11). Roma autem ad Philippenses scripsit: ideo ait: *Salutant vos omnes sancti, maxime qui de Caesaris domo sunt* (Philipp. 4. 22). Hebraeis quoque isthinc scripsit, atque salutari ipsos ab iis, qui in Italia erant (Hebr. 13. 24). Epistolam item ad Timotheum Roma vinculus misit, quae postrema mihi videtur omnium Pauli epistolarum, ut ex ejus fine liquet: *Ego enim jam immolor*, inquit, *et tempus resolutionis meae instat* (2. Tim. 4. 6). Quod autem istuc finem vivendi fecerit, nemini non notum est. Epistola quoque ad Philemonem inter postremas est; in extrema enim senectute scripsit illam: ideo dicebat: *Ut Paulus senex, nunc autem vinculus in Christo Jesu* (Philem. 9). Haec porro praecessit epistolam ad Colossenses, ut ex ejus fine arguitur, ubi sic loquitur: *Tychicus omnia vobis narrabit, quem nisi cum Onesimo fideli et dilecto fratre* (Col. 4. 7). Onesimus autem erat, cujus gratia ad Philemonem scripsit epistolam. Quod vero non alius esset ipsi cognominis, patet ex Archippo: quem enim in epistola ad Philemonem adiutorem accepit ad rem pro Onesimo impetrandam, hunc quoque in epistola ad Colossenses excitat his verbis: *Dicite Archippo: Vide ministerium, quod accepisti, ut illud impleas* (Ibid. v. 17). Videtur autem mihi epistolam ad Galatas eam, quae ad Romanos est, praecessisse. Si autem in libris alium habent ordinem, nihil mirum: quandoquidem et duodecim prophetae non secundum temporis ordinem, sed longe aetate distantes, in Bibliis collocati sunt. Aggaeus, Zacharias et alii post Ezechielem et Danielelem prophetaverunt; et multi post Jonam et Sophoniam ceterosque omnes, et tamen illis omnibus conjuncti sunt, a quibus tanto temporis spatio sunt dissiti.

2. Nemo hunc laborem extra rem esse, neque hanc disquisitionem superfluum et ex curiositate fieri putet: nam epistolarum tempus non parum ad quaesita solvenda confert. Cum enim video Paulum Romanis et Colossensibus de iisdem rebus scribere, neque tamen simili modo, sed illis cum indulgentia magna, ut cum dicit, *Infirmum vero in fide assumite, non in disceptationibus ratiocinatorum: alius quidem credit se comedere posse omnia; qui autem infirmus est, olera manducat* (Rom. 14. 1. 2); Colossensibus autem de iisdem rebus non ita loquitur, sed cum majori libertate: « Si mortui estis, » inquit, « cum Christo ab elementis mundi, cur adhuc tanquam viventes in mundo decernitis: Ne tetigeris, ne gustaveris, ne contrectaveris? quae sunt omnia in interitum ipso abusu, non in honore aliquo, ad saturitatem carnis (Col. 2. 20-23): » non aliam hujus differentiae causam invenio, quam rerum et temporis conditionem. Initio quippe indulgentia uti oportebat, sequenti vero tempore non item. Alibi quoque illum sic agere vides. Sic facere solent medicus et doctor: neque enim

medicus aegrotare incipientes, et eos, qui demum a morbo recreantur; neque doctor puerulos simul, et eos qui perfectiori egent doctrina pari modo curant. Paulus igitur aliis alia de causa et argumento adductus scribebat (et hoc declarat, cum Corinthiis dicit: *De his autem, quae ad me scripsistis* (1. Cor. 7. 1); Galatis vero statim ab exordio et per totam epistolam idipsum significat): his vero cur et qua de causa scribat dicit: ac testificari videtur ipsos esse bonitate et scientia omni instructos, qui possent alios monere. Cur ergo epistolam misit? *Propter gratiam Dei*, inquit, *quae data est mihi, ut sim minister Jesu Christi* (Rom. 15. 14). Ideoque in principio dixit: *Debitor sum, ut pro virili mea parte vobis, qui Romae estis, evangelium praedicem* (Ibid. 1. 14. 15). Nam dicta ejus, verbi gratia, quod possint alios admonere, et similia, laudem praecipue et exhortationem praese ferunt: ac necessaria etiam his erat emendatio per literas. Quia enim nondum isthuc venerat, duplici ratione viros instituit, et literarum utilitate, et adventus sui expectatione, talis quippe erat sancta illa anima: totum complectebatur orbem, et omnes secum circumferabat, cognitionem maximam illam esse putans, quae secundum Deum est: atque ita illos omnes amabat, ac si peperisset, imo majorem praese ferebat, quam quisvis pater, dilectionem. Talis enim est gratia Spiritus: carnales partus superat, et ardentiorum exhibet affectum. Id in primis videre est in anima Pauli, qui quasi volueris ex caritate factus, omnes frequenter circumit, nusquam manens vel consistens. Quia enim audierat dixisse Christum, *Petre, amas me? pasce oves meas* (Joan. 21. 15), atque hunc maxime caritatis terminum pronuntiasse supra modum exhibebat illum. Hunc igitur et nos aemulantes, si minus orbem aut integras civitates vel gentes, saltem quisque domum suam, uxorem, filios, amicos, vicinos recte componat. Nec mihi quispiam dixerit, Imperitus sum et rudis. Nihil indoctius Petro, nihil imperitius Paulo. Illud ipse quoque fatetur, nec pudet illum dicere: *Etsi imperitus sum sermone, sed non scientia* (2. Cor. 11. 6). Attamen imperitus hic, indoctus ille, sexcentos vicerunt philosophos, innumeros rhetores ad silentium compulerunt, suo studio et Dei gratia totum peragentes. Quam ergo nos excusationem habebimus, qui ne viginti quidem nominibus seu personis sufficimus, nec contubernalibus utiles sumus? Obtentus haec sunt et inanes excusationes: neque enim ignorantia et imperitia doctrinam impediunt, sed ignavia et somnolentia. Hoc igitur excusso somno, cum omni studio propria membra curemus, ut et hic multa fruamur tranquillitate, dum secundum timorem Dei necessarios nostros instituimus, et illic innumera consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, simulque sancto Spiritui, nunc et semper, e in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA I (a).

CAP. 1. *Paulus servus Jesu Christi, vocatus apostolus. segregatus in evangelium Dei, 2. quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis.*

1. Moyses libris quinque a se scriptis nusquam nomen suum apposuit, neque illi qui res post illum gestas scripserunt: sed neque Matthæus, neque Joannes, non Marcus, non Lucas. At beatus Paulus omnibus epistolis suis nomen suum præmittit. Quare? Quia illi præsentibus scribebant, et inutile fuisset se præsentibus declarare; hic vero procul literas mittebat epistolæ forma: quapropter necessaria erat nominis additio. Si autem in Epistola ad Hebræos id non faciat, prudenter et consilio facit. Quia enim perosus erat ipsis: ne a principio, audito nomine, sermoni aditum occluderent, illo suppresso, uti se audirent, arte pellenxit. Si vero propheta et Salomon nomina sua apposuerit, vobis exquirendum relinquo, cur alii nomen apposuerint, alii secus: neque enim opus est, ut omnia a me ediscatis; sed laborandum et perquirendum vobis est, ut ne segniores evadatis. *Paulus servus Jesu Christi.* Cur nomen ejus immutavit Deus, et Saulum vocavit Paulum? Ne hac etiam in parte apostolis inferior haberetur; sed ut id ipsum prærogativæ haberet, quod discipulorum coryphæus, lingueque arctius cœtui jungeretur. Christi vero servum se non sine causa dixit: multi namque sunt servitutis modi: alius secundum creationem, de quo dicit: *Omnia serviunt tibi (Psal. 118. 91)*; itemque, *Servus meus Nabuchodonosor (Jer. 25. 9)*; opus namque officii servum est. Alius modus est a fide, de qua ait: *Gratia autem Deo, quia servi eratis peccato, obedistis autem ex corde, in quam traditi estis doctrinæ formam, et liberati a peccato, servi facti estis justitiæ (Rom. 6. 17)*. Alius a vitæ instituto, de quo ait: *Moses servus meus mortuus est (Jos. 1. 2)*: quamquam et Judæi omnes servi erant; sed Moyses in primis ex vitæ instituto splendebat. Quoniam igitur Paulus omnibus servitutis modis servus erat, dignitatis maximæ loco ponit illud, *Servus Jesu Christi*: et dispensationis nomina obtendit, ab inferioribus ad superiora ascendens. Nomen quippe Jesu ferens angelus venit de cælis, quando ille natus est de Virgine; Christus autem ab unctione dicitur, quod etiam carnis erat. Et quo, inquires, oleo unctus est? Oleo quidem non unctus est, sed Spiritu: solet autem Scriptura hujusmodi unctos vocare christos. In unctione quippe, quod præcipuum, Spiritus est; ideo et oleum assumitur. Et ubi nam christos vocat eos, qui non sunt oleo uncti? Ubi dicit, *Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari (Psal. 104. 15)*. Tunc enim nullus erat ad unctionem olei apparatus. *Vocatus apostolus.* Ubique se vocatum appellat, gratum animum exhibens, indicansque se non querentem invenisse, sed vocatum obediuisse. Fideles vero sic appellat, *vocatos sanctos.*

(a) Savilius homillas hæc inscribit λόγους (sermones), Manuscripti alii λόγους, alii δὲ μιλίας. Bene autem Homilia inscribuntur, ut et cæteræ ad populum conciones

Illi namque ad fidem vocati sunt; huic vero aliud concreditum, apostolatus nempe, res innumeris plena bonis, dona omnia superans illaque complectens. Ecquid est ultra dicendum, nisi quod ea, quæ Christus veniens fecit, demigrans illis commisit? Id est quod etiam Paulus clamans et apostolorum dignitatem extollens dicit: *Pro Christo legatione fungimur, quasi Deo exhortante per nos (2. Cor. 5. 20)*; id est, vice Christi. *Segregatus in evangelium Dei.* Quemadmodum in domo ad diversa opera singuli segregati sunt: sic in Ecclesia diversa sunt distributa ministeria. Videtur porro mihi hic non ipsam sortem significari, sed jam olim ipsum ad hoc deputatum fuisse innui. Quod etiam Jeremias ait de se dixisse Deum: *Antequam exires de vulva, sanctificavi te, prophetam in gentibus posui te (Jer. 1. 5)*. Quia enim ad arrogantem et fastu plenam urbem scribebat, his omnibus ostendit Dei esse ordinationem: etenim ipse vocavit, et ipse segregavit. Hoc autem facit, ut fide dignam et acceptam reddat epistolam. *In evangelium Dei.* Non ergo Matthæus tantum et Marcus sunt evangelistæ, ut neque hic solus est apostolus, sed etiam illi; etsi per excellentiam hic apostolus, illi evangelistæ vocentur. Evangelium vero ipsum vocat non ob jam illata bona tantum, sed etiam ob futura. Quomodo autem Deum per ipsum evangelizari ait? nam dicit, *Segregatus in evangelium Dei*: Pater enim ante evangelia notus erat. Verum etsi notus erat, Judæis tantum, et ne his quidem omnibus, ut par fuisset: neque enim ipsum esse Patrem sciebant, et multa illo indigna tunc imaginabantur. Ideo dicebat Christus: *Veniunt veri adoratores*; et, *Pater tales querit veri adoratores (Joan. 4. 23)*. Demum autem ipse cum Filio orbi toti manifestatus est. Quod prænuntians Christus, dicebat: *Ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum (Id. 17. 3)*. Evangelium autem Dei vocat, ab exordio erigens auditorem. Neque enim venit triste quidpiam nuntiaturus, ut propheta, convicia, accusationes, increpationes; sed evangelia et evangelia Dei, firmorum et immutabilium honorum thesauros infinitos. 2. *Quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis. Dominus enim dabit, inquit, verbum evangelizantibus virtute multa (Psal. 67. 12)*; et rursum, *Quam speciosos pedes evangelizantium pocem (Isai. 52. 7)*!

2. Viden' diserte evangelii et nomen et modum in Veteri Testamento positum? Non enim verbo tantum, inquit, illud prædicamus, sed etiam operibus; si quidem non humanum erat, sed divinum, arcanum et omnem superans naturam. Quia vero novitatis ipsum accusabant, ostendit illud esse Græcis antiquius, et a prophetis prius descriptum fuisse. Quod si non ab initio dedit, in causa sunt qui id noluerunt admittere: nam qui voluerunt, audire. *Abraham pater vester, inquit, exultavit, ut videret diem meum; et vidit et quisus est (Joan. 8. 56)*. Quomodo igitur ait: *Multi*

ΟΜΙΛΙΑ Α'.

Παῦλος, δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος. ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ, ὃ προσηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν Γραφαῖς ἀγίαις.

α'. Μιῦσθης μὲν πέντε βιβλία συγγράφας, οὐδαμοῦ τὸ ὄνομα τὸ ἑαυτοῦ τέθεικεν, οὐδὲ οἱ μετ' ἐκείνων τὰ μετ' ἐκείνον συνθέντες, ἀλλ' οὐδὲ Ματθαῖος, οὐδὲ Ἰωάννης, οὐ Μάρκος, οὐ Λουκᾶς· ὁ δὲ μακάριος Παῦλος πανταχοῦ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ τὸ ὄνομα αὐτοῦ προτίθησι. Τί δήποτε; Ὅτι ἐκείνοι μὲν παρῶσιν ἔγραφον, καὶ περιττὴν ἦν ἑαυτοῦς δηλοῦν παρόντας· οὗτος δὲ διὰ μακροῦ τὰ γράμματα διεπέμπετο, καὶ ἐν ἐπιστολῇ· σχήματι· διὸ καὶ ἀναγκαῖα ἦν ἡ τοῦ ὀνόματος προσθήκη. Εἰ δὲ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ οὐ ποιεῖ τούτο, καὶ τοῦτο κατὰ τὴν αὐτοῦ σύνεσιν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπεχθῶς εἶχον πρὸς αὐτὸν, ἵνα μὴ ἐκ προοιμίων ἀκούσαντες τοῦ ὀνόματος, ἀποκλείσωσι τῷ λόγῳ τὴν εἰσοδὸν, ἐσοφίσαστο διὰ τοῦ κρύψαι τὸ ὄνομα τὴν ἀκρόασιν τὴν ἐκείνων. Εἰ δὲ προφῆται τὰ ὀνόματα τὰ ἑαυτῶν τεθείκασιν καὶ Σολομῶν, τοῦτο ὑμῖν καταλιμπάνω λοιπὸν ἐπιζητεῖν, τίνος ἔνεκεν οἱ μὲν ἔθεσαν, οἱ δὲ οὐκ ἔθεσαν· οὐδὲ γὰρ ἀπαντα παρ' ἐμοῦ γρη' μαυθάνειν ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ποιεῖν καὶ ἐπιζητεῖν, ἵνα μὴ κωλύθητε γίνεσθε. **Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ.** Τίνος ἔνεκεν μετέθηκε τὸ ὄνομα αὐτοῦ ὁ Θεός, καὶ Σαῦλον ὄντα Παῦλον ἐκάλεσεν; Ἴνα μηδὲ ταύτη τῶν ἀποστόλων ἑλαττον ἐξῆν, ἀλλ' ὅπερ ἔσχεν ἐξαιρετὸν ὁ κορυφαῖος τῶν μαθητῶν, τοῦτο καὶ αὐτὸς κτήσεται, καὶ πλείονος οἰκειώσεως ὁπόθεσιν λάθῃ. Δούλον δὲ ἑαυτὸν οὐκ ἀπλῶς εἶπε τοῦ Χριστοῦ· καὶ γὰρ πολλοὶ δουλείας τρόποι· εἰς μὲν ὁ κατὰ τὴν δημιουργίαν, καθ' ὃν φησιν, **ὅτι τὰ σύμματα εὐόλα σὰ, καὶ καθ' ὃν φησιν· Ὁ δοῦλός [430] μου Ναβουχοδονόσορ·** τὸ γὰρ ἔργον τοῦ ποιήσαντος δοῦλον· ἕτερος δὲ ὁ ἀπὸ τῆς πίστεως, περὶ ἧς φησιν· **Χάρις δὲ τῷ Θεῷ, ὅτι δοῦλοι ἦτε τῆς ἀμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας α, εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδασχῆς, καὶ ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἀμαρτίας, ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ·** ἕτερος ὁ ἀπὸ τῆς πολιτείας, καθ' ὃν φησιν· **Μωϋσῆς ὁ θεράπων μοι τετελεύτηκε·** καίτοι καὶ Ἰουδαῖοι πάντες θεράποντες ἦσαν, ἀλλ' ἐξαιρετὸς ὁ Μωϋσῆς πολιτεία διαλάμπων. Ἐπεὶ οὖν κατὰ πάντας τοὺς τρόπους τῆς δουλείας ὁ δοῦλος ἦν ὁ Παῦλος, ἀντὶ μεγίστου ἀξιώματος τοῦτο τίθησι λέγων· **Δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ·** καὶ τὰ τῆς οἰκονομίας ὀνόματα προσβάλλεται, κάτ' ὅθεν ἀναδαιώνων ἔστω. Καὶ γὰρ τὸ Ἰησοῦς ὄνομα φέρων ὁ ἄγγελος ἦλθεν ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὅτε ἐτίκτετο ἐκ τῆς Παρθένου· καὶ Χριστὸς δὲ ἀπὸ τοῦ χρισθῆναι λέγεται, ὃ καὶ αὐτὸ τῆς σαρκὸς ἦν. Καὶ ποίψ, φησιν, ἐλαίψ ἐχρίσθη; Ἐλαίψ μὲν οὐκ ἐχρίσθη, Πνεύματι δὲ· οἶδε δὲ καὶ τοὺς τοιοῦτους χριστοὺς τὴ Γραφῇ καλεῖν. Τὸ γὰρ προηγούμενον ἐν τῇ χρίσει, τὸ Πνευμά ἐστι· διὸ καὶ τὸ ἔλαιον παραλαμβάνεται. Καὶ ποῦ χριστοὺς καλεῖ τοὺς μὴ χρισθέντας ἐλαίψ; Ὅπου λέγει, **Μὴ ἄπτεσθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προσήτοις μου μὴ ποτηρεῖσθε.** Τότε γὰρ οὐδὲ ἡ κατασκευὴ τῆς χρίσεως ἦν τοῦ ἔλαιου. **Κλητὸς ἀπόστολος.** Πανταχοῦ κλητὸν ἑαυτὸν καλεῖ, δεικνύς τὴν οἰκείαν ἐνυψωμωσύνην, καὶ ὅτι οὐκ αὐτὸς ζητήσας εὔρεν, ἀλλὰ κληθεὶς παρεγένετο καὶ ὑπήκουσε. Καὶ τοὺς πιστοὺς δὲ οὕτως ὀνομάζει, **κλητοὺς ἀγίους.** Οἱ μὲν γὰρ μέχρι τοῦ πιστεῦσαι ἐκλήθησαν, οὗτος δὲ καὶ ἕτερον ἐνεχει-

ρίσθη, τὴν ἀποστολήν, πρᾶγμα μυρίων ἀγαθῶν γέμον, καὶ τῶν χαρισμάτων ἀπάντων καὶ μεῖζον καὶ περιεκτικόν. Καὶ τί γὰρ δεῖ πλέον εἶπεῖν, ἀλλ' ἡ ὅτι ὅπερ ὁ Χριστὸς παραγενόμενος ἔπραττε, τοῦτο αὐτοῖς ἐγγεῖρας· ἀπῆλθεν; Ὁ καὶ βοᾷ Παῦλος, λέγων, καὶ τὸ τῶν ἀποστόλων ἐπαίρων ἀξίωμα· **ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν,** τούτ' ἐστὶν ἀντὶ Χριστοῦ. Ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ. Καθάπερ ἐν οἰκίᾳ πρὸς διάφορα ἕκαστος ἀφώρισται ἔργα, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας διάφοροι τῶν διακονιῶν εἰσὶν αἱ διανομαί. Ἐμοὶ δὲ ἐνεταῦθα οὐ τὴν ἀποκλήρωσιν δοκεῖ μόνον αἰνέττεσθαι, ἀλλ' ὅτι πάσαι καὶ ἀνωθεν πρὸς τοῦτο ἦν τεταγμένος. Ὅπερ καὶ Ἰερემίας φησὶ τὸν Θεὸν εἰρηκέναι περὶ αὐτοῦ· **Πρὸ τοῦ σε ἐξελεῖν ἐκ μήτρας ἡγίακά σε, προφήτην εἰς ἔθνη τέθεικά σε.** Ἐπειδὴ γὰρ πρὸς πόλιν ἀλαζονικῆν ἔγραφε, καὶ πεφυσιωμένην πάντοθεν, διὰ πάντων δεικνύσαι τοῦ Θεοῦ τὴν χειροτονίαν οὕσαν· καὶ γὰρ αὐτὸς ἐκάλεσε, καὶ αὐτὸς ἀφώρισεν. Ποιεῖ δὲ τοῦτο, ἵνα ἀξιώπιστον καὶ εὐπαράδεκτον ποιῆσθαι τὴν ἐπιστολήν. **Εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ.** Οὐκ ἄρα μόνος Ματθαῖος εὐαγγελιστῆς οὐδὲ Μάρκος, ὡς περὶ οὐδὲ οὗτος μόνος ἀπόστολος, ἀλλὰ καὶ ἐκείνοι, εἰ καὶ κατ' ἐξαιρετὸν ὁ μὲν τοῦτο. οἱ δὲ ἐκείνοι λέγονται εἶναι. Εὐαγγέλιον ἐστὶ αὐτὸ οὐ διὰ τὰ γεγενημένα ἀγαθὰ μόνον καλεῖ, ἀλλὰ καὶ διὰ τὰ μέλλοντα. Πῶς δὲ τὸν Θεὸν εὐαγγελίζεσθαι δι' αὐτοῦ φησιν; Ἀφωρισμένος γὰρ, φησὶν, εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ· [431] ὁ γὰρ Πατὴρ καὶ πρὸ τῶν εὐαγγελίων δῆλος ἦν. Ἄλλ' εἰ καὶ δῆλος ἦν, Ἰουδαίοις μόνους, καὶ οὐδὲ τούτοις· πᾶσιν, ὡς εἶδει· οὔτε γὰρ Πατέρα αὐτὸν ὄντα ᾔδεισαν, καὶ πολλὰ ἀνάξια αὐτοῦ τότε ἐφαντάζοντο· διὸ καὶ ἔλεγε ὁ Χριστὸς, **ὅτι Ἡξουσίαι οἱ ἀθηνοὶ προσκυνοῦνται·** καὶ, **ὅτι Ὁ Πατὴρ τοιοῦτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν.** Ὑστερον δὲ καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ Υἱοῦ ἐξέφραθη τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ· ὅπερ οὐν καὶ προαναφώνως ἔλεγε ὁ Χριστὸς· **Ἴνα γινώσκωσιν σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν, καὶ ὃν ἀπέστειλες Ἰησοῦν Χριστόν.** Εὐαγγέλιον δὲ Θεοῦ καλεῖ, ἀπὸ τῶν προοιμίων ἀνορθῶν τὸν ἀκροατήν. Οὐ γὰρ ἤλαθ' ἐτι σκυθρωπὸν ἀπαγγέλλων, ὡς περὶ οἱ προφῆται κατηγορίας καὶ ἐγκλήματα καὶ ἐπιτιμήσεις, ἀλλὰ εὐαγγέλια, καὶ εὐαγγέλια Θεοῦ, μενόντων καὶ ἀκινήτων ἀγαθῶν θησαυροὺς μυρίους. Ὁ προσηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν Γραφαῖς ἀγίαις. Κύριος γὰρ δώσει ῥῆμα, φησὶ, **τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ·** καὶ πάλιν, **Ὅς ὠραῖοι οἱ πίδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην!**

β'. Ὁρᾶς καὶ ῥητῶς τοῦ εὐαγγελίου καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὸν τρόπον ἐν τῇ Παλαιᾷ κείμενον; Οὐ γὰρ διὰ βημάτων αὐτὸ καταγγέλλομεν μόνον, φησὶν, ἀλλὰ καὶ διὰ πραγμάτων· οὐδὲ γὰρ ἀνθρώπινον ἦν, ἀλλὰ καὶ θεῖον καὶ ἀπόρρητον καὶ πᾶσαν ὑπερβαῖνον φύσιν. Ἐπειδὴ δὲ καινοτομίαν ἐνεκάλουν τῷ πράγματι, δεικνύσιν αὐτὸ πρεσβύτερον Ἐληθῶν ὄν, καὶ ἐν τοῖς προφήταις προδιαγραφόμενον. Εἰ δὲ μὴ ἐξ ἀρχῆς ἔδωκε, παρὰ τοὺς μὴ βουλομένους δέξασθαι· οἱ γοῦν βουλομένοι ἤκουσαν. Ἀβραάμ ὁ πιστὴρ ὑμῶν, φησὶν, ἠγαλλιάσατο, **ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν·** καὶ εἶδε, καὶ ἔχαρη. Πῶς οὖν φησὶν, **ὅτι Πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον;** Οὕτω, φησὶν, ὡς ὑμεῖς βλέπετε καὶ ἀκούετε, αὐτὴν τὴν σάρκα, καὶ αὐτὰ τὰ σημεῖα τὰ ἐπὶ τῶν ὕψων. Σὺ δὲ μοι σκό-

^a Duo mss. ἐκ καθαρᾶς καρδίας, quæ lectio in multis Novi Testamenti manuscriptis feritur. ^b Idem et marg. Savil. τῆς ἐκμαστῆς δουλείας.

πει, πρὸ πόντων ταῦτα προσκηρύττετο χρόνιον· καὶ γὰρ ὅταν μεγάλα τινὰ προκατασκευάζειν ὁ Θεὸς μέλλῃ, πρὸ πολλῶν αὐτὰ προαναφανεῖ χρόνον, γυμνάζων τὴν ἀκοὴν πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῆς παρουσίας αὐτῶν. *Ἐν Γραφαῖς ἀγίαις.* Οὐ γὰρ ἔλεγον οἱ προφῆται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔγραφον ἅπερ ἔλεγον· οὐκ ἔγραφον δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ πραγμάτων ἐτύπον, ὡς Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ ἄγων, καὶ Μωϋσῆς τὸν θρονὸν ὕψων, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτείνων ἐπὶ τοῦ Ἀμαλῆκ, καὶ τὸν ἀμνὸν τοῦ πάσχα θύων. *Περὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα.* Τί ποιεῖς, ὦ Παῦλε; μετεωρίσας ἡμῶν τὰς ψυχὰς καὶ ἀναγαγὼν, καὶ μεγάλα καὶ ἀπόρρητα φαντασθῆναι· ποιήσας, καὶ Εὐαγγέλιον εἰπὼν, καὶ Θεοῦ Εὐαγγελίον, καὶ χορὸν προφητῶν εισαγαγὼν, καὶ δεῖξας πάντας ἀνακηρύττοντας πρὸ πολλῶν ἐτῶν τὰ ἐσόμενα, πῶς πάλιν ἡμᾶς κατὰγεις πρὸς τὸν Δαυὶδ; περὶ ἀνθρώπου τίνος διαλέγῃ, εἰπέ μοι, καὶ πατέρα δίδω; αὐτῷ τὸν τοῦ Ἰεσοῦ υἱόν; καὶ πῶς ταῦτα τῶν εἰρημένων ἀξία; Σφόδρα μὲν οὖν ἀξία· οὐ γὰρ περὶ ἀνθρώπου φιλοῦ, φησὶν, ὁ λόγος ἡμῖν. Διὰ [452] τοι τοῦτο προσέθηκα τὸ, *Κατὰ σάρκα*, αἰνιττούμενος, ὅτι καὶ κατὰ πνεῦμα γέννησις ἐστὶ τοῦ αὐτοῦ. Καὶ τίνος ἔνευθεν ἐντεῦθεν ἤρξατο, καὶ οὐκ ἐκείθεν ἀπὸ τῶν ὑψηλοτέρων; Ὅτι καὶ Ματθαῖος ἐντεῦθεν καὶ Λουκᾶς καὶ Μάρκος. Τὸν γὰρ μέλλοντα χειραγωγεῖν πρὸς τὸν οὐρανὸν, κάτῳθεν ἀνω χειραγωγεῖν ἀναγκαῖον· οὕτω γὰρ καὶ τὸ πρῆγμα ὀκνηομένη. Πρῶτον γοῦν εἶδον αὐτὸν ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τότε ἐνόησαν Θεόν. Ἡ τοίνυν αὐτὸς τὴν ἡ διδασκαλίαν ἐποιήσατο, ταύτη καὶ ὁ μαθητὴς αὐτοῦ τέμνει τὴν ἐκεῖ φέρουσαν ὁδόν. Πρῶτον οὖν ^b λέγει τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν, οὐκ ἐπειδὴ πρώτη ἦν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀπὸ ταύτης πρὸς ἐκείνην ἔζηγε τὸν ἀκροατὴν. *Τοῦ ὀρισθέντος Υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει καὶ Πνεύματι* ^c ἀγίωσῆς ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀσαφῆς τὸ ἐρημῶδες ἀπὸ τῆς τῶν λέξεων πλοκῆς γέγονε· διόπερ αὐτὸ διελαῖν ἀνάγκη. Τί οὖν ἐστιν ὃ λέγει; Τὸν ἐκ Δαυὶδ γενόμενον ἀνακηρύττομεν, φησὶν. Ἀλλὰ τοῦτο δῆλον· πόθεν δὲ, ὅτι καὶ Υἱὸς Θεοῦ ἐστὶν οὗτος ὁ σαρκωθεὶς; Πρῶτον ἀπὸ τῶν προφητῶν· διὸ ἔλεγεν, *Ὁ προεπηγγελματο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν Γραφαῖς ἀγίαις.* Οὐ μικρὰς δὲ ^d ἀποδείξεις οὗτος ὁ τέρπος. Ἐπειτα καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ τρόπου τῆς γεννήσεως· ὃ καὶ αὐτὸς ἐδήλωσεν εἰπὼν· *Ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα*· τὴν γὰρ τῆς φύσεως ἔλυσε νόμον. Τρίτον ἀπὸ τῶν θαυμάτων ὧν περ ἐπραττε, πολλῆς δυνάμει; ἀπόδειξιν παρεχόμενος· τοῦτο γὰρ ἐστὶν, *Ἐν δυνάμει.* Τέταρτον ἀπὸ τοῦ Πνεύματος οὐπερ ἐδίδου τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, καὶ δι' οὐ πάντας ἀγίους ἐποίησεν· διὸ φησι, *Κατὰ Πνεῦμα ἀγίωσῆς*. Θεοῦ γὰρ ἦν μόνου τὰ τοιαῦτα δῶρα χαρίζεσθαι. Πέμπτον ἀπὸ τῆς ἀναστάσεως Κυρίου· πρῶτον γὰρ οὗτος καὶ μόνος ἑαυτὸν ἤγειρεν· ὅπερ καὶ αὐτὸς μάλιστα πάντων ἐφῆσεν εἶναι σημεῖον ἰκανὸν καὶ τοὺς ἀναίσχυντοῦντας· ἐπιστομίσαι. *Λύσατε γὰρ, φησὶν, τὸν ναβὸν τούτου, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν· καὶ, Ὅταν ὑψώσῃ με ἀπὸ τῆς γῆς, τότε γνώσεσθε, ὅτι ἐγὼ εἰμι· καὶ πάλιν, Ἡ γενεὰ αὕτη σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωαῦ. Τί οὖν ἐστίν, Ὁρισθέντος; Δειχθέντος, ἀποφανθέντος, κριθέντος, ὁμολογηθέντος, παρὰ τῆς ἀπάντων γνώμης καὶ ψήφου, ἀπὸ τῶν προφητῶν, ἀπὸ τῆς παραδόξου γεννήσεως τῆς κατὰ σάρκα,*

ἀπὸ τῆς δυνάμει; τῆς ἐν τοῖς σημείοις, ἀπὸ τοῦ Πνεύματος, δι' οὐ τὸν ἁγιασμὸν ἔδωκεν, ἀπὸ τῆς ἀναστάσεως, δι' ἧς τοῦ θανάτου τὴν τυραννίδα κατέλυσε. *Δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως.* Ὅρα εὐγνωμοσύνην οἰκέτου· οὐδὲν ἑαυτοῦ εἶναι βούλεται, ἀλλὰ πάντα τοῦ Δεσπότη. Καὶ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦτο ἔδωκε· διὸ ἔλεγε· *Πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι· ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος* ^e, *τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὀδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν· καὶ πάλιν, Ἀφορισάτε μοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Βαρνάβαν.* Καὶ ἐν τῇ [455] πρὸς Κορινθίους δὲ φησιν, *Ὅ μὲν διὰ τοῦ Πνεύματος διδοται λόγος σοφίας, ἄλλω δὲ λόγος γνώσεως· καὶ ὅτι αὐτὸ πάντα διαιρεῖ, καθὼς βούλεται.* Καὶ Μιλησίοις ^f δὲ δημηγορῶν, ἔλεγεν· *Ἐν ᾧ ἔθετο ὑμῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον ποιμένας καὶ ἐπισκόπους.* Ὅρξ, ὅτι τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Υἱοῦ φησι, καὶ τὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Πνεύματος; *Χάριν καὶ ἀποστολὴν*· τούτεστιν, οὐκ ἡμεῖς αὐτὸ καθωρθώσαμεν τὸ γενέσθαι ἀπόστολοι· οὐδὲ γὰρ καμόντες πολλὰ καὶ πονήσαντες, τὴν ἀξίαν ταύτην ἐλάχομεν· ἀλλὰ χάριν ἐλάβομεν, καὶ τῆς ἀνωθεν δωρεᾶς τὸ κατόρθωμα γέγονεν. *Εἰς ὑπακοὴν πίστεως.*

γ'. Οὐκ ἄρα οἱ ἀπόστολοι ἦσαν οἱ κατορθούοντες, ἀλλ' ἡ προσδοκίουσα χάρις αὐτοῖς. Ἐκείνων μὲν γὰρ ἦν τὸ περιελαίκα καὶ κηρύττειν, τὸ δὲ πείθειν τοῦ ἐνεργούντος ἐν αὐτοῖς Θεοῦ· καθὼς καὶ ὁ Λουκᾶς φησιν, *ὅτι διήνοιξε τὴν καρδίαν αὐτῶν· καὶ πάλιν, Οἷς ἦν δεδομένον ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.* *Εἰς ὑπακοὴν.* Οὐκ εἶπεν, *Εἰς ζήτησιν καὶ κατασκευὴν, ἀλλ', Εἰς ὑπακοὴν.* Οὐδὲ γὰρ ἐπέμφθημεν, φησι, συλλογίζεσθαι, ἀλλ' ὅπερ ἐνεργήσθημεν ἀποδοῦναι. Ὅταν γὰρ ὁ Δεσπότης ἀποφθηνῆται τι, τοὺς ἀκούοντας οὐ περιεργάζεσθαι χερτὰ λέγόμενα καὶ πολυπραγνοῦν, ἀλλὰ δεχέσθαι μόνον. Οἱ γὰρ ἀπόστολοι διὰ τοῦτο ἐπέμφθησαν, ἵνα ἅπερ ἤκουσαν, εἴπωσιν, οὐκ ἵνα οἰκοθῆν τι προσθῶσι· καὶ ἡμεῖς δὲ λοιπὸν, ἵνα πιστεύσωμεν. Τί ἵνα πιστεύσωμεν; *Περὶ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ· οὐκ ἵνα τὴν οὐσίαν αὐτοῦ περιεργασώμεθα, ἀλλ' ἵνα εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ πιστεύσωμεν· τοῦτο γὰρ ἦν, ὃ καὶ τὰ σημεῖα ἐποίησεν.* Ἐν γὰρ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, φησὶν, *ἔγειραι καὶ περιπατεῖτε.* Καὶ τοῦτο δὲ αὐτὸ πιστεῖτε; δεῖται, καὶ οὐδὲν τούτων λογισμῶ καταλαβεῖν δυνατόν. *Ἐν αὐτῷ τοῖς ἔθνεσιν, ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Τί οὖν; πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ὁ Παῦλος ἐκήρυξεν; Ὅτι μὲν γὰρ ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικῶ διέδραμε, κάκειθεν πάλιν εἰς αὐτὰς ἐξέβη τῆς γῆς τὰς ἑσχατίας, δῆλον ἐξ ὧν Ῥωμαῖοις ἐπέστειλεν. Εἰ δὲ καὶ μὴ πᾶσι ἐπέστη, οὐδὲ οὕτω ψεύδος τὸ λεγόμενον· οὐ γὰρ περὶ ἑαυτοῦ μόνον φησὶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν δώδεκα ἀποστόλων, καὶ πάντων τῶν καταγγελλάντων τὴν λόγον τῶν μετ' ἐκείνων. Ἄλλω; δὲ οὐδὲ ἐπ' αὐτοῦ τὸν λόγον ἐλαγχόμενοι ἴδοι τι; ἂν, εἰ τὴν προθυμίαν ἐνόησεν τὴν ἐκείνου. καὶ ὅτι μετὰ τελευτῆν οὐ παύεται πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης κηρύττειν. Ἐνόησον δὲ πῶς ἐπαίρει τὴν δωρεάν, καὶ δεῖκνυσσι μεγάλην οὐσαν καὶ πολὺ τῆς προτέρας ὑψηλοτέραν· εἰ γε τὰ μὲν παλαιὰ περὶ ἔθνος ἐν ἐγγίγνωτο, αὕτη δὲ γῆν καὶ ὕλασσαν ἐπεσπάτατο. Σκόπει δὲ μοι· κάκεινο, πῶς κοιλακείας πάσης ἀπῆλλαγμένη ἐστὶν ἡ τοῦ Παύλου

^a Mss., ἦν τοίνυν... τούτην. ^b Mss., πρῶτην οὖν, non male. ^c Mss., δυνάμει κατὰ πνεῦμα. ^d Savil., et Morel., οὐ μικρὰς δὲ, et sic legit vetus Interpres, uliūme.

^e Sic mss. et Evangelium Graecum Joannis. Editi ἐκεῖνο. ^f Duo mss. nostri καὶ Φιλιππησίους. Savil. legendum coujicit καὶ Ἑρασίους, quia in Epistola ad Ephesus quid simile habetur: at vox sequens δημηγορῶν indicat in concione quadam vel colloquio, quale Miletū habuit, haec verba reperiri, et vere ibi leui habentur.

prophetae et iusti voluerunt videre, quæ vos videtis, et non viderunt (Math. 13. 17)? Ita scilicet, inquit, ut vos videtis et auditis, ipsam carnem, ipsa signa, oculis percepta. Tu vero mihi consideres velim, quanto antea tempore hæc prædicta fuerint: nam cum Deus magna quardam apparatus est, ea multo ante tempore prænuntiat, aures præparans ad illa excipienda. *In Scripturis sanctis.* Non tantum enim dicebant prophetae, sed scribebant etiam illa, quæ loquebantur: nec scribebant solum, sed per res figurabant; ut cum Abraham Isaac duceret, et Moyses serpentem exaltaret, manus extenderet adversus Amalec, et agnum paschalem immolaret. **3. De filio suo, qui natus est de semine David secundum carnem.** Quid facis, Paule? postquam animos nostros in sublime subvestisti, ac magna arcanaque imaginationi obtulisti, et evangelium memorasti, ac Dei evangelium, ubi item chorum prophetarum induxisti, omnesque multis ante annis futura prænuntiasse ostendisti: quorsum rursus nos adducis ad Davidem? de quonam, quæso, homine loqueris, cui patrem das Jesse filium? quomodo possunt hæc digna esse iis, quæ dicta sunt? Admodum certe digna: non enim de mero homine, inquit, sermo nobis est. Ideoque illud adieci, *Secundum carnem*, subindicans etiam secundum Spiritum generationem ejus esse. Et cur hinc inceptam, et non illinc sublimioribus? Quoniam hinc etiam et Mathæus et Lucas et Marcus. Nam is qui ad cælum ducturus est, ab inferioribus ad superiora necessario ducet. Hoc enim ordine res constituta fuit. Primo igitur viderunt illum hominem in terra, et hinc intellexerunt esse Deum. Qua igitur ipse doctrinam impertiit, eadem ratione discipulus ejus viam secuturum illuc ferentem. Primo igitur generationem secundum carnem memorat, non quod prima sit, sed quia ab hac ad illam vult audirem ducere. **4. Qui definitus est Filius Dei in virtute et Spiritu sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi.** Ex verborum complicatione obscurum est quod dicit, quapropter distinguamus oportet. Quid sibi vult ergo: Eum qui ex Davide natus est prædicamus, inquit, sed hoc quidem apertum est. Sed undenam? Quia hic incarnatus Filius Dei est. A prophetis primum discitur, ideo ait: *Quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis.* Non parva autem demonstrandi ratio hæc est. Deinde, ex modo etiam generationis; quod et ipse declarat his verbis: *Ex semine David secundum carnem*: naturæ quippe legem solvit. Tertio a miraculis quæ patravit, magnæ potentæ argumentum præbens; hoc enim sibi vult illud, *In virtute*. Quarto, a Spiritu quem dedit credentibus in se, et per quem omnes sanctos effecit; ideo ait, *Secundum spiritum sanctificationis.* Dei enim solius erat talia dona largiri. Quinto, a resurrectione Domini. Illic enim primus et solus seipsura a mortuis excitavit. Quod et ipse ait signum omnium maxime idoneum esse ad impudentiores confutandos. Nam ait: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud (Joan. 2. 19); et, Cum exaltaveritis me de terra, tunc cognoscetis quia ego sum (Joan. 8. 28);* et

rursum, *Generatio hæc signum querit, et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ (Math. 12. 39).* Quid sibi vult illud, definitus? Ostensus, declaratus, indicatus, confessus, omnium judicio et calculo, a prophetis, ab inexpectato ortu secundum carnem, a potentia signorum, a Spiritu, per quem sanctificationem dedit, a resurrectione, qua mortis tyrannidem solvit. **5. Per quem accepimus gratiam et apostolatam in obedientiam fidei.** Vide gratum famuli animum; nihil suum esse vult, sed omnia Domini. Atqui hunc quoque Spiritum dedit; ideo dicebat: *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem (Joan. 16. 12).* Et rursum, *Segregate mihi Paulum et Barnabam (Act. 15. 2).* Et in epistola ad Corinthios ait: *Alii per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ (1. Cor. 12. 8).* Et, *Ipse omnia dividit sicut vult (Act. 20. 28).* Et Milesiis concionans dicit: *In quo posuit vos Spiritus sanctus pastores et episcopos.* Viden' quomodo ea quæ Spiritus sunt, Filii esse dicat; et quæ Filii sunt, Spiritus? *Gratiam et apostolatam*; id est, non nos hoc effecimus ut essemus apostoli. Non enim labore et opera nostra hanc dignitatem sortiti sumus; sed gratiam accepimus, et ex superiori dono hoc munus datum nobis est. *In obedientiam fidei.*

3. Non ergo apostoli hæc efficiebant, sed præveniendus illos gratia. Illorum quippe erat circuire et prædicare; persuadere autem Dei erat, in illis operantis, ut et Lucas dicit: *Aperuit cor ipsorum*; et rursum, *Quibus datum erat audire verbum Dei. In obedientiam.* Non dixit, *In perquisitionem* vel, *In argumentum*; sed, *In obedientiam.* Neque enim missi sumus, inquit, ut syllogismos asseramus, sed ut quod accepimus reddamus. Cum enim Dominus aliquid pronuntiat, non debent auditores curiose scrutari vel indagare, sed solum accipere. Nam apostoli ideo missi sunt, ut quæ audierunt dicant, non ut aliquid de suo addant: et nos solum ut credamus. Quid credamus? *De nomine ejus (Act. 5. 6),* non ut de substantia ejus curiose perquiramus, sed in nomen ejus credamus: illud enim signa faciebat: Nam ait, *In nomine Jesu Christi surge et ambula (Rom. 15. 19).* Et in hoc fide opus est, nihilque eorum ratiocinio capere possumus. *In omnibus Gentibus, in quibus estis et vos vocati Jesu Christi.* Quid ergo? An omnibus Gentibus prædicavit Paulus? Quod enim ab Jerosolymis ad Illyricum peragraverit, indeque rursus ad extrema terræ pervaserit, palam est ex iis quæ Romanis scripsit. Etsi vero non ad omnes pervenerit, ne sic quidem falsum est quod dicit. Non enim de se tantum loquitur; sed etiam de duodecim apostolis, et de iis qui cum illis verbum annuntiaverunt. Alioquin autem etiamsi de Paulo id intelligendum arguas, non contra dicere possis, si fervorem ejus consideres; et quod ne post mortem quidem cesset ubique terrarum prædicare. Perpende quomodo extollat donum, ostendatque magnum illud esse et priori sublimius: vetera siquidem gentem unam spectabant; hoc autem donum terram et maria.

attractit. Hoc item mihi consideres velim, quomodo Pauli anima omni expers sit adulatione. Romanos enim quasi in vertice totius orbis constitutos alloquens, nihil amplius illis concedit, quam cæteris gentibus; neque etiamsi cæteris imperarint ac regnarent, in spiritualibus plus habere dicit; sed sicut gentibus omnibus, inquit, prædicamus, ita et vobis cum Scythiis et Thracibus ipsos enumerans: quandoquidem nisi hoc significare voluisset, supervacaneum esset dixisse, *In quibus estis et vos*. Hæc autem facit, illorum fastum et superbiam deprimens, ipsosque cæteris pares esse docens. Vnapropter hæc subjungit: 6. *In quibus estis et vos vocati Jesu Christo*; id est, cum quibus estis et vos. Et non dixit, Alii vobiscum; sed, Vos cum aliis. Si enim in Christo Jesu non est servus neque liber, multo magis neque rex neque privatus: etenim et vos vocati estis, neque sponte vestra accessistis. 7. *Omnibus, qui sunt Romæ, dilectis Dei vocatis sanctis, gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo*. Vide quam frequenter nomen vocati usurpet, *Vocatus apostolus*, dicens; *In quibus estis et vos vocati*? *Omnibus qui sunt Romæ vocatis*. Illud autem non superflue repetens facit, sed ut illis beneficium in memoriam revocet. Quia enim verisimile erat, inter credentes ex præfectis et consularibus quosdam fuisse, itemque pauperes et privatos, dignitatum inæqualitatem tollens, omnibus unam mittit compellationem. Si vero in rebus magis necessariis et spiritualibus communia omnia servis et liberis prostant; ut caritas Dei, vocatio, evangelium, adoptio, gratia, pax, sanctificatio, cæteraque omnia: quomodo non extremæ dementiæ fuerit, eos, quos Deus conjunxit et in majoribus pares fecit, a terrenis negotiis distinguere? Ideoque ab exordio hic vir beatus gravem hunc depellens morbum, in matrem bonorum omnium humilitatem ipsos inducit. Hæc servos meliores efficiebat, quod ediscerent nihil sibi damni ex servitute fore, cum vera libertate fruerentur: hoc etiam dominos instituebat, cum odocerentur, nihil sibi emolumentum a libertate ferri, nisi quæ fidem spectabant præcederent. Atque ut discas Paulum hoc facientem, non confusionem inducere, nec omnia miscere, sed optimam distinctionem novisse, non simpliciter scripsit, *Omnibus qui Romæ estis*, sed cum distinctione, *Dilectis Dei*. Hæc enim optima est distinctio, ostenditque unde sit sanctificatio.

4. *Sanctificatio a caritate. Dignitas quæ pecunia venditur, non proprie dignitas*. — Unde ergo est sanctificatio? A dilectione. Cum dixisset enim, *Dilectis*, tunc addidit, *Vocatis sanctis*, ostendens hunc nobis esse fontem honorum omnium: sanctos autem vocat fideles omnes. *Gratia vobis et pax*. O salutationem innumera bona afferentem! Hoc Christus apostolos in domos intrantes primo pronuntiare verbum jubet: ideoque Paulus sic ubique orditur, a gratia nempe et pace. Neque enim Christus modicum perfecit bellum, sed varium, omnimodum et diuturnum; idque

non ex laboribus nostris, sed per gratiam suam. Quoniam igitur dilectio gratiam, gratia pacem dedit: hæc salutationis forma prolata, precatur manere perpetua et immota, ne rursus aliud excitetur bellum, et datorem rogat, ea firma conservet, his verbis: *Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domina Jesu Christo*. Ecce hoc loco illud, a, commune est Patri et Filio; quod perinde est ac si diceret, Ex quo. Neque enim dixit, Gratia vobis et pax a Deo Patre per Dominum nostrum Jesum Christum; sed, *A Deo Patre et Domino nostro Jesu Christo*. Papæ quantum potuit Dei dilectio! Inimici et reprobi repente sancti et filii sunt¹ effecti. Cum enim Patrem vocat, filios indicat; cum filios dicit, omnem honorum thesaurum revelat. Perseveremus bono tanto dignam vitam exhibentes, et pacem sanctitatemque servantes. Cæteræ quippe dignitates temporaneæ sunt, ac cum præsentī vita avolant; pecuniæ quaque venduntur: unde non dignitates quis dixerit, sed dignitatum nomina tantum, quæ in vestium magnificentia et satellitum adulatione vim habent. Hoc autem, utpote a Deo collatum, donum sanctificationis et adoptionis, morte non tollitur; sed et hic splendidos efficit, et ad futuram vitam nobiscum demigrat. Nam qui adoptionem servat, et sanctificationem accurate custodit, illo, qui diademate redimitur et purpura induitur, longe splendidior feliciorque est, atque in præsentī vita tranquillitate fruitur magna, spe bona fretus, nullamque habens tumultus et perturbationis occasionem, sed voluptate perpetua gaudens. Hilaritatem enim et lætitiā non imperii magnitudo, non vis pecuniarum, non potentiæ fastus, non robor corporis, non lautā mensa, non vestium ornatu, non aliud quidpiam humanum parere solet, sed recte factum spirituale tantum et bona conscientia. Qui puram illam servat, etiamsi laceris pannis induatur, etsi cum fame luctetur, lætior est iis, qui in summis deliciis versantur; ut vice versa, qui malorum sibi conscius est, etiamsi omnibus opibus circumfluat, omnium miserrimus est. Ideoque Paulus in assidua fame et nuditate versans, flagellis quotidie cæsus, plus quam reges gaudebat et lætabatur: Achab vero regnans et laetis frueas deliciis, quia peccatum illud admiserat, gemebat, anxius erat, et vultus ejus conciderat, et apte peccatum et post peccatum. Si velimus ergo voluptate frui, ante omnia nequitiam fugiamus, virtutemque sectemur, quod non possimus alio modo voluptatem assequi, etiamsi in ipsum solum regnum ascendamus. Quamobrem Paulus dicebat: *Fructus autem Spiritus est caritas, gaudium, pax* (Gal. 5. 22). Hunc ergo fructum apud nos servemus, ut hic lætitiā fruamus, et futurum regnum assequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, una cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

¹ Alii legunt, *sanctus*, pro, *sunt*.

εσκευασμένα· αἱ δὲ τῶν ἀμαρτωλῶν κἄν μικρὰν δέξωνται προσβολήν, ἐπεσόν τε εὐθέως καὶ ἀπόλωτο. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ προφήτης ἔλεγεν, *ὅτι Ὁσεὶ χροῦς, ὄν [527] ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, ὡ- τως εἰσὶν εὐρίπτιοι, καὶ εἰς ἐπήρειαν πᾶσι προκείμενοι, οἱ ἐν ἀμαρτίαις ζῶντες. Οὐτε γὰρ ὀρῶσιν ὑγιῶς, οὐτ' ἀκούουσιν εἰλικρινῶς, οὐ φθέγγονται ἑναρθρα, ἀλλὰ πολλῆς μὲν γέμουσι τῆς λυγρῆς, πολὺν δὲ ἐν τῷ στόματι περιβρόντα τὸν σίελον περιφέρουσι. Καὶ εἶθε σίελον, καὶ οὐδὲν ἦν ἄτοπον· νυνὶ δὲ παντὸς βορβόρου ῥήματα δυσωδέστερα προέονται, καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι οὐδὲ ἀποπτύσαι τὸν σίελον τούτων τῶν ῥημάτων ἰσχύουσιν, ἀλλὰ τῇ χειρὶ δεχόμενοι μετὰ πολλῆς τῆς βδελυρίας, πάλιν αὐτὸν προστρέβονται παχὺν ὄντα καὶ δυσδιάτμητον. Τάχα ναυτιᾶτε πρὸς τὴν διήγησιν· οὐκοῦν μᾶλλον πρὸς τὴν πράξιν. Εἰ γὰρ ἐν σώματι ταῦτα ἀηδῆ συμβαίνοντα, πολλῶ μᾶλλον ἐν τῇ ψυχῇ. Τοιοῦτος ἦν ἐκεῖνος ὁ παῖς ὁ πάντα τὰ ἑαυτοῦ κατηναλωκίως, καὶ εἰς ἐσχάτην κακίαν κατενεχθείς, παντὸς ληροῦντος καὶ νενοσηκότος ἀσθενέστερον διακείμενος. Ἄλλ' ἐπειδὴ ἐβουλήθη, ἀλλὰ τὴν ἀπόνησιν ἀφωμένος, ἀπὸ γνώμης μόνης καὶ μετατάσσεως. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, Ἐπιστρέψω πρὸς τὸν πατέρα μου, τὸ ῥῆμα τοῦτο αὐτῷ πάντα ἐκόμισε τάγαθα· μᾶλλον δὲ οὐ τὸ ῥῆμα ἀπλῶς, ἀλλὰ τὸ ἔργον τῷ ῥήματι προστεθέν. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Ἐπανέλθω, καὶ ἔμεινεν· ἀλλ' εἶπε, Ἐπανέλθω, καὶ ἐπανήλθε, καὶ τὴν ὁδὸν πᾶσαν ὑπέστρεψεν ἐκείνην. Οὕτω καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν· κἄν εἰς τὴν ὑπερορίαν ἀπενεχθῶμεν, ἐπανέλθωμεν πρὸς τὸν πατῆρον οἶκον, καὶ μὴ κατοκνήσωμεν πρὸς τὸ τῆς ὁδοῦ μήκος. Ἄν βουληθῶμεν, εὐκολοῦς ἡ ἐπάνοδος γίνεται καὶ ταχίστη, μόνον ἀφῶμεν τὴν ξένην καὶ τὴν ἄλλοτριάν· τοῦτο γὰρ ἡ ἀμαρτία, πόρρω τῆς οἰκίας ἡμᾶς ἀπάγουσα τοῦ πατρὸς. Ἀφῶμεν τοίνυν αὐτήν, ἵνα ταχέως πρὸς τὸν πατῆρον ἐπανέλθωμεν οἶκον. Καὶ γὰρ φιλόστοργός ἐστιν ὁ πατήρ, καὶ τῶν εὐδοκιμούντων οὐχ ἥττον ἡμᾶς ἀγαπήσει ἢ μεταβαλλομένους, ἀλλὰ καὶ πλεόν· ἐπεὶ καὶ ἐκεῖνον ὁ πατήρ τότε μειζόνως ἐτίμησε· καὶ γὰρ μειζόνως αὐτὸς ἤσθη τὸν παῖδα ἀπολαθῶν. Καὶ πῶς ἐπανέλθω, φησὶν; Ἀρχὴν ἐπίθεος τῷ πράγματι μόνον, καὶ τὸ πᾶν γέγονε· στήθι τῆς κακίας, καὶ μὴ προέλθῃς περαιτέρω, καὶ ἤδη τοῦ παντὸς ἐπελάβου. Καθὰπερ γὰρ τοῖς κάμνουσι τὸ μὴ χεῖρον σχεῖν ἀρχὴ γένοιτ' ἂν τοῦ βέλτιον ἔχειν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς κακίας συμβαίνει· μὴ περαιτέρω προθῆς, καὶ τέλος ἔξει σοι τὰ τῆς πονηρίας. Κἄν δύο ποιήσης οὕτω ἡμέρας, τῇ τρίτῃ εὐκολώτερον ἀποστήσῃ, καὶ μετὰ τὰς τρεῖς, καὶ δεκά προσθήσεις, εἴτα εἴκοσιν, εἴτα ἑκατὸν, εἴτα τὸν βίον ἅπαντα. Ὅσῳ γὰρ ἂν προβαίνῃ, εὐκολώτερον ὅψει τὴν ὁδὸν, καὶ ἐπ' αὐτὴν ὁ στήθην τὴν κορυφὴν, καὶ πολλῶν ἄνθρωπον ἀπολαύσεις τῶν ἀγαθῶν. Ἐπεὶ καὶ τότε, ὅτε ὁ ἄσωτος ἐπανήλθεν ἐκεῖνος, καὶ αὐλοὶ καὶ κιθάραι καὶ χοροὶ καὶ θαλαῖαι καὶ πανηγύρεις ἦσαν· καὶ ὁ ὀφελῶν ὑπὲρ τῆς ἀκαίρου θαπάνης καὶ τῆς οὕτω μακρᾶς φυγῆς τὸν παῖδα ἀπαίτηται δίκην, οὐδὲν τούτων ἐποίησεν, ἀλλ' ὡς εὐδοκιμηκῶτα εἶδε, καὶ οὐδὲ μέχρι ῥημάτων ὀνειδίσει τῷ παιδί, μᾶλλον ἐξ οὐδὲ ἀπλῶς [528] αὐτὸν ἀναμνησάσαι τῶν προτέρων ἠνέσχετο, ἀλλὰ καὶ περιεχύθη, καὶ κατεφίλησε, καὶ μόσχον ἔθουσε, καὶ στολὴν ἐνέδουσε, καὶ ἐν πολλῷ τῷ κόσμῳ κατέστησε. Ταῦτα οὖν ἔχοντες καὶ ἡμεῖς τὰ ὑποδείγματα, θαρρώμεν καὶ μὴ ἀπογινώσκωμεν. (Ὁ γὰρ οὕτω χαίρει καλούμενος Δεσπότης, ὡς Πατήρ, οὐδὲ δοῦλον ἔχων, ὡς υἱὸν· καὶ μᾶλλον τοῦτο*

βούλεται, ἢ ἐκεῖνο. Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ πάντα ἐποίησεν ἄπερ ἐποίησε, καὶ οὐδὲ τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ ἐφείσατο, ἵνα τὴν υἰοθεσίαν ἀπολάβωμεν, ἵνα μὴ ὡς Δεσπότην μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς Πατέρα αὐτὸν ἀγαπῶμεν. Κἄν τύχη τοῦτο παρ' ἡμῶν, καθάπερ τις δοξαζόμενος ἐναρθρῆται, καὶ εἰς πάντας αὐτὸ ἐκφέρει, ὁ μηδενὸς δεόμενος τῶν ἡμετέρων. Τοῦτο γοῦν ἐπὶ τοῦ Ἀβραάμ ἐποίησε, πανταχοῦ λέγων, Ἐγὼ ὁ Θεός· Ἀβραάμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. Καίτοι γε τοὺς οἰκέτας ἔχρη καλλωπίεσθαι τούτῳ· νῦν δὲ ὁ Δεσπότης φαίνεται τοῦτο ποιῶν. Διὰ τοῦτο καὶ Πέτρῳ φησὶ, *Φιλεῖς με πλέον τούτων*; δεικνύς, ὅτι οὐδὲν πρὸς τοῦτο ζητεῖ παρ' ἡμῶν. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν Ἀβραάμ τὸν υἱὸν θῦσαι ἐκέλευσεν, ἵνα δείξῃ πᾶσιν, ὅτι σφόδρα φιλεῖται παρὰ τοῦ πατριάρχου. Τοῦτο δὲ τὸ σφόδρα φιλεῖσθαι ἐθέλειν, ἀπὸ τοῦ σφόδρα φιλεῖν γίνεται. Διὰ τοῦτο καὶ τοῖς ἀποστόλοις ἔλεγεν· *Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμέ, οὐκ ἔστι μου ἀξίος*.

ς'. Διὰ τοῦτο, ὃ πάντων ἡμῖν ἐστὶν οἰκειότερον ἢ ψυχῇ, καὶ ταύτην δευτέραν κελεύει τίθεσθαι τίς εἰς αὐτὸν ἀγάπης, ἐπειδὴ μεθ' ὑπερβολῆς ἀπάσης βούλεται φιλεῖσθαι παρ' ἡμῶν. Καὶ γὰρ ἡμεῖς, ὅταν μὲν μὴ σφόδρα περὶ τινα ὦμεν διακείμενοι, οὐδὲ τῆς παρ' ἐκείνου σφόδρα δεόμεθα φιλίας, κἄν μέγας ἢ καὶ περιφανῆς· ὅταν δὲ θερμῶς τινα καὶ γνησίως φιλοῦμεν, κἄν εὐτελής, κἄν μικρὸς ὁ φιλούμενος, μεγίστην τιθέμεθα δόξαν τὸ παρ' ἐκείνου φιλεῖν. Αἰδ καὶ αὐτὸς οὐ τὸ φιλεῖσθαι παρ' ἡμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν παθεῖν τὰ ἐπονειδίσει ἐκεῖνα, δόξαν ἐκάλει. Ἄλλ' ἐκεῖνα μὲν δι' ἀγάπην μόνον δόξα ἦν· ἃ δὲ ἂν ἡμεῖς ὑπὲρ αὐτοῦ πάθωμεν, οὐ δι' ἀγάπην μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ποθομένου καὶ τὴν ἀξίαν, δόξα ἂν εἰκότως καὶ καλοῖτο καὶ εἴη.

Ἦς ἐπὶ στεφάνου τοίνυν μεγίστους τρέχωμεν τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ κινδύνους, καὶ μήτε πενίαν μήτε νόσον μήτε ἐπήρειαν, μὴ συκοφαντίαν, μὴ αὐτὸν τὸν θάνατον νομίζωμεν εἶναι βαρὺ καὶ ἐπαχθές, ὅταν δι' αὐτὸν ταῦτα ὑπομένωμεν. Ἄν γὰρ νήρωμεν, τὰ μέγιστα διὰ τούτων ἀπάντων κερδανούμεν· ὡπερ οὖν ἂν μὴ νήρωμεν, οὐδὲ ἀπὸ τῶν ἐναντίων καρπωσόμεθα τὰ χρηστόν. Σκόπει δέ· ἐπηρεάζει σοὶ τις καὶ πολεμεῖ; Οὐκοῦν ἐργηγορέναι σε παρασκευάζει, καὶ ἀφορμὴν σοὶ παρέχει τοῦ γενέσθαι ὅμοιον τῷ Θεῷ. Ἄν γὰρ ἀγαπήσῃς τὸν ἐπιβουλεύοντα, ὅμοιος ἔσῃ τῷ Τὸν ἡλιον ἀνατέλλοι ἐπὶ ποιητοὺς καὶ ἀγαθοὺς. Ἐτερος ἀφαιρείται σου τὰ χρήματα; Ἄν γενναίως ἐνέγκῃς, τοῖς εἰς πένητας πάντα δεδαπανηκόσι τὸν αὐτὸν λήψῃ μισθόν. Καὶ γὰρ *τὴν ἀρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ἡμῶν*, φησὶ, *μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε, γινώσκοντες κρείττονα ἔχειν ὑπαρξῆν ἐν οὐρανῶσι, καὶ μένουσαν*. Εἰπέ τις [529] κακῶς καὶ ὀνειδίσει; Ἄν τε ἀληθῆ ταῦτα ἦ, ἂν τε ψευδῆ, στεφάνον σοὶ μέγιστον ἐπλεξεν, ἂν πράως τὴν λειδορίαν ἐνέγκῃς. Ὅ τε γὰρ συκοφαντῶν πολλὸν ἡμῖν προξενεῖ τὸν μισθόν (*Χαίρετε γὰρ, φησὶ, καὶ ἀγαλλιάσθε, ὅταν εἰπωσιν πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὀνίων ψευδόμενοι, ὅτι ὁ μισθὸς ἡμῶν πολλὸς ἐν τοῖς οὐρανοῖς*), ὃ τε ἀληθῆ λέγων πάλιν τὰ μέγιστα ὠφελεῖ, μόνον ἂν πράως ἐνέγκωμεν τὰ λεγόμενα. Καὶ γὰρ ὁ Φαρισαῖος ἀληθεύων τὸν τελώνην ἔλεγε κακῶς, ἀλλ' ὅμοιος ἀντὶ τελώνου δίκαιον ἐποίησε. Καὶ τί δεῖ καθ' ἕκ-

a Quidam mss., τὴ γῆσι.

b Metel. male, καὶ ἐπ' αὐτῇ.

a peccatis senectutem paramus. Nam pecuniarum amor et absurdarum cupiditatum servitus, omneque tandem peccatum, senectutem operanti afferre solet: quod autem ad vetustatem senectutemque declinat, interitui proximum est. Neque enim ita potest corpus per senectutem dissolvi, ut anima peccatis corrupta ac delapsa: ad extremas enim tunc nugae deducitur, futilia loquens, quemadmodum senes et deliri, atque pituita referta, necnon stupore, atque oblivione, lippis instructa oculis, hominibus abominanda, et diabolo capti facilis est: tales enim sunt peccatorum animae. Justorum vero animae contra juvenescunt ac vigent, et in ipso ætatis flore sunt semper, ad pugnam et luctum semper paratæ. Peccatorum vero animae in quam minime conflictu statim cadunt et pereunt: id quod declarans propheta dicebat: *Tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terre (Psal. 1. 14)*, ita sunt versatiles, et damnum parantibus aditu faciles, qui in peccatis vitam agunt. Neque enim clare vident, nec sincere audiunt, nec articulatim loquuntur: singultu multo gravantur, ingentem in ore salivam circumferunt. Atque utinam salivam! non enim id absurdum esset; sed jam cæno putidiora verba proferunt: quodque gravius est, ne spuere quidem hujusmodi verborum spumam possunt, sed manu excipientes, execrando modo rursus illam atterunt, cum sit densa, nec facile solvi possit. Forte cum nausea et fastidio narrationem hanc excipitis: quanto magis rem ipsam fastidiretis! Nam si in corpore hæc ingrata et insuavia sunt, multo magis in anima. Talis erat juvenis ille, qui omnia sua consumperat, et in extremam nequitiam devenerat, ita ut deliro omni et ægrotante debilius esset. At quando voluit, derepente novus factus est, ex una animi voluntate ac mutatione. Postquam enim dixerat, Revertar ad patrem meum (*Luc. 15. 18*): hæc una vox omnia ipsi contulit bona; imo vero non verbum tantum, sed opus cum verbo conjunctum. Non enim dixit, Revertar, et ibi mansit; sed, Revertar, et reversus ac viam totam illam emensus est. Sic et nos faciamus: etiamsi extra patriæ fines deportati fuerimus, ad paternam tamen domum redeamus, nec nos longioris viæ pigeat. Nam si voluerimus, facilis erit reditus ac celerrimus, modo peregrinam terram deseramus: hoc enim ipsum est peccatum, quod nos a paterna domo abducit. Illam itaque relinquamus, ut ad paternam revertamur domum. Nam prolis amans est pater, nec nos immutatos minus diligit, quam eos, qui vitæ probitate florent, imo plus amabit: siquidem illum pater plus in honore habuit, magisque delectatus est filio recuperato. Et quomodo revertar, inquires? Rem incipe tantum, et totum factum est: peccare desine, nec ultra procedas, et jam totum accepisti. Sicut enim iis, qui morbo laborant, non pejus habere initium est convalescendi: sic et in nequitia contingit: ne ulterius progrediaris, et nequitia finem habeat. Si per biduum hoc feceris, tertio die facilius ab tinebis, ac tribus decem addes; hinc viginti, postea centum, denique totam vitam. Quanto

enim magis progressus fueris, faciliorem cernes viam, et ad ipsum cunicum adductus, complurium simul bonorum fructum decerpes. Nam tunc quoque, cum prodigus ille reversus est, et tibiæ et citharæ et chori, thaliæ et celebritates aderant: atque is, qui a filio de tam intempestivo sumptu deque diuturna fuga rationes repetiturus esse videbatur, nihil hujusmodi fecit; imo illum quasi præclare sese gessisset conspexit: nec modo illum verbis non increpavit, nec pristinae vitæ mentionem fecit; sed perfusus gaudio osculatus est, vitulum mactavit, et stola ipsum induit, multumque addidit ornatum. His ergo exemplis instructi, confidamus et ne desperemus. Neque enim ille ita lætatur cum Dominus, ut cum Pater vocatur; mavultque filium, quam servum habere. Propterea illa omnia fecit, Unigenito suo non pepercit, ut filiorum adoptionem reciperemus (*Rom. 8. 23*), utque illum non modo ut Dominum, sed etiam ut Patrem diligeremus. Id quod si a nobis obtineatur, ac si gloriam adeptus, hoc effert, omnibusque lætabundus declarat, qui nullo nostrorum indiget. Hoc erga Abrahamum effecit, qui passim dicit: Ego Deus Abraham et Isaac et Jacob. Atqui in his servos gloriari oportebat; at nunc ipse Dominus hæc de re gloriatur. Idcirco Petro dicit: *Diligis me plus his (Joan. 21. 17)*? ostendens se nihil perinde a nobis expetere. Ideoque Abrahamum jussit filium suum inmolare, ut omnibus palam faceret se multum a patriarcha amari. Illud porro, quod se multum amari cupiat, ipsum etiam multum amare significat. Ideoque apostolis dicebat: *Qui amat patrem et matrem plus quam me, non est me dignus (Matth. 10. 37)*.

6. *Christus quantum a nobis amorem exigit. Pro ipso pati lucrum parit.* — Idcirco quod omnium nobis carissimum est, animam nempe, jubet secundam in amore poni; quia ipse majorem in modum et super omnia vult a nobis amari. Etenim et nos cum non admodum erga aliquem afficimur, illius amorem non multum curamus, etsi magnus sit et illustris; cum vero quempiam sincere amamus, etsi vilis tenuisque sit, ejus mutuum amorem magni facimus. Ideo ille non solum a nobis amari, sed etiam pro nobis contumeliosa illa pati, gloriam vocabat. Verum illa ob dilectionem tantum gloria erant: quæ autem nos pro ipso passi fuerimus, non propter amorem tantum, sed etiam propter amati gloriam et dignitatem, gloria vere vocentur et fuerint.

Quasi ergo ad coronas maximas, ad pericula pro ipso subeunda curramus, nec paupertatem, vel morbum, vel molestiam, vel sycophantiam, vel ipsam mortem gravem et molestam esse putemus, cum hæc propter illum sustinenda sint. Nam si sapiamus, magnum inde fructum decerpemus; quemadmodum nisi sapiamus, ne a contrariis quidem aliquid boni lucrabimur. Perpende autem: tibi quispiam molestus est, et adversatur? Ad vigilandum te ille provocat, occasionemque tibi præbet, ut sis Deo similis. Si insidiantem tibi diligas, similis eris ei, *Qui solem oriri facit super malos et bonos (Matth. 5. 45)*. Alius

tibi pecunias abripit? Si generose feras, eandem recipies mercedem, quam si qui omnia pauperibus largiuntur. Nam rapinam facultatumstrarum, inquit, cum gaudio excepistis, scientes vos meliorem habere et manentem in cælis substantiam (Hebr. 10. 34). Maledictis et conviciis te quispiam inessit? Seu vera, seu falsa illa sint, coronam tibi maximam nexuit, si æquo animo feras. Nam sycophanta magnam nobis mercedem conciliat (Gaudete, inquit, et exultate, cum omne malum dixerint adversum vos, mentientes; quia merces vestra copiosa est in cælis (Matth. 5. 12. 11): cumque vera dicit, etiam multum prodest, si tamen dicta patienter feramus. Etenim Pharisæus ille vera contra publicanum proferebat (Luc. 18. 11); at de publicano justum effecit. Quid opus est singula prosequi? nam Jobi certamina perpendenti licet omnia accurate discere. Ideoque Paulus dicebat: Si Deus pro nobis, quis contra nos (Rom. 8. 31)? Ut ergo si studium adhibeamus, ab iis qui nobis molestiam inferunt, lucrum reportamus: sic si ignavi simus, ne ab iis quidem, qui prodesse volunt, meliores efficiamur. Quid Judæ, quæso, profuit Christi contubernium? quid Judæis lex? quid Adamo paradisi? quid iis, qui in deserto erant, Moyses? Quamobrem his dimissis, id unum spectare debemus, quomodo nostra recte componamus. Si hoc faciamus, ne ipse quidem diabolus nobis unquam superior erit; sed magis nobis proderit, dum nos ad vigilandum inducit. Sic Ephesios Paulus excitavit, dum diaboli feritatem narraret (Ephes. 6). Verum nos somno dediti stertimus, cum rem habea-

mus contra tam malignum hostem. Sane si serpentem prope lectum nostrum latitare sciremus, nihil non ageremus ad illum occidendum; diabolo autem in ipsis animis nostris latitante, nihil nos adversi pati putamus, sed concidimus: cujus rei causa est, quod ipsum oculis corporis non videamus: quamquam ideo magis vigilare et cavere oporteret. Nam a sensibili hoste facile quis caverit; ab invisibili vero, nisi undique armati simus, facile effugere non poterimus; maxime autem quia ille non recta via nos aggredi solet; alias enim cito caperetur; sed sæpe sub amicitiae specie, crudelitatis venenum immittit. Sic Jobi uxorem induxit, ut assumpta dilectionis larva, perniciosum illud consilium proferret: sic Adamum alloquens, se curam et patrocinium ipsius suscipere simulat, dicens: Aperientur oculi vestri, qua die de ligno comederitis (Gen. 3. 5). Sic pietatem simulans. Jephthæ suavit, ut filiam immolaret, et iniquum sacrificium offerret. Viden' ejus insidias? viden' ejus varium bellum? Cave igitur, et te undique munito spiritualibus armis, illiusque machinamenta accurate discere, ut ne te ille capere valeat, et tu illum capias. Quandoquidem Paulus sic illum devicit, hæc probe edoctus; ideo dicebat: Non enim illius cogitationes ignoramus (2. Cor. 2. 11). Nos itaque illius insidias ediscere et effugere curemus, ut reportata de illo victoria, et in præsentem et in futuro sæculo victores prædicemur, et immortalia assequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri, unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XI.

CAP. 6. v. 5. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul et resurrectionis erimus.

1. Quod jam supra dixi, nunc etiam dicam, ipsum frequenter in moralem orationem digredi, non ut in aliis epistolis, quas in duo dividit: ac priorem partem dogmatibus deputat, alteram morum curæ. Illic vero non item: per totam enim epistolam permixtè de utroque agit, ut accepta sit oratio. Duas ergo hic ait mortificationes duasque mortes; et aliam quidem a Christo factam esse in baptisate, alteram vero a nobis fieri oportere per subsequens studium. Nam quod priora peccata sepulta fuerint, ex illius dono factum est; quod autem post baptismum peccato mortui maneamus, id studii nostri opus esse debet, etsi videamus Deum in hisce nos multum juvare. Baptisma enim non modo priora delicta delere potest, sed etiam adversus futura firmare. Quemadmodum ergo ibi fidem adhibuisti, ut illa deleantur: sic et in sequentibus studii mutationem exhibe, ne rursus te ipsum contaminaveris. Hæc et similia consulens dicit: Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul et resurrectionis erimus. Viden quomodo auditorem erigat, ad Dominum suum statim illum adducens, et multam conatus ostendere similitudinem? Propterea non dixit, Morti, ut ne contradi-

cas; sed, Similitudini mortis: neque enim substantia ipsa mortua est, sed homo ex peccatis natus, id est, malitia. Nec dixit, Si enim participes facti sumus similitudinis mortis; sed quid? Si enim complantati sumus: plantationis nomine fructum ejus in nobis subindicans. Sicut enim corpus ejus sepultum in terra fructum orbis salutem attulit, ita et nostrum in baptisate sepultum fructum tulit justitiam, sanctificationem, adoptionem, innumera bona: feret etiam demum resurrectionis donum. Quia igitur nos in aqua, ipse in terra; nos per peccati rationem, ille per corporis sepultus est: ideo non dixit, Complantati morti, sed, Similitudini mortis: mors enim et hoc et illud est, sed non ejusdem suppositi. Si ergo, inquit, in morte complantati facti sumus, et resurrectionis erimus; resurrectionem hic futuram dicens. Nam cum superius de morte disserens, ac dicens: An ignorantia, fratres, quod quicumque in Christo baptizati sumus, in mortem ipsius baptizati sumus? nihil de resurrectione clare disseruerit, sed de vitæ instituto post baptismum, jubens in novitate vitæ ambulare: ideo hic eodem resumpto sermone, illam nobis demum resurrectionem prænuntiat. Et ut discas, illum non de hac loqui, quæ ex baptismo est, sed de illa: ubi dixit, Si complantati facti sumus similitudini mortis ejus, non

στον λέγειν, ἔξεστι γὰρ ἐπελθόντα τοὺς ἀθλοὺς τοῦ Ἰωβ ἄπαντα ταῦτα μετ' ἀκριβείας μαθεῖν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν· *Εἰ ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν*; ὡσπερ οὖν σπουδάζοντες καὶ ἀπὸ τῶν λυπούντων κερδαίνοντες, οὕτω βρῦμουνητες οὐδὲ ἀπὸ τῶν ὠφελούτων ἀμείνους γινόμεθα. Τί γὰρ τὸν Ἰούδαν ὠφέλησεν, εἰπέ μοι, ἡ τοῦ Χριστοῦ συνουσία; τί δὲ τοὺς Ἰουδαίους ὁ νόμος; τί δὲ τὸν Ἀδὰμ ὁ παράδεισος; τί δὲ τοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ Μωϋσῆς; Διὰ τοι τοῦτο πάντα ἀφέντας, ἐν δεῖ σκοπεῖν μόνον, ὅπως τὰ καθ' ἑαυτοὺς οἰκονομήσωμεν καλῶς· κἂν τοῦτο ποιῶμεν, οὐδὲ αὐτὸς ὁ διάβολος ἡμῶν περιέσται ποτὲ, ἀλλὰ καὶ μειζρόνως ἡμᾶς ὠφελήσει, νῆφειν παρασκευάζων. Οὕτω γοῦν καὶ τοὺς Ἐφεσίους ὁ Παῦλος διηγεῖρε, τὴν ἐκείνου διηγούμενος ἀγριότητα. Ἄλλ' ἡμεῖς καθυδόμεν καὶ βέγγομεν καὶ ταῦτα πρὸς οὕτω πονηρὸν πολέμιον ἔχοντες. Καὶ εἰ μὲν ὅτι ἐμφωλεύοντα ἔγνωμεν παρὰ τὴν κλίνην τὴν ἡμετέραν, πολλὴν ἂν ἐποιήσαμεθα σπουδὴν ὥστε αὐτὸν ἀνελεῖν· τοῦ διαδόλου δὲ ἐμφωλεύοντος ἡμῶν ταῖς ψυχαῖς, οὐδὲν ἡγούμεθα πάσγειν δεῖν, ἀλλ' ἀναπεπνικαίμεν. Τὸ δὲ αἴτιον, ἐπειδὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς οὐχ ὀρώμεν αὐτὸν τοῖς τοῦ σώματος· καίτοι διὰ τοῦτο ἔγρην ἐγρηγορέναί μᾶλλον καὶ νῆφειν. Τὸν μὲν γὰρ αἰσθητὸν πολέμιον κἂν φυλάξαιτό τις βραδίως, τὸν δὲ ἀόρατον, ἂν μὴ διὰ παντὸς ὦμεν καθωπλισμένοι, οὐ δυνήσομεθα εὐκόλως διαφυγεῖν· καὶ

μάλιστα, ὅτι οὐδὲ ἐξ εὐθείας οἶδε πολεμεῖν· ἢ γὰρ ἂν ἐάλω ταχέως· ἀλλὰ σῆματι πολλάκις φίλας τὸν τῆς ὀμότητος Ἴδν ἐνήσιν. Οὕτω γοῦν καὶ τὴν γυναῖκα τοῦ Ἰωβ ὁ παρεσκευάσε, προσωπεῖον φιλοστοργίας ὑποδύσαν τὴν πονηρὰν ἐκείνην εἰσενεγκεῖν συμβουλήν· οὕτω καὶ τῷ Ἀδὰμ διαλεγόμενος, ὑποκρίνεται τὸ κηδεμονικὸν καὶ προστατικὸν, λέγων, ὅτι Ἄνοιχθήσονται ὀμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ ἢ ἂν ἡμέρα φάγηται ἀπὸ τοῦ ξύλου. Οὕτω καὶ τὸν Ἰεφθάε ἀνέπεισε προσχήματι εὐσεβείας τὴν θυγατέρα κατασφάζει, καὶ τὴν παράνομον θύσιαν ἀνενεγκεῖν. Εἶδες αὐτοῦ τὰς μεθοδείας; εἶδες τὸν ποικίλον πόλεμον; Φυλάττου τοῖνον, καὶ πανταχόθεν φράττου τοῖς ὄπλοις τοῖς πνευματικοῖς, καὶ καταμάνθανε τὰς ἐκείνου μηχανὰς μετὰ ἀκριβείας, ἵνα καὶ ἀνάλωτος ἦς καὶ ἔλης αὐτὸν εὐκόλως· ἐπεὶ καὶ Παῦλος οὕτως αὐτοῦ περιεγένετο, ταῦτα μετὰ ἀκριβείας καταμανθάνων· διὸ καὶ ἔλεγεν· *Οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγροοῦμεν*. Καὶ ἡμεῖς τοῖνον καὶ μαθεῖν καὶ φυγεῖν τὰς ἐπιβουλὰς αὐτοῦ σπουδάζομεν, ἵνα τὴν κατ' αὐτοῦ νίκην ἀράμενοι, καὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον, καὶ κατὰ τὸν [530] μέλλοντα ἀνακηρυχθῶμεν αἰῶνα, καὶ τῶν ἀκηράτων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μετ' οὗ τῷ Πατρὶ. Ἄμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἄμην.

^a Sic mss. et Savil., rectius vulgato ἀφέντες. Edit.

^b Mss. τῷ Ἰωβ.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΑ'.

Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα.

α'. Ὅτι καὶ ἐμπροσθεν ἔφθην εἰπὼν, τοῦτο καὶ νῦν ἐρῶ, ὅτι εἰς τὸν ἡθικὸν συνεχῶς ἐκθαίνει λόγον, οὐχ ὡσπερ ἐν ταῖς ἄλλαις Ἐπιστολαῖς, διαιρῶν αὐτάς εἰς δύο, τὸ μὲν πρῶτον τοῖς δόγμασιν ἀφορίζει, τὸ δὲ ἕτερον τῇ τῶν ἡθῶν ἐπιμελείᾳ· ἀλλ' οὐκ ἐνταῦθα οὕτως, ἀλλὰ δι' ὅλης αὐτῆς ἀναμῆξ τοῦτο ποιεῖ, ὥστε εὐπαράδεκτον γενέσθαι τὸν λόγον. Δύο τοῖνον ἐνταῦθα νεκρώσεις εἶναι φησι, καὶ θανάτους δύο· καὶ τὴν μὲν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ γεγενῆσθαι ἐν τῷ βαπτίσματι, τὴν δὲ ὑφ' ἡμῶν ὀφείλειν γίνεσθαι διὰ τῆς μετὰ ταῦτα σπουδῆς. Τὸ μὲν γὰρ ταφῆναι τὰ πρότερα ἁμαρτήματα, τῆς αὐτοῦ γέγονε δωρεᾶς· τὸ δὲ μετὰ τὸ βάπτισμα μεῖναι νεκρῶς τῇ ἁμαρτίᾳ, τῆς ἡμετέρας δεῖ γενέσθαι ἔργον σπουδῆς, εἰ καὶ τὰ μάλιστα πολλὰ καὶ ἐνταῦθα τὸν Θεὸν ὀρώμεν βοηθούντα ἡμῖν. Οὐ γὰρ δὴ τοῦτο ἰσχύει τὸ βάπτισμα μόνον τὸ τὰ πρότερα ἀφανίσαι πλημμελήματα, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ἀσφαλίζεται. ὡσπερ οὖν ἐν ἐκείνους τὴν πίστιν εἰσήνεγκας, ἵνα ἀφανισθῇ· οὕτω καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα τῆς προθυμίας ἐπιδείξειαι τὴν μεταβολὴν, ἵνα μὴ πάλιν σαυτὸν καταρρυπᾷς. Ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα συμβουλευόν φησὶν· *Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα*. Εἶδες πῶς ἐπῆρε τὸν ἀκρατῆν, πρὸς τὸν Δεσπότην εὐθέως αὐτὸν ἀναγαγὼν τὸν αὐτοῦ, καὶ πολλὴν δεῖξαι σπουδᾶς τὴν ὁμοίωσιν; Διὰ τοῦτο οὐδὲ εἶπε, Θανάτω, ἵνα μὴ ἀντίπηξ, ἀλλ' Ὁμοιώματι θανάτου· οὐ γὰρ ἡ οὐσία αὐτῆ ἀπέθανεν,

ἀλλ' ὁ ἐξ ἁμαρτιῶν ἀνθρωπος, τουτέστιν, ἡ κακία. Καὶ οὐκ εἶπεν, *Εἰ γὰρ ἔκοινωνήσαμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου*· ἀλλὰ τί; *Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν*, τῷ τῆς φυτείας ὀνόματι τὸν ἐκ ταύτης καρπὸν ἡμῖν αἰνιξάμενος. Καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα αὐτοῦ ταφέν ἐν τῇ γῆ καρπὸν τῆς οἰκουμένης τὴν σωτηρίαν ἤνεγκεν· οὕτω καὶ τὸ ἡμέτερον ταφέν ἐν τῷ βαπτίσματι, καρπὸν ἤνεγκε τὴν δικαιοσύνην, τὸν ἀγασμὸν, τὴν υιοθεσίαν, τὰ μυρία ἀγαθὰ· εἰσει δὲ καὶ τὸ τῆς ἀναστάσεως ὑστερον δῶρον. Ἐπεὶ οὖν ἡμεῖς μὲν ἐν ὕδατι, αὐτὸς δὲ ἐν γῆ, καὶ ἡμεῖς μὲν κατὰ τὸν τῆς ἁμαρτίας λόγον, ἐκεῖνος δὲ κατὰ τὸν τοῦ σώματος ἐτάφη, διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε, Σύμφυτοι τῷ θανάτῳ, ἀλλὰ, *Τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου*· ὁμοίωμα μὲν γὰρ καὶ τοῦτο καὶ ἐκεῖνο, ἀλλ' οὐ τοῦ αὐτοῦ ὀποκειμένου. Εἰ τοῖνον, φησὶν, ἐν τῷ θανάτῳ ἐγενόμεθα σύμφυτοι, καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα· ἀνάστασιν ἐνταῦθα τὴν μέλλουσαν [531] λέγων. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνωτέρω περὶ θανάτου διαλεχθεὶς καὶ εἰπὼν, *Ἦ ἀγνοεῖτε, ἀδελφοί, ὅτι ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθημεν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν*; οὐδὲν περὶ ἀναστάσεως διελέθη σαφῶς, ἀλλὰ περὶ πολιτείας τῆς μετὰ τὸ βάπτισμα, κλεῖσας ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσαι· διὰ τοῦτο ἐνταῦθα τὸν αὐτὸν ἀναλαβὼν λόγον, ἐκείνην ἡμῖν λοιπὸν προαναφώνει τὴν ἀνάστασιν. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐ περὶ ταύτης φησὶ τῆς ἐκ τοῦ βαπτίσματος, ἀλλὰ περὶ ἐκείνης· εἰπὼν, *Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, οὐκ εἶπεν, ὅτι τοῦ ὁμοιώματος τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα, ἀλλὰ, Καὶ τῆς ἀναστάσεως*. Ἴνα γὰρ μὴ λέγης, Καὶ πῶς, εἰ μὴ ἀπεθάνομεν ὡς ἀπέθανεν, ἀναστῆσομεθα ὡς ἀνέστη; γίνεαι

μὲν τῷ θανάτου ἐμνημόνευται, οὐκ εἶπε, Σύμφυτοι τῷ θανάτῳ, ἀλλὰ, *τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου*· ἤνικα δὲ τῆς ἀναστάσεως, οὐκ εἶπε, *τῷ ὁμοιώματι τῆς ἀναστάσεως*, ἀλλ' Αὐτῆς τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα. Καὶ οὐκ εἶπε, Γεγόναμεν, ἀλλ' *Ἐσόμεθα*, καὶ τούτῳ πάλιν δηλῶν τῷ ῥήματι ἐκείνῃν τὴν οὐδέπω γεγεννημένην ἀνάστασιν, ἀλλὰ μέλλουσαν. Εἶτα βουλόμενος ἀξιώπιστον ποιῆσαι τὸν λόγον, δείκνυσιν ἑτέραν ἀνάστασιν ἐνταῦθα γενομένην πρὸ ἐκείνης, ἵνα ἀπὸ τῆς παρουσίας καὶ τῆ μελλούσης πιστεύσῃς. Εἰπὼν γάρ, ὅτι σύμφυτοι ἐσόμεθα τῆς ἀναστάσεως, ἐπήγαγε· *Τούτο γινώσκοντες, ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἀνθρώπος συνεσταυρώθη, ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἀμαρτίας*· ὁμοῦ καὶ αἰτίαν καὶ ἀπόδειξιν τῆς μελλούσης τιθεὶς ἀναστάσεως. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐσταύρωται, ἀλλὰ, *συνεσταύρωται*, ἐγγὺς ἄγων τὸ βάπτισμα τῷ σταυρῷ. Διὸ καὶ ἀνωτέρω ἔλεγε, *Σύμφυτοι τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ γεγόναμεν, ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἀμαρτίας*, οὐ τὸ σῶμα τοῦτο οὕτω καλῶν, ἀλλὰ τὴν πονηρίαν ἄπασαν. Ὅσπερ γὰρ παλαιὸν ἀνθρώπον λέγει τὴν ὀλόκληρον κακίαν, οὕτω καὶ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου τὴν ἀπὸ τῶν διαφόρων μερῶν πονηρίας συγκειμένην πάλιν κακίαν. Καὶ ὅτι οὐ στοχασμὸς τὸ εἰρημένον, ἀπὸ τοῦ Παύλου τοῦτο αὐτὸ διὰ τῶν ἐξῆς ἐρμηνεύσαντος ἄκουσον. Εἰπὼν γάρ, *ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἀμαρτίας*, ἐπήγαγε· *Τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἀμαρτίῃ*. Ταύτη γὰρ αὐτὸ εἶναι βούλομαι νεκρὸν, οὐχ ὥστε ἀφανισθῆναι καὶ ἀποθανεῖν, ἀλλ' ὥστε μὴ ἀμαρτάνειν. Καὶ προῖόν ἐστι σαφέστερον αὐτὸ ποιεῖ· *Ὁ γὰρ ἀποθανὼν, φησὶ, δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἀμαρτίας*. Περὶ παντὸς ἀνθρώπου τοῦτο φησιν, ὅτι ὡσπερ ὁ ἀποθανὼν ἀπῆλλακται τὸ λοιπὸν τοῦ ἀμαρτάνειν, νεκρὸς κείμενος, οὕτω καὶ ὁ ἀναβάς ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος· ἐπειδὴ γὰρ ἅπασι ἀπέθανεν ἐκεῖ, νεκρὸν δεῖ μένειν διαπαντός τῇ ἀμαρτίᾳ.

β'. Εἰ τοίνυν ἀπέθανεν ἐν τῷ βαπτίσματι, μένει νεκρὸς· καὶ γὰρ ἕκαστος ἀποθανὼν, οὐκέτι ἀμαρτάνειν δύναται· ἂν· εἰ δὲ ἀμαρτάνεις, λυμáινη τοῦ Θεοῦ τὴν δωρεάν. Ἄπειτήσας τοίνυν τὸσαύτην ἡμᾶς φιλοσοφίαν, καὶ τὸν στέφανον ταχέως ἐπήγαγε, λέγων· *Εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ*. Καίτοι καὶ αὐτὸ πρὸ τοῦ στεφάνου μέγιστος στέφανος, τὸ κοινωησάει τῷ Δεσπότη· πλὴν ἀλλὰ καὶ ἕτερον δίδωμί σοι, φησὶν, [532] ἔπαθλον. Ποῖον δὴ τοῦτο; Τὴν αἰώνιον ζωὴν. *Πιστεύομεν γάρ, φησὶν, ὅτι καὶ συζήσομεν αὐτῷ*. Καὶ πῶθεν τοῦτο δῆλον; *Εἰδότες, ὅτι Χριστὸς ἔγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, οὐκέτι ἀποθνήσκει*. Καὶ σκόπει πάλιν αὐτοῦ τὴν φιλονεικίαν, καὶ πῶς ἀπὸ τῶν ἐναντίων αὐτοῦ κατασκευάζει. Ἐπειδὴ γὰρ εἰκόσ ἦν τινας θορυβεῖσθαι διὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὸν θάνατον, δείκνυσιν ὅτι δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο χρὴ σαθρῆναι λοιπόν. Μὴ γὰρ, ἐπειδὴ ἅπασι ἀπέθανε, φησὶ, νομίσεις αὐτὸν ὀνητὸν εἶναι· καὶ γὰρ διὰ τοῦτο αὐτὸ ἀθάνατος μένει· θανάτου γὰρ θάνατος ὁ θάνατος αὐτοῦ γέγονε· καὶ ἐπειδὴ ἀπέθανε, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀποθνήσκει· καὶ γὰρ ἐκείνον τὸν θάνατον *τῇ ἀμαρτίᾳ ἀπέθανε*. Τί ἐστι, *τῇ ἀμαρτίᾳ*; Τουτέστιν, οὐδὲ ἐκείνῳ ὑπεύθυνος ἦν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀμαρτίαν τὴν ἡμετέραν. Ἴνα γὰρ αὐτὴν ἀνέλῃ, καὶ ἐκκόψῃ τὰ νεῦρα αὐτῆς καὶ τὴν δύναμιν ἄπασαν, διὰ τοῦτο ἀπέθανεν. Εἶδες πῶς ἐφόβησεν; Εἰ γὰρ οὐκ ἀποθνήσκει δεύτερον, οὐδὲ λουτρὸν ἐστὶ δεύτερον· εἰ δὲ λουτρὸν οὐκ ἐστὶ δεύτερον, μηδὲ σὺ πρὸς ἀμαρτίαν ἐπιβρῆσῃς ἔχει. Ταῦτα γὰρ πάντα λέγει, πρὸς ἐκείνῳ ἰσχυρῶς τὸ, *Ποιῶσόμεν τὰ κακὰ, ἵνα ἐλθῇ τὰ ἀγαθὰ*,

καὶ τὸ, *Ἐπιμνησόμεν τῇ ἀμαρτίᾳ, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσῃ*. Πρόρρηξον τοίνυν τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν ἀναίρων, ἅπαντα ταῦτα τίθησιν. *Ὁ δὲ ζῆ, τῷ Θεῷ ζῆ, φησὶ*· τουτέστιν ἀκατάλυτος, ὡς μηκέτι κρατεῖσθαι ὑπὸ τοῦ θανάτου. Εἰ γὰρ καὶ τὸν πρότερον θάνατον οὐκ ὑπεύθυνος ὢν ἀπέθανεν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἑτέρων ἀμαρτίαν· πολλῷ μᾶλλον νῦν οὐκ ἀποθανεῖται, καταλύσας αὐτήν. *Ὁ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἔλεγε*· *Ἄπασι γάρ, φησὶν, ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων εἰς ἀθέτησιν ἀμαρτίας διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ πεφωρωται*. Καὶ καθόσον ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπασι ἀποθανεῖν, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἅπασι προσενεχθεὶς εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἀμαρτίας, ἐκ δευτέρου χωρὶς ἀμαρτίας, ὀφθήσεται τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις εἰς σωτηρίαν. Δείκνυσιν δὲ καὶ τῆς κατὰ Θεὸν ζωῆς τὴν ἰσχύον, καὶ τῆς ἀμαρτίας τὴν δύναμιν· τῆς μὲν κατὰ Θεὸν ζωῆς, ὅτι οὐκέτι ἀποθανεῖται· τῆς δὲ ἀμαρτίας, ὅτι εἰ τὸν ἀναμάρτητον αὐτὴ παρεσκευάζεν ἀποθανεῖν, τοὺς ὑπευθύνους δντας πῶς οὐκ ἀπολεῖ; Εἶτα, ἐπειδὴ περὶ τῆς αὐτοῦ ζωῆς διελέχθη, ἵνα μὴ λέγῃ τις, *Τί οὖν πρὸς ἡμᾶς τὸ εἰρημένον; ἐπήγαγεν*. *Οὕτω καὶ ἡμεῖς λογιζέσθε ἑαυτοὺς, φησὶ, νεκροὺς μὲν εἶναι τῇ ἀμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ Θεῷ*. Καλῶς εἶπε, *Λογιζέσθε, ἐπειδὴ ὄφει παραστήσαι τὸ λεγόμενον τέως οὐκ ἐστι*. Καὶ τί λογιζόμεθα, φησὶ; *Νεκροὺς μὲν εἶναι τῇ ἀμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ Θεῷ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν*· ὁ γὰρ οὕτω ζῶν πάσης ἐπιλήψεται ἀρετῆς, αὐτὸν ἔχων σύμμαχον τὸν Ἰησοῦν· τοῦτο γὰρ ἔστιν, *Ἐν Χριστῷ*. Εἰ γὰρ νεκροὺς δντας ἀνέστησε, πολλῷ μᾶλλον ζῶντας κατασχεῖν δύνησεται. *Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἀμαρτία ἐν τῷ [533] θνητῷ ὁμῶν σώματι, εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ*. Οὐκ εἶπε, *Μὴ οὖν ζήτω ἡ σὰρξ, μηδὲ ἐνεργέτω, ἀλλ' ἡ ἀμαρτία μὴ βασιλευέτω*· οὐ γὰρ τὴν φύσιν ἤθελε ἀνελεῖν, ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν διορθῶσαι. Εἶτα δεικνύς, ὅτι οὐ βίβ καὶ ἀνάγκη κατεχόμεθα ὑπὸ τῆς πονηρίας, ἀλλ' ἐκόντες, οὐκ εἶπε, *Μὴ τυραννεῖται, ὅπερ ἀνάγκης ἦν, ἀλλὰ, Μὴ βασιλευέτω*. Καὶ γὰρ ἄτοπον εἰς βασιλείαν ἀγομένους τῶν οὐρανῶν, βασιλεῖα τὴν ἀμαρτίαν ἔχειν, καὶ καλουμένους συμβασιλεῦσαι τῷ Χριστῷ, αἰρεῖσθαι γενέσθαι τῆς ἀμαρτίας ἀρχαίωτος· ὡσπερ ἂν εἰ τις τὸ διάδημα βίβας ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, δαιμονώσῃ γυναικὶ καὶ προσαιτούσῃ καὶ βίβια περιβεβλημένη δουλεύειν ἐθέλοι. Εἶτα, ἐπειδὴ βαρὺ τὸ περιγενέσθαι ἀμαρτίας, ὅρα πῶς καὶ οὐφον ἔδειξε, καὶ τὸν πόνον παρεμυθήσατο εἰπὼν, *Ἐν τῷ θνητῷ ὁμῶν σώματι*. Τοῦτο γὰρ δείκνυσιν προσηκίους δντας τοὺς ἀγῶνας, καὶ ταχέως καταλυομένους· ὁμοῦ δὲ καὶ τῶν προτέρων ἡμᾶς ἀναμιμνήσκει κακῶν, καὶ τῆς τοῦ θανάτου βίβης· ἐνευθεν γὰρ καὶ παρὰ τὴν ἀρχὴν θνητὸν γέγονεν. Ἄλλ' ἔξεστι καὶ θνητὸν ἔχοντα σῶμα, μὴ ἀμαρτάνειν. Εἶδες τὴν περιουσίαν τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος; *Ὁ μὲν γὰρ Ἄδὰμ οὐδέπω θνητὸν ἔχων, ὤλισσε*· σὺ δὲ καὶ θανάτου λαθὼν ὑπεύθυνον δν, στεφανωθῆναι δύνησῃ. Καὶ πῶς βασιλεύει, φησὶν, ἡ ἀμαρτία; Οὐκ ἀπὸ τῆς οἰκείας δυνάμεως, ἀλλ' ἀπὸ τῆς σῆς βίβουμίας. Διὰ τοῦτο εἰπὼν, *Μὴ βασιλευέτω, καὶ τὸν τρόπον δείκνυσιν τῆς τοιαύτης βασιλείας, ἐπάγων καὶ λέγων*· *Εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ*. Οὐ γὰρ ἐστὶ τιμὴ τὸ μετ' ἐξουσίας αὐτῷ πάντα χαρίζεσθαι, ἀλλ' ἐσχάτη δουλεία καὶ ἀτιμίας ἐπίτασις. Ὅταν γὰρ ἂ βούλεται πράττειν, τότε ἐλευθερίας ἐστέρηται πάσης· ὅταν δὲ κωλύεται, τότε μάλιστα τὴν οἰκείαν ἀξίαν διατηρεῖ. *Μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ἔ.π.α ἀδικίας τῇ ἀμαρτίᾳ, ἀ.λ.β' ἔ.π.α δίκαιοσύνης*.

addidit, Similitudinis resurrectionis erimus, sed, *Ipsius resurrectionis*. Ne diceres enim, Quomodo, nisi moriamur ut ille mortuus est, resurgemus ut ille surrexit? cum mortem memoravit, non dixit, Complantati morti, sed, *Similitudini mortis*; cum autem de resurrectione loquitur, non dicit, Similitudini resurrectionis, sed, *Ipsius resurrectionis erimus*. Nec dixit, Facti sumus, sed, *Erimus*; hinc declarans illam nondum factam resurrectionem, sed futuram. Deinde, ut fide dignum sermonem constituat, alteram ostendit resurrectionem, quæ ante illam hic facta est, ut a præsentis futuræ fidem habeas. Cum dixisset enim, nos complantatos fore resurrectioni, addit: 6. *Hoc scientes, quod vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati*; simul et causam et demonstrationem futuræ resurrectionis ponens. Nec dixit, Crucifixus est, sed, *Simul crucifixus est*, proxime admoventes baptismum cruci. Ideo superius dicebat: *Complantati facti sumus similitudini mortis ejus, ut destruat corpus peccati*; non hoc corpus sic appellans, sed universam malitiam. Sicut enim veterem hominem dicit universam malitiam (*Coloss. 3. 9*), sic et corpus hominis illius vocat malitiam diversis nequitiae partibus constantem. Quod autem id non ex conjectura dicatur, a Paulo hoc ipsum deinceps explicante audi. Cum dixisset enim, *Ut destruat corpus peccati*, subiunxit: *Ut non ultra serviamus peccato*. Huic enim ipsum volo esse mortuum, non ita ut decedat et moriatur, sed ut non peccet. Ac progressus, illud adhuc clarius efficit: 7. *Qui enim mortuus est, inquit, justificatus est a peccato*. De omni homine hoc dicit, quod quemadmodum qui mortuus est, a peccando demum desistit, mortuus cum jaceat: sic qui ascendit a baptismo. Quia enim illic semel mortuus est, oportet ut omnino mortuus peccato maneat.

2. Si ergo mortuus es in baptismo, mane mortuus: etenim quisquis mortuus est, non ultra peccare potest: si autem pecces, Dei donum labefactas. Postquam ergo tantam a nobis philosophiam exegit, coronam statim adjecit, dicens: 8. *Si autem mortui sumus cum Christo*. Atqui et hæc ante coronam magna corona est, communicare cum Domino: verumtamen et aliud, inquit, do tibi præmium. Quodnam illud? Vitam æternam: nam ait: *Credimus, quia simul etiam vivemus cum illo*. Et undenam hoc liquet? 9. *Scientes, quod Christus, qui resurrexit ex mortuis, jam non moritur*. Ac vide rursus illius contentionem, et quomodo a contrariis illud probet. Quia enim verisimile erat, quosdam a cruce et morte conturbari, ostendit ob hoc ipsum habendam fiduciam esse. Ne putes enim, inquit, quia semel mortuus est, ipsum esse mortalem: ideo namque immortalis permanet: mors quippe ejus, mors mortis facta est; et quia mortuus est, ideo non moritur; etenim illa morte, 10. *Peccato mortuus est*. Quid est illud, *Peccato*? Id est, neque illi obnoxius erat, sed propter peccatum nostrum: nam ut illud tolleretur, et ejus nervos vimque omnem abscinderet, ideo mortuus est. Viden' quomodo terruerit? Si enim non secundo moritur, secundum lavacrum non est:

si secundum lavacrum non est, cave ne ad peccatum declines. Hæc enim omnia dicit, ut contra illud pugnet: *Faciamus mala, ut veniant bona*; et illud quoque, *Perseverabimus in peccato, ut abundet gratia*. Hanc igitur opinionem radicibus evellens, hæc omnia ponit. *Quod autem vivit, vivit Deo*, inquit; hoc est, indissolubiliter, ut non ultra dominetur illi mors. Nam si priorem mortem insons subiit, propter aliorum peccatum: multo magis nunc non morietur, cum peccatum solverit. Id quod etiam in Epistola ad Hebræos dicebat: *Semel enim in consumptione sæculorum ad abrogationem peccati per hostiam suam manifestatus est* (*Hebr. 9. 26*). Et quatenus statutum est hominibus semel mori: sic et Christus semel oblatus, ut multorum abstolleret peccata, secundo sine peccato apparebit iis, qui ipsum ad salutem expectant. Ostendit autem et vite secundum Deum actæ vim, et peccati item potentiam: vitæ secundum Deum actæ, quia non ultra morietur; peccati vero, quia si impeccabilem ad mortem deduxit, sibi obnoxios quomodo non perdet? Deinde quia de ipsius vita loquutus est, ne quis dicat, Quid ad nos dictum illud? subjungit: 11. *Ita et vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo*. Bene dixit, *Existimate*, quia id quod dictum est, aspectu repræsentare jam non licet. Et quid, inquires, existimamus? Nos *Mortuos esse peccato, viventes autem Deo in Christo Jesu Domino nostro*. Nam qui ita vivit, omnem apprehendet virtutem, ipsum habens belli socium Jesum: hoc enim significat illud, *In Christo*. Nam si nos mortuos suscitavit, multo magis viventes continere poterit. 12. *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediat ei in concupiscentiis ejus*. Non dixit, *Ne ergo vivat caro, neque operetur*; sed, *Ne regnet peccatum*: neque enim venit ut naturam destrueret, sed ut propositum voluntatis dirigeret. Deinde ostendens, nos non vi et necessitate a malitia detineri, sed sponte agere; non dixit, *Ne tyrannidem exerceat*, quod necessitatis esset; sed, *Ne regnet*. Etenim absurdum esset ad regnum cælorum ductos regem peccatum habere, et vocatos ad regnandum cum Christo, peccati captivos esse malle: ac si quis diadema projiciens ex capite, dæmoniæ mulieri, mendicæ et pannosæ servire velit. Deinde quia grave est peccatum superare, vide quam facile illud esse ostendat, et laborem emolliat, dicens, *In mortali vestro corpore*. hoc enim declarat temporanea certamina esse, et cito transitura; simulque pristina mala in mentem nobis revocat, ipsiusque mortis radicem: hinc enim et ab ipso initio mortale fuit. At fieri potest, ut qui mortale corpus habet non peccet. Viden' gratiæ Christi potentiam? Adam cum nondum mortale corpus haberet, lapsus est; tu vero mortuum cum acceperis, coronari poteris. Et quomodo, inquires, regnat peccatum? Non ex propria virtute, sed ex ignavia tua. Ideo, cum dixisset, *Ne regnet*, regni hujusce modum ostendit, hæc adjiciens, *Ut obediat ei in concupiscentiis ejus*. Non est enim honor corpori omnia cum potestate concedere, imo potius extrema servitus et ingens

ignominia : nam cum ea quæ vult facit, tunc libertate omni privatur; cum autem cohibetur, tunc maxime suam servat dignitatem. 13. *Neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed arma justitiæ.*

3. Itaque medium corpus est inter malitiam et virtutem, quemadmodum et ipsa arma : utraque autem opera flunt ab iis, qui ipsis utuntur : quemadmodum miles pro patria decertans, et fur contra habitatores domus armatus, iisdem utuntur armis : non enim armorum culpa est, sed eorum, qui illa ad malum utuntur. Id quod etiam in carne videre est, quæ hoc vel illud efficitur secundum animi sententiam, non secundum propriam naturam. Si enim alienam pulchritudinem curiosius intueatur, arma iniquitatis factus est oculus, non a propria operatione (oculi enim est videre, non male videre); sed a jubentis cogitationis nequitia : si vero illum refraxeris, tunc justitiæ telum erit. Sic de lingua dicendum, de manibus et de reliquis omnibus. Recte autem peccatum iniquitatem vocavit : peccator enim aut sibi aut proximo iniquus est; imo potius sibi ipsi, quam proximo. Postquam igitur a malitia abduxit, ad virtutem ducit his verbis : *Sed exhibete vos Deo, tamquam ex mortuis viventes.* Vide quomodo nudis verbis hortatur, illic peccatum dicens, hic Deum. Cum ostendisset enim, quantum esset inter regnantes discrimen, militem illum omni venia exclusit, qui, Deo relicto, sub regno peccati mereri concupivit. Non hinc tantum, sed etiam ex sequentibus hoc adstruit dicens : *Tamquam ex mortuis viventes.* His enim ostendit et peccati perniciem et domini Dei magnitudinem : Cogitate enim, inquit, et qui fueritis et qui facti sitis. Quinam ergo eratis? Mortui et perditii perniciem nullo modo emendabili : non erat enim qui opem ferre posset. Et quinam ex illis mortuis facti estis? Viventes vita immortalis. Et cujus opera? Per eum, qui omnia potest Deus. Ergo æquum est, ut sub illo militetis cum tanta animi alacritate, quanta par est eos, qui ex mortuis viventes facti sunt, *Et membra vestra arma justitiæ Deo.* Ergo non malum est corpus, siquidem arma justitiæ fieri possit. Arma autem dixit, ostendens bellum instare gravissimum. Quapropter armatura forti opus habemus, generosoque animo, rei militaris hujusce perito; præ omnibus autem duce. Verum dux ille semper adest, ad commilitium paratus, inexpugnabilis manens : et arma fortia apparavit nobis. Opus est demum proposito voluntatis, quo illa ut par est tractentur, ita ut duci pareat, et arma pro patria sumat. Postquam ergo ad magna illa hortatus est, et arma, pugnam et bella memoravit, vide quomodo militi rursus animos faciat, dicens : 14. *Peccatum enim vobis non ultra dominabitur; non enim estis sub lege, sed sub gratia.* Si ergo peccatum non ultra nobis dominaturum sit, cur tot tantaque præcipis, dicens : *Ne regnet peccatum in vestro mortali corpore;* et, *Ne exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato?* Quid ergo sibi vult dictum illud? Sermonem hic quasi semen spargit, quem deinceps explicaturus

est, et cum multo apparatu probaturus. Quis ergo est hic sermo? Corpus nostrum ante Christi adventum peccato captu facile erat. Nam post inductam mortem affectuum quasi examen inductum est : quapropter non valde expeditum erat ad virtutis cursum suscipiendum. Neque enim aderat Spiritus qui juvaret, neque baptismus, qui mortificare posset; sed velut effrenis equus currebat quidem, sed sæpe aberrabat, quandoquidem lex quæ agenda et quæ non agenda essent edicebat quidem, sed nihil præter verborum monita certantibus suppeditabat : postquam autem Christus advenit, certamina deinde faciliora fuerunt. Quapropter majora nobis proposita sunt certamina, utpote qui majori fulciremur auxilio. Idcirco dicebat Christus : *Nisi abundaverit justitia vestra plus quam scribarum et Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum (Matth. 5. 20).* Verum hoc quidem in sequentibus clarius explicat; interim vero hic illud paucis subindicat, ostendens, si nos ipsos non admodum dejecerimus, peccatum non non superatum esse. Neque enim tantum lex est quæ præcipiat, sed etiam gratia, quæ et præterita condonet, et ad futura muniat et confirmet. Etenim lex post labores coronas pollicebatur; gratia vero prius coronavit, ac deinde ad certamina traxit. Mihi autem videtur non tota hic fidelis viri vita subindicari, sed comparisonem fieri baptismi cum lege : id quod alibi quoque dicit : *Litera quidem occidit, Spiritus vero vivificat (2. Cor. 3. 6).* Lex enim prævaricationem arguit, gratia vero prævaricationem tollit. Ut igitur illa redarguens, peccatum constituit : ita gratia condonans non sinit esse sub peccato; ita ut duplici modo sis ab hac tyrannide liberatus, et quod sub lege non ultra sis, et quod gratia fruaris.

4. Postquam vero per hæc fecit, ut auditor respiraret, rursus illum roborat, ex objectione admonitionem inducens his verbis : 15. *Quid ergo peccabimus, quia non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit.* Primo negatione, quod valde absurdum sit illud, usus est : deinde in admonitionem sermonem convertit, ostendens admodum facilia esse certamina, ita loquens : 16. *Nescitis, quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus, cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obedientiæ ad justitiam?* Nondum gehennam dico, inquit, neque grande illud supplicium, sed præsentem turpitudinem, quando et servi estis, et sponte servi, et peccati servi; idque tali cum mercede, ut rursus moriamini. Si enim ante baptismum mortem intulit corpoream, vulnusque tanta medela opus habuit, ut Dominus omnium ad mortem descenderet, et sic malum tolleretur : post tantum donum, post acquisitam libertatem, peccatum te jam succumbentem invadens, quid non faciet? Ne itaque ad tantum barathrum accurras, neque ultro te prodas. In bellis enim sæpe milites inviti produntur : hic autem, nisi sponte transfugas, nemo te superabit. Postquam ex decore pudorem intulit, jam a præmiis

γ'. Οὐκοῦν μέσον τὸ σῶμα κακίης καὶ ἀρετῆς, καθάπερ οὖν καὶ τὰ ὅπλα· ἐκάτερα δὲ τὰ ἔργα παρὰ τὸν χρόνον γίνονται· ὡς περ ἂν εἰ καὶ στρατιώτης ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀγωνιζόμενος, καὶ ληστής κατὰ τῶν ἐνοικούντων ὅπλιζόμενος, τοῖς αὐτοῖς φράττειντο ὅπλοις· οὐ γὰρ τῆς παντευχίας τὸ ἔγκλημα, ἀλλὰ τῶν εἰς τὸ κακὸν χρωμένων. Ὁ δὴ καὶ ἐπὶ τῆς σαρκὸς ἐστὶν εἰπεῖν, τοῦτο κακίον γινόμενης παρὰ τὴν τῆς ψυχῆς γνώμην, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν. Ἄν μὲν γὰρ περιεργάσῃ κάλλος ἀλλότριον, ὅπλον ἀδικίας γέγονεν ὁ ὀφθαλμὸς, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν (ὀφθαλμοῦ γὰρ τὸ ὄραϊν, οὐ τὸ κακῶς ὄραϊν), ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ κελεύσαντος λογισμοῦ πονηρίαν· ἂν δὲ χαλινώσῃ αὐτὸν, δικαιοσύνης γέγονεν ὅπλον. Οὕτω καὶ ἐπὶ γλώττης, οὕτω καὶ ἐπὶ χειρῶν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων. Καλῶς δὲ τὴν ἁμαρτίαν ἀδικίαν ἐκάλεσεν· ἡ γὰρ ἑαυτὸν τις, ἡ τὸν πλησίον ἁμαρτάνων ἀδικεῖ, μᾶλλον δὲ ἑαυτὸν πρὸ τοῦ πλησίον. Ἐπαγαγὼν τοίνυν τῆς πονηρίας, ἄγει πρὸς τὴν ἀρετὴν, λέγων· Ἄλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας. Ὅρα πῶς ἀπὸ τῶν ὀνομάτων γυμνῶν προτρέπει, ἐκεῖ μὲν ἁμαρτίαν εἰπὼν, ἐνταῦθα δὲ τὸν Θεόν. Δείξας γὰρ ὅσον τὸ μέσον τῶν [534] βασιλευόντων, πάσης συγγνώμης τὸν στρατιώτην ἐξέβαλε, τὸν ἀφέντα μὲν τὸν Θεόν, ἐπιθυμήσαντα δὲ ὑπὸ τὴν τῆς ἁμαρτίας τάττεσθαι βασιλείαν. Οὐ ταύτη δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἐξῆς τοῦτο κατασκευάζει λέγων, Ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας. Διὰ γὰρ τούτων δείκνυσι κακίην τὴν λύμην, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δωρεᾶς τὸ μέγεθος. Ἐνοήσατε γὰρ, φησι, τίνας ἦτε, καὶ τί γεγόνατε. Τίνας οὖν ἦτε; Νεκροὶ καὶ ἀπολωλότες ἀπίλειαν οὐδαμῶθεν διορθωθῆναι δυναμένην· οὐδὲ γὰρ ἦν τις ὁ βοηθῆσαι δυνάμενος. Καὶ τίνας ἐξ ἐκείνων γεγόνατε τῶν νεκρῶν; Ζῶντες ζωὴν ἀθάνατον. Καὶ διὰ τίνας; Διὰ τοῦ πάντα δυναμένου Θεοῦ. Οὐκοῦν καὶ ὑπὸ τοῦτον τάττεσθαι δίκαιον μετὰ προθυμίας τοσαύτης, μεθ' ὅσης εἰκὸς τοὺς ἀπὸ νεκρῶν ζῶντας γενομένους. Καὶ τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ Θεῷ. Οὐκοῦν οὐ πονηρὸν τὸ σῶμα, εἰ γε ὅπλον δικαιοσύνης αὐτὸ γενέσθαι δυνατόν. Ὅπλον δὲ εἰπὼν, ἐδήλωσεν, ὅτι καὶ πόλεμος ἐφέστηκε χαλεπός. Διὸ καὶ παντευχίας ἡμῖν δεῖ ἰσχυρᾶς, καὶ γνώμης γενναίας, καὶ τὰ τῶν πολέμων τούτων ἐπισταμίαν καλῶς, καὶ πρὸς γὰρ πάντων στρατηγῶν. Ἄλλ' ὁ μὲν στρατηγὸς παρῆστικεν, αἰεὶ πρὸς συμμαχίαν ἔτοιμος ὢν, καὶ ἀχειρωτός μένων, καὶ τὰ ὅπλα δὲ ἰσχυρὰ κατεσκευάσεν ἡμῖν, δεῖ δὲ λοιπὸν προαιρέσεως τῆς εἰς θεόν αὐτὰ μεταχειριζομένης, ὥστε καὶ τῷ στρατηγῷ πειθεσθαι, καὶ τὸ ὅπλα ὑπὲρ τῆς πατρίδος τίθεσθαι. Παρακλειυσάμενος τοίνυν ἡμῖν οὕτω μεγάλα, καὶ ὅπλων καὶ μάχης καὶ πολέμων ἀναμνήσας, ὄρα πῶς πάλιν θαρρύνει τὸν στρατιώτην, καὶ ἀλείφει τὴν προθυμίαν, λέγων· Ἄμαρτία γὰρ ὑμῶν οὐκέτι κυριεύει· οὐ γὰρ ἔσθε ὑπὸ νόμον, ἀλλὰ ὑπὸ χάριν. Εἰ οὖν ἁμαρτία ἡμῶν οὐκέτι κυριεύει, τίνας ἔνεκεν τοσαῦτα παρεγγυᾶς, λέγων· Μὴ βασιλευτέω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι· καὶ, Μὴ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ; Τί οὖν ἐστὶ τὸ λεγόμενον; Σπερματικὸν τινα καταβάλλεται λόγον· ἐνταῦθα, ὃν ὕστερον ἀναπτύσσειν μέλλει, καὶ μετὰ πολλῆς ἐργάζεσθαι τῆς κατασκευῆς. Τίς οὖν ἐστὶν οὗτος; ὁ λόγος; Τὸ σῶμα ἡμῶν πρὸ μὲν τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας εὐχειρωτόν ἦν τῇ ἁμαρτίᾳ. Μετὰ γὰρ τὸν θάνατον καὶ πολὺς παθῶν ἐπεισιθιζεν

ἑσμός· διόπερ οὐδὲ σφόδρα κοῦφον ἦν πρὸς τὸν ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς δρόμον. Ὅτε γὰρ Πνεῦμα παρῆν τὸ βοηθοῦν, οὕτε βάπτισμα τὸ νεκρῶσαι δυνάμενον, ἀλλ' ὡς περ τις ἵππος δυσήνιος, ἔτρεχε μὲν, διημάρτανε δὲ πολλάκις, τοῦ νόμου τὰ πρακτέα καὶ τὰ μὴ τοιαῦτα διαγορευόντος μὲν, πλεόν δὲ οὐδὲν τῆς διὰ τῶν βημάτων παραινέσεως τοῖς ἀγωνιζομένοις εἰσφέροντος· ἐπειδὴ δὲ ὁ Χριστὸς παραγέγονε, τὰ παλαισματα λοιπὸν εὐκολώτερα γέγονε. Διὸ καὶ μείζονα ἡμῖν προετέθη τὰ σκάμματα, ἄτε μείζονος μετεσχηκόσι τῆς βοηθείας. Διὰ καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· Ἐν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ἄλλὰ τοῦτο μὲν ἐν τοῖς ἐξῆς σαφέστερον λέγει, τέως δὲ αὐτὸ αἰνίττεται διὰ βραχέων ἐνταῦθα, δεικνύς, ὅτι ἂν μὴ σφόδρα [535] ἑαυτοὺς ὑποκατακλινῶμεν, οὐ περιέσται ἡμῶν ἡ ἁμαρτία. Οὐ γὰρ ἐστὶ νόμος ὁ κελεύων μόνον, ἀλλὰ καὶ χάρις ἡ καὶ τὰ πρότερον ἀφείτα, καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ἀσφαλιζομένη. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ μετὰ τοὺς πόνους τοὺς στεφάνους ἐπήγγελο, αὐτὴ δὲ πρότερον ἔστεφάνωσε, καὶ τότε εἰς τοὺς ἀγῶνας εἰλκυσεν. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ οὐδὲ πάντα τὸν βίον τοῦ πιστοῦ ἐνταῦθα αἰνίττεσθαι, ἀλλὰ σύγκρισιν βαπτίσματος ποιῆσθαι καὶ τοῦ νόμου· ὅπερ καὶ ἀλλαχῶ φησιν, ὅτι Τὸ μὲν γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ. Ὁ μὲν γὰρ νόμος ἐλέγχει τὴν παράβασιν, ἡ δὲ χάρις λύει τὴν παράβασιν. Ὡς περ οὖν ἐκεῖνος ἐλέγχων συνίστησι τὴν ἁμαρτίαν, οὕτως αὐτὴ συγχωροῦσα οὐκ ἀρίστην εἶναι ὑπὸ ἁμαρτίαν· ὥστε διπλῆ τῆς τυραννίδος· εἰ ταύτης ἀπηλλαγμένος, τῷ τε μὴ ὑπὸ νόμον εἶναι, καὶ τῷ χάριτος ἀποκτείνεσθαι.

δ'. Ἐπειδὴ τοίνυν τούτοις ἀναπτύσσειν πεποίηκε τὸν ἀκροατὴν, ἀσφαλιζέται πάλιν αὐτὸν, ἐξ ἀντιθέσεως παραινέσιν εἰσάγων, καὶ λέγων οὕτω· Τί οὖν; ἁμαρτῆσομεν, ὅτι οὐκ ἐσμὲν ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν; Μὴ γένοιτο. Πρῶτον μὲν γὰρ τῇ ἀπαγορεύσει, διὰ τὸ σφόδρα ἀτοπον εἶναι τὸ λεγόμενον, κέχρηται· ἔπειτα δὲ καὶ εἰς παραινέσιν ἐξάγει τὸν λόγον, καὶ δείκνυσι πολλὴν οὖσαν τὴν εὐκολίαν τῶν ἀγῶνων, οὕτω λέγων· Οὐκ οἴδατε, ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοήν, δούλοι ἐσθε, ᾧ ὑπακούετε, ἦτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον, ἡ ὑπακοὴ εἰς δικαιοσύνην; Οὕτω λέγω τὴν γένεσιν, φησιν, οὐδὲ τὴν πολλὴν ἐκείνην κόλασιν, ἀλλὰ τὴν ἐνταῦθα αἰσχύνην, ὅταν δούλοι γίνησθε, καὶ ἐκόντες δούλοι, καὶ ἁμαρτίας δούλοι, καὶ ἐπὶ τοιοῦτῳ μισθῷ, ὥστε πάλιν ἀποθανεῖν. Εἰ γὰρ πρὸ τοῦ βαπτίσματος θάνατον εἰργάσατο σωματικόν, καὶ τοσαύτης ἐδεήθη τῆς θεραπείας τὸ ἔλκος, ὥστε τὸν Δεσπότην ἀπάντων εἰς θάνατον καταθεῖν, καὶ οὕτω λύσαι τὸ κακόν, μετὰ τῆς τοσαύτης δωρεᾶς, καὶ ἐλευθερίαν, λαμβάνουσά σε ἐκόντα αὐτὴ πάλιν ὑποκατακλινόμενον^b, τί οὐκ ἐργάσεται; Μὴ τοίνυν ἐπὶ τοσοῦτον δράμης βάραθρον, μηδὲ ἐκὼν σεαυτὸν προδῶς. Ἐπι μὲν γὰρ τῶν πολέμων καὶ ἔκοντες παραδίδονται πολλάκις οἱ στρατιῶται· ἐνταῦθα δὲ ἂν μὴ αὐτὸς αὐτομολήσῃς, οὐδεὶς σου περιέσται. Ἐντρέψας τοίνυν ἀπὸ τοῦ πρέποντος, φοβεῖ καὶ ἀπὸ τῶν ἐπάθλων, καὶ τίθησιν ἀμφοτέρων τὰ ἐπιχειρα, δικαιοσύνην καὶ θάνατον· θάνατον δὲ οὐ τοιοῦτον, ἀλλὰ πολλῷ χαλεπώτερον. Εἰ γὰρ οὐκέτι ἀποθανεῖται Χριστὸς, τίς λύσει τὸν θάνατον ἐκεῖνον; Οὐδεὶς. Οὐκοῦν ἀνάγκη διόλου κολάζεσθαι καὶ τιμωρεῖσθαι·

^a Al ii, σπερματικῶς τινα προκαταβάλλεται λόγον.

^b Sic mss. Ed'iti male, ὑποκατακρινόμενον.

γ'. Εἶδες πῶς ἐν τῷ παραδείγματι τὸν νόμον δείκνυσι τετελευτηκότα; Ἄλλ' οὐκ ἐν τῇ ἐπαγωγῇ τοῦτο ποιεῖ. "Ἄρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀνδρός, μοιχαλὶς χρηματίζει ἡ γυνὴ. "Ὅρα πῶς ἐνδιατρίβει ταῖς κατηγορίαις τῶν τὸν νόμον παραβαινόντων ζῶντα. Ἐπεὶ δὲ αὐτὸν ἔπαυσε, λοιπὸν μετὰ ἀσφαλείας ἀπάσης αὐτὸν χαρίζεται τῇ πίστει, οὐδὲν παραβλάπτων ἐντεῦθεν. Ζῶντος γάρ, φησὶ, τοῦ ἀνδρός, μοιχαλὶς χρηματίζει ἡ γυνὴ, ἐὰν γέννηται ἀνδρὶ ἐτέρῳ. Ὡστε, ἀδελφοί μου, καὶ ὑμεῖς. Ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν· Τοῦ νόμου τελευτήσαντος, οὐ κρίνεσθε μοιχείας, ἀνδρὶ γεγόμενοι ἐτέρῳ. Ἄλλ' οὐκ εἶπεν οὕτως, ἀλλὰ πῶς; Ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ. Εἰ νεκρὸν γεγόνατε, οὐκ ἐστὶ τὸν νόμον. Εἰ γὰρ τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρός οὐκ ἔστιν ὑπεύθυνος ἡ γυνὴ, πολλῶν μᾶλλον αὐτὴ τετελευτηκυῖα ἀπήλλακται τούτου. Εἶδες Παύλου σοφίαν, πῶς τὸν νόμον ἐδειξε τοῦτο βουλόμενον, τὸ ἀποστῆναι αὐτοῦ καὶ γενέσθαι ἀνδρὶ ἐτέρῳ; Οὐ γὰρ κωλύει, φησὶν, ἐτέρῳ συνεῖναι ἀνδρὶ, τελευτήσαντος τοῦ πρῶτου. Πῶς γὰρ, ὅπου γε καὶ ζῶντος ἐπιτρέπει βίβλιον ἀποστασίῳ λαθοῦσαν; Ἀλλὰ καὶ τοῦτο οὐ τίθησιν, ὅπερ ἐγκλήμα ἦν μᾶλλον τῶν γυναικῶν· εἰ γὰρ καὶ συγχωρήτο, ἀλλ' ὁμως οὐκ ἦν αἰτίας ἀπηλλαγμένον. "Ὅταν γὰρ ἀπὸ τῶν ἀναγκαίων καὶ δοκίμων ἔχη τὰ νικητήρια, οὐ ζητεῖ τὰ περιττά· οὐ γὰρ ἐστὶ γλίσχρος. Τὸ τοίνυν θαυμαστόν τοῦτο ἐστίν, ὅτι αὐτὸς ὁ νόμος ἀπαλλάττει τῶν ἐγκλημάτων ἡμᾶς ἀποστάντας αὐτοῦ· ὥστε αὐτοῦ βούλημα τὸ γενέσθαι ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς τέθνηκε, καὶ ἡμεῖς τεθνήκαμεν, καὶ διπλῆ τὰ τῆς ἐξουσίας ἀνήρηται. Ὁ δὲ οὐδὲ τούτοις ἀρκεῖται μόνοις, ἀλλὰ καὶ τὸν αἴτιον προστίθησιν· οὐδὲ γὰρ ἀπλῶς τέθεικε τὸν θάνατον, ἀλλὰ πάλιν τὸν ταῦτα ἐργασάμενον [546] τὸν σταυρὸν εἰσήγαγε, καὶ ταῦτη ποιῶν ἡμᾶς ὑπευθύνους. Οὐ γὰρ ἀπλῶς, Ἀπηλλάγητε, φησὶν, ἀλλὰ, Διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Θεοποικίου. Ἐθανατώθητε γὰρ, φησὶ, τῷ νόμῳ διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ.

Οὐκ ἐντεῦθεν δὲ προτρέπει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ὑπεροχῆς τοῦ δευτέρου ἀνδρός· διὰ καὶ ἐπήγαγεν· Εἰς τὸ γενέσθαι ὑμᾶς ἐτέρῳ, τῷ ἐκ νεκρῶν ἐγερθέντι. Εἶτα, ἵνα μὴ λέγωσι, Τί οὖν, ἂν μὴ βουλώμεθα δευτέρῳ ὀμιλῆσαι ἀνδρὶ; ὁ γὰρ νόμος τὴν χρεούασαν οὐ ποιεῖ μὲν εἶναι μοιχαλίδα δευτέρους ὀμιλήσαντα γάμοις, οὐ μὴ ἀναγκάζει ὀμιλῆσαι· ἴν' οὖν μὴ τοῦτο λέγωσι, δεῖκνυσιν ὅτι καὶ ἐκ τῶν ὑπηρεσθέντων ἦδη ἡμῖν βουλευθῆναι ἔδει· ὅπερ καὶ ἀλλαχοῦ σαφέστερον τίθησι, λέγων· Οὐκ ἐστὶ ἐαυτῶν· καὶ, Τιμῆς ἠγοράσθητε· καὶ, Μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων· καὶ πάλιν, Εἰς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μακρὴν ἔαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι. Τοῦτο γοῦν καὶ ἐνταῦθα ἠνέξατο εἰπὼν· Διὰ τοῦ σώματος. Εἶτα καὶ προτρέπει ταῖς κρείττοσιν ἐλπῖσι, λέγων· Ἴνα καρποφορήσωμεν τῷ Θεῷ. Τότε μὲν γὰρ ἔκαρποφορεῖτε τῷ θανάτῳ, φησὶ, νῦν δὲ τῷ Θεῷ. Ὅτε γὰρ ἤμεν ἐν τῇ σαρκί, τὰ πηθήματα τῶν ἁμαρτιῶν τὰ διὰ τοῦ νόμου ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν εἰς τὸ καρποφορήσαι τῷ θανάτῳ. Εἶδες τοῦ προτέρου ἀνδρός τὸ κέρδος; Καὶ οὐκ εἶπεν, Ὅτε ἤμεν ἐν τῷ νόμῳ, πανταχοῦ φειδόμενος δοῦναι αἰρετικοῖς λαθῆν· ἀλλ', Ὅτε ἤμεν ἐν τῇ σαρκί, τουτέστι, ταῖς πονηραῖς πράξεσι, τῷ σαρκίῳ βίῳ. Οὐ γὰρ τοῦτο φησὶν, ὅτι πρὸ τούτου μὲν ἐν σαρκὶ ἦσαν, νῦν δὲ ἀσώματα γεγόμενοι περιήσαν. Τοῦτο δὲ εἰπὼν, οὕτε αἴτιον εἶναι φησὶν ἁμαρτημάτων τὸν νόμον, οὕτε ἀπαλλάττει αὐτὸν ἀπεχθείας· κατηγοροῦ γὰρ τάξιν ἐπέειχε πικροῦ, ἀπογυμνῶν τὰ ἁμαρτήματα· ὁ γὰρ τῷ μηδὲν πειθεσθαι βουλομένῳ πλεονα ἐπιτάττων, πλεονάζει τὸ παράπτωμα. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε, Τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν τὰ ὑπὸ τοῦ νόμου γινόμενα, ἀλλὰ, Τὰ διὰ τοῦ νόμου, καὶ οὐ προσέθηκε, Γινόμενα, ἀλλ' ἀπλῶς, Διὰ τοῦ νόμου, τουτέστι, τὰ διὰ τοῦ νόμου φαινόμενα ἢ γνωρίζόμενα. Εἶτα, ἵνα μηδὲ τῆς σαρκὸς κατηγορήσῃ, οὐκ εἶπεν, Ἄ ἐνήργει τὰ μέλη, ἀλλ' ἃ Ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν· δεικνύς ἐτέρωθεν οὖσαν τῆς πονηρίας τὴν ἀρχὴν, ἀπὸ τῶν ἐνεργούντων λογισμῶν, οὐκ ἀπὸ τῶν ἐνεργουμένων μελῶν. Ἢ μὲν γὰρ ψυχὴ τεχνίτου τάξιν ἐπέειχε, κιθάρας δὲ τῆς σαρκὸς ἢ φύσις, οὕτως ἡχοῦσα, ὡς ἠνάγκαζεν ὁ τεχνίτης. Οὐκοῦν οὐ ταῦτη τὸ ἀπὸ τῆς μέλους, ἀλλ' ἐκεῖνη πρὸ ταῦτης λογιστέον ἡμῖν. Νῦν δὲ, φησὶ, κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου. Ὅρα πῶς πάλιν ἐνταῦθα τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ νόμου φεῖδεται; Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι Κατηργήθη ὁ νόμος, οὐδ' ὅτι Κατηργήθη ἡ σὰρξ, ἀλλ' ὅτι Κατηργήθημεν ἡμεῖς. Καὶ πῶς ἡμεῖς κατηργήθημεν; Τοῦ κατεχομένου παρὰ τῆς ἁμαρτίας ἀνθρώπου παλαιοῦ ἀποθανόντος καὶ ταφέντος· τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν ἐπιπῶν· Ἀποθανόντες ἐν ᾧ κατεχόμεθα. Ὡσανεὶ ἔλεγεν, Ὁ δεσμός, δι' οὗ κατεχόμεθα, ἐνεκρώθη καὶ διεβρῦθη, ὥστε τὸν κατέχοντα μηδὲν κατέχειν λοιπὸν, τουτέστι, τὴν ἁμαρτίαν. Ἀλλὰ μὴ ἀναπέσης [547] μηδὲ βῆθρομότερος γένῃ· κατηργήθη γὰρ ὥστε δουλεύειν πάλιν, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως, ἀλλ' Ὡστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος. Τί δὲ ἐστίν, ὁ φησὶν; ἀναγκαῖον γὰρ αὐτὸ ἦδη ἐκκαλύψαι, ἴν', ὅταν εἰς τὸ χωρίον ἐμπέσωμεν, μὴ θορυβώμεθα. Ὅτε γὰρ, φησὶν, ἡμαρτεν ὁ Ἀδάμ, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ γέγονε θνητὸν καὶ παθητὸν, καὶ πολλὰ ἐλαττώματα ἐδέξατο φυσικὰ, καὶ βαρύτερος καὶ δυσήμιος ὁ ἵππος κατέστη·

^a Quidam, γενομένην, non male.

^b In uno codice pro βουληθῆναι, correctum legitur δουλοῦσθαι.

data est; mortuis vero non item. Viden' quomodo autem duplicem libertatem declaravit? Deinde postquam hæc in procemio subindicavit, ad mulierem in argumento sermonem convertit, dicens: 2. *Nam quæ sub viro est mulier, viventi viro alligata est per legem: si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est a lege viri.* 3. *Ergo vivente viro, adultera vocatur, si juncta fuerit alteri viro: si autem mortuus fuerit vir ejus, libera est a lege, ut non sit adultera, si se junxerit alteri viro.* Frequenter hoc ipsum versat et cum multa acuratione, quia admodum confidit suæ argumentationi. Atque in viri ordine ponit legem, in ordine autem mulieris eos omnes, qui crediderunt. Deinde conclusionem adducit non secundum propositionem; continenter enim dicendum erat: Itaque, fratres mei, non dominabitur vobis lex; mortua enim est. Verum non ita dixit, atque id in propositione subindicavit; sed in inductione demum, ut non onerosum sermonem faceret, uxorem inducit mortuam, dicens: *Itaque, fratres, et vos mortui estis legi.* Cum enim et hoc et illud factum eandem afferret libertatem, quid prohibebat, quominus legi gratificaretur, cum res ipsa nihil læderetur? *Nam quæ sub viro est mulier, viventi viro alligata est lege.* Ubi sunt nunc illi, qui legem calumniantur? Audiant illi, quomodo Paulus in necessitatem lapsus, ejus dignitatem non tollat, sed de potestate ipsius magna loquatur: si illa vivente, alligatur Judæus, et adulteri appellantur ii, qui illam transgrediuntur et relinquunt: sin autem mortuam dimisit, nihil mirum: nam apud homines non improbat qui hoc facit. *Si vero mortuus fuerit vir, liberata est a lege viri.*

3. Viden' ut in exemplo legem ostendat mortuam? Sed id non facit in inductione. *Ergo vivente viro, adultera appellatur mulier.* Vide, quomodo immoratur in accusatione eorum, qui viventem legem transgrediuntur. Cum autem illam abrogavit, cum securitate omni illam fidei gratificatur, nihil inde læsionis afferens. *Vivente enim viro, inquit, adultera appellabitur mulier, si fuerit cum altero viro.* 4. *Itaque, fratres mei, et vos.* Consequens erat dicere, *Lege mortua, adulterii non damnamini, si cum altero viro fueritis: verum non ita dixit, sed quomodo? Mortui estis legi.* Si mortui estis, non estis sub lege. Si enim mortuo viro non est obnoxia mulier, multo magis illa mortua ab illo liberata est. Viden' Pauli sapientiam, quomodo ostenderit hoc legem ipsam velle, ut a se deficiatur, et cum altero viro jungi sit facultas? Non enim prohibet, inquit, cum altero viro jungi, priore mortuo. Quomodo enim prohiberet, cum etiam illo vivente permittat libellum repudiî accipere? Verum hoc non adjecit, quod potius mulierum tunc crimen erat; etiamsi enim permitteretur, attamen non culpa vacabat. Cum enim a necessariis et probatis rebus victoriam referat, supervacanea non quærit: neque enim est ita tenax. Hoc itaque mirum est, quod ipsa lex nos, ab ipsa deficientes, a culpa liberat; ita ut ipsa velit, ut nos Christi efficiamur. Et enim ipsa mortua est, et nos quoque mortui sumus, ac dupliciter sublata potestas est. Neque his conten-

tus ille est, sed et causam addit: neque enim simpliciter mortem posuit, sed rursus crucem hæc operantem induxit, hæc ratione nos obnoxios reddens. Non enim simpliciter inquit, Liberati estis, sed, *Per mortem Domini.* Mortificati enim estis legi, inquit, per corpus Christi. Neque hinc tantum hortatur, sed etiam a secundi viri excellentia: ideo subjungit: *Ut sitis vos alterius, qui ex mortuis resurrexit.* Deinde ne dicant, Qui ergo, si nolumus cum altero viro copulari? lex enim viduam quæ conjugium iterat, adulteram non facit, nec tamen iterare cogit: ne igitur hoc dicant, ostendit ex iis, quæ accepimus, nos id velle oportere: quod alibi clarius effert, dicens, *Non estis juris vestri;* et, *Pretio empti estis* (1. Cor. 6. 19. 20); et, *Nolite fieri servi hominum* (Ibid. 7. 23); et rursus, *Unus pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est* (2. Cor. 5. 15). Hoc ergo hic quoque subindicavit dicens, *Per corpus.* Deinde per meliorem spem hortatur, dicens: *Ut fructificemus Deo. Tunc enim fructificabatis mortui, inquit, nunc autem Deo.* 5. *Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris ad fructificandum mortui.* Vidistin' prioris viri lucrum? Non dixit, *Cum essemus in lege, semper cavens ne ansam det hæreticis;* sed, *Cum essemus in carne;* id est, in malis operibus, in carnali vita. Non enim hoc dicit, quod prius in carne fuerint, nunc vero incorporci circumveant. Hoc dicens, non legem peccatorum esse causam dicit, neque tamen illam ab odio liberat: acerbi enim accusatoris ordinem tenet, peccata revelans. Nam si quis ei, qui in nullo vult parere, mandata multiplicet, is auget delictum. Ideo non dixit, *Passiones peccatorum, quæ sub lege facta sunt;* sed, *Quæ per legem;* neque adjecit, *Facta sunt;* sed simpliciter, *Per legem,* id est, per legem apparuerunt aut declarata sunt. Deinde, ut ne carnem acceusaret, non dixit, *Quæ membra faciebant, sed, Quæ operabantur in membris nostris;* ostendens aliunde profectum esse malitiæ principium, a cogitationibus operantibus, non a membris agitatis. Anima quippe artificis ordinem tenebat; carnis vero natura citharæ, cogente artifice sonantis. Si quid ergo absonum emittat, id non illi, sed artifice imputandum est. 6. *Nunc autem, inquit, soluti sumus a lege.* Viden' quomodo hic quoque et carni parcat et legi? Non enim dixit, *Soluta est lex, nec, Soluta est caro;* sed, *Nos soluti sumus.* Et quomodo soluti sumus? Veteri homine, qui a peccato detinebatur, mortuo atque sepulto: hoc enim significat his verbis: *Mortui ei, in quo detinebamur.* Ac si diceret: *Vinculum quo detinebamur, mortuum et dissolutum est, ita ut nihil jam detineat, nempe peccatum.* Verum ne concidas, neque signior evadas: solutus namque es, ut iterum servias, non eodem tamen modo; sed, *Ut serviamus in novitate spiritus et non in vetustate literæ.* Quid autem sibi vult? necesse est enim illud aperire, ut ne, cum in locum inciderimus, turbemur. Cum peccavit Adam, inquit, corpusque ejus factum est mortale atque passibile, multaque

naturalia damna accepit, equus molestior et effrenis factus est : at Christus veniens, per baptismum leviorum illum nobis reddidit, ala Spiritus illum excitans.

4. *Christianæ vitæ perfectio.* — Ideo non eadem nobis et priscis illis stadia sunt, quandoquidem non ita facilis tunc cursus erat. Ideoque ille non modo postulat, ut a cædibus puri simus, ut illis præceptum erat, sed etiam ab ira; neque ab adulterio tantum, sed etiam ab impudico aspectu abstinere jubet; neque ut a perjurio solum absteineamus præcipit, sed etiam a juramento; et inimicos perinde atque amicos diligere jubet: atque in cæteris omnibus longiora fecit stadia. Si non pareamus, gehennam comminatus est: ostendens hæc non requiri quasi ex ardentiore certantium æmulatione, ut virginitas et voluntaria paupertas, sed omnino exigi: nam necessaria prorsus esse; ita ut qui non faciat, extremas det pœnas. Ideo dicebat: *Nisi abundaverit justitia vestra plus quam scribarum et Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum (Matth. 5. 20).* Qui vero regnum illud non videt, in gehennam omnino incidet. Ideo Paulus dicebat: *Peccatum enim vobis non dominatur: non enim estis sub lege, sed sub gratia;* et hic iterum: *Ut serviamus in novitate spiritus, non in vetustate literæ.* Non enim est litera damnans, id est, lex vetus, sed spiritus adjuvans. Ideo apud priscos illos, si quis virginitatem coleret, res mira prorsus erat; nunc autem ubique terrarum sparsa res est: tunc pauci viri mortem spernebant; nunc in vicis et in uribus martyrum cœtus innumeri, non virorum tantum, sed etiam mulierum. Deinde postquam hæc dixerat, objectionem rursus emergentem solvit, in solutione id quod vult probans: quapropter solutionem non statim inducit, sed per contradictionem, ut ex solutionis necessitate occasionem optata dicendi arripiat, minusque onerosam accusationem inducat. Quia enim dixit, *In novitate spiritus, non in vetustate literæ,* subjungit: 7. *Quid ergo dicemus? lex peccatum est? Absit.* Etenim prius dixerat, *Passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris;* et, *Peccatum vobis non dominabitur: non enim estis sub lege, sed sub gratia;* et, *Cujus non est lex, neque transgressio est;* et, *Lex autem subintravit, ut abundaret delictum;* et, *Lex iram operatur.* Quia igitur hæc omnia legem calumniari videbantur, quasi hanc suspicionem corrigens, objectionem ponit et ait: *Quid ergo? lex peccatum est? Absit.* Antequam ad probationem veniat, id respicit, ut auditorem sibi conciliet, et offensum curet. Nam cum audisset, ac de affectu ipsius certior factus esset, cum illo quærit quid dubii inesset, nec suspectum habet dicentem: quapropter objectionem illam prius attulit. Neque enim dixit, *Quid ergo dixerim?* sed, *Quid dicemus?* ac si in consilio et in cœtu Ecclesiæ rem ageret, et quasi obiectio illa, non abs se, sed a dictorum serie, et a rerum veritate prodiret. Quod enim litera occidat, et quod spiritus vivificet, et hoc nemo negabit, inquit; clarum est, nemoque contradixerit. Si ergo hæc in confesso sunt, quid dicemus de lege? an quod sit

peccatum? Absit. Solve igitur difficultatem. Videntur ut secum adversarium statuatur, et assumpta doctoris dignitate, ad solutionem veniat? Quæ est illa solutio? Peccatum certe non est, inquit. *Peccatum autem non cognovissem, nisi per legem.* Vide sapientiam grandem. Id quod lex non est, ex objectionem ponit, ut hoc sublato, et hoc in Judæi gratiam, persuadeat illi, quod minus est admittere. Quid vero est illud minus? Quod *Peccatum non cognovissem, nisi per legem. Et concupiscentiam,* inquit, *non cognovissem, nisi lex dixisset, Non concupisces.* Vides quomodo paulatim non modo legem accusare peccatum dicat, sed etiam illud sensim introducere? non tamen culpa sua, sed ex ingrato Judæorum animo id evenire demonstrat. Etenim Manichæorum etiam ora obturare conatus est, qui legem incusabant. Cum dixisset enim, *Peccatum non cognovissem, nisi per legem; et concupiscentiam nescivissem, nisi lex diceret, Non concupisces,* adjecit: 8. *Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam.*

5. Videntur quomodo legem a criminationibus liberet? *Occasione accepta,* inquit, peccatum, non lex, auxit concupiscentiam, et contra evenit, quam lex optaret: id quod infirmitatis erat, non malitiæ. Cum enim aliquid concupisimus et prohibemur, magis attollitur cupiditatis flamma; verum non per legem; illa namque prohibuit, ut te abduceret; sed peccatum, id est, segnitias tua et mala voluntas, bono in contrarium usa est. At non culpa hoc medici, sed ægroti, qui pharmaco male usus est. Non enim ideo legem dedit, ut concupiscentiam accenderet, sed ut exstingueret; contrarium autem evenit; at non ipsius, sed nostra culpa. Si quis enim febricitanti et potum frigidum intempestive cupienti, non potestatem bibendi faceret, et sic perniciosam cupiditatem augeret, non ideo posset jure reprehendi: medici quippe erat prohibere, ægri vero abstinere. Quid enim, si peccatum occasionem ab ipsa lege acceperit? Plerique enim improbi a bonis præceptis iniquitatem suam augent: siquidem et diabolus Judam ita perdidit, in amore pecuniæ conjiciens, furemque rerum pauperibus destinatarum esse suadens: non enim conceditum ipsi marsupium id effecit, sed animi nequitia. Et Eva item Adamum ad comedendum de ligno impulit, atque ex paradiso eiecit: at non in causa fuit lignum, etsi ab ipso occasio fuerit. Quod si vehementius de lege loquatur, ne mireris: ad illud enim quod urget Paulus consistit, non permittens ut vel iis, qui aliter suspicantur, hæc dicta occasionem præbeant, multo autem studio curans rem præsentem corrigere. Ne igitur hæc dicta nuda examines, sed adde causam, ob quam ita loquitur, ac Judaicam insaniam considera, perpetuamque illorum contentionem, quam evertere studebat. Videtur autem multum contra legem spirare, non ut illam calumniatur, sed ut illorum contentionem solvat. Si enim crimen est legis, quod propter illam peccatum occasionem sumat, invenietur id etiam in Novo Testamento. In illo quippe leges sunt innumeræ de multis majoribusque rebus; et id ipsum

ἀλλ' ὁ Χριστὸς ἐλθὼν, διὰ τοῦ βαπτίσματος κουφότερον ἡμῖν αὐτὸ ἐποίησεν τῷ περὶ διεισεύρων τοῦ Πνεύματος.

δ'. Διὰ δὲ τοῦτο οὐδὲ τὰ αὐτὰ κείται τοῖς παλαιοῖς· καὶ ἡμῖν σκάμματα, ἐπειδὴ οὐδὲ οὕτω τότε εὐκολοὶ ὁ δρόμος ἦν. Διὸ καὶ αὐτὸς οὐχὶ φόνων ἀπατεῖ καθαροὺς εἶναι μόνον, ὡσπερ τοὺς ἀρχαίους, ἀλλὰ καὶ ὀργῆς· οὐδὲ μοιχείας, ἀλλὰ καὶ ἀκολάστου ὄψεως ἀπ' ἀλλάχθαι κελεύει· οὐδὲ ἐπιτοκίας, ἀλλὰ καὶ εὐτοκίας ἐκτὸς εἶναι, καὶ μετὰ τῶν φίλων καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾶν ἐπιτάττει· καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δὲ ἅπασιν μακροτέρους ἐποίησε τοὺς διαούλους, κἄν μὴ πεσιώμεθα, καὶ γέενναν ἠπέλιψε, δεικνύς ὅτι οὐ τῆς φιλοτιμίας τῶν ἀγωνιζομένων τὰ ζητούμενα, ὡσπερ ἡ παρθενία καὶ ἡ ἀκτιμωσύνη, ἀλλὰ πάντως αὐτὰ ἀνυσθηναὶ δεῖ. Καὶ γὰρ τῶν ἀναγκαίων ἐστὶ καὶ καταπειγόντων, καὶ ὁ μὴ ποιήσας τὴν ἐσχάτην δίδωσι δίκην. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν· *Ἐὰν μὴ περισσέυση ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εισέληθε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Ὁ δὲ τὴν βασιλείαν οὐχ ὀρών, εἰς γέενναν πεσεῖται πάντως. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν· *Ἀμαρτία γὰρ ὑμῶν οὐ κυριεύσει· οὐ γὰρ ἐστε ὑπὸ νόμου, ἀλλ' ὑπὸ χάριτος· καὶ ἐνταῦθα πάλιν· Ὡστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος.* Οὐ γὰρ ἐστὶ γράμμα καταδικάζον, τουτέστιν, ὁ νόμος ὁ παλαιός, ἀλλὰ πνεῦμα βοηθῶν. Διὰ τοῦτο ἐπὶ μὲν τῶν παλαιῶν εἴ ποῦ τις ἐφάνη παρθενία ἀσκήν, σφόδρα ἐκπληκτον ἦν· νῦν δὲ περὶ παραταχῶ τῆς οἰκουμένης τὸ πρᾶγμα ἔσπαρται· καὶ θανάτου τότε μὲν ὄλιγοὶ μόλις ὑπερείδον ἄνδρες, νῦν δὲ καὶ ἐν κώμαις καὶ πόλεσι δῆμοι μαρτύρων ἀπειροί, οὐκ ἐξ ἀνδρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ γυναικῶν συνεστηκότες. Εἶτα ἐπειδὴ ταῦτα εἶπεν, ἀντίθεσιν πάλιν ἀνακύπτουσαν λύσι, ἐν τῇ λύσει κατασκευάζων ὁ βούλεται. Διὸ περ οὐδὲ προηγουμένως εἰσαγάγει τὴν λύσιν, ἀλλ' ἐξ ἀντιλογίας, ἵνα τῇ ἀνάγκῃ τῆς λύσεως ἀφορμὴν εἰς τὸ εἰπεῖν ὁ βούλεται λάβῃ, καὶ ἀνεπαχθέστερον ποιήσῃ τὴν κατηγορίαν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, *Ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος, ἐπήγαγε· Τί οὖν ἐροῦμεν; ὁ νόμος ἀμαρτία; Μὴ γένοιτο.* Καὶ γὰρ πρὸ τούτου ἦν εἰρηκῶς, ὅτι *τῆ καθήματα τῶν ἀμαρτιῶν τὰ διὰ τοῦ νόμου ἐτηρεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν*· καὶ, *Ἀμαρτία ὑμῶν οὐ κυριεύσει· οὐ γὰρ ἐστε ὑπὸ νόμου, ἀλλ' ὑπὸ χάριτος*· καὶ ὅτι, *Οὐ γὰρ οὐκ ἐστέ νόμος, οὐδὲ παράθεστος*· καὶ, *Νόμος δὲ παρεσιήληθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα*· καὶ, *Ὁ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται.* Ἐπεὶ οὖν ταῦτα πάντα ἐδόκει διαβολὴν φέρειν τῷ νόμῳ, ὡς διορθούμενος τὴν ἐκ τούτων ὑπόνοιαν, τίθησι καὶ ἀντίθεσιν, καὶ [548] φησὶ· *Τί οὖν; ὁ νόμος ἀμαρτία; Μὴ γένοιτο.* Πρὸ τῆς κατασκευῆς ἀπηγόρευσε, τὸν ἀκροατὴν οἰκειόμενος, καὶ τὸν σκανδαλιζόμενον θεραπεύων. Λοιπὸν γὰρ ἀκούσας, καὶ περὶ τῆς διαθέσεως αὐτοῦ πληροφορηθεὶς, ζητεῖ μετ' αὐτοῦ τὸ δοκῶν εἶναι ἔσπορον, καὶ οὐχ ὑποπτεῖται τὸν λέγοντα· διὸ καὶ τὴν ἀντίθεσιν προλαβὼν ἐκείνην ἐθέθεικεν. Οὐδὲ γὰρ εἶπε, *Τί οὖν εἶπομι ἄν; ἀλλὰ, Τί ἐροῦμεν;* καὶ βουλήσας καὶ γνώμης προκειμένης, καὶ Ἐκκλησίας κοινῆς συγκεροτημένης, καὶ οὐ παρ' αὐτοῦ, ἀλλὰ παρὰ τῆς τῶν εἰρημένων ἀκολουθίας καὶ τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας τῆς ἀντιθέσεως φανεῖται. Ὅτι μὲν γὰρ τὸ γράμμα ἀποκτείνει, οὐδεὶς ἀντερεῖ, φησὶ· καὶ ὅτι τὸ πνεῦμα ζωοποιεῖ, καὶ τοῦτο δηλον, καὶ οὐδεὶς ἂν φιλονεικήσειεν. Εἰ τοίνυν ταῦτα ὠμολογημένα, τί ἂν εἶπομεν περὶ τοῦ νόμου; ὅτι ἀμαρτία; Μὴ γένοιτο. Αὖσον

οὖν τὴν ἀπορίαν. Εἶδες πῶς μετ' αὐτοῦ τὸν ἀντιδικὸν Ἰσθησι, καὶ τὸ τοῦ διδάσκοντος ἀξίωμα λαβῶν, ἐπὶ τὴν λύσιν ἔρχεται; Τίς οὖν ἡ λύσις; Ἀμαρτία μὲν οὐκ ἐστὶ, φησὶν. *Ἀμαρτίαν δὲ οὐκ ἂν ἔγνω, εἰ μὴ διὰ νόμου.* Ὅρα σοφίας ἐπίτασιν. Ὅπερ οὐκ ἐστὶν ὁ νόμος, ἐξ ἀντιθέσεως τέθεικεν, ἵνα ἀναιρῶν τοῦτο, καὶ ταύτην χαριζόμενος τῷ Ἰουδαίῳ, πεσητὸν ἐλαττον αὐτὸν καταδέξασθαι. Τί δὲ ἐστὶ τὸ ἐλαττον; Ὅτι *τὴν ἀμαρτίαν οὐκ ἔγνω, εἰ μὴ διὰ νόμου. Τὴν τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ἤδειν*, φησὶν, *εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν. Οὐκ ἐπιθυμήσεις.* Ὅρῃς πῶς κατὰ μικρὸν οὐχὶ μόνον κατήγορον αὐτὸν ὄντα δείκνυσι τῆς ἀμαρτίας, ἀλλὰ καὶ ἡρέμα κατασκευαστικόν; οὐ μὴν παρὰ τὴν αἰτίαν τὴν αὐτοῦ, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν ἀγνωμόνων Ἰουδαίων ἀποφαίνει τοῦτο συμβαῖνον. Καὶ γὰρ καὶ Μανιχαῖων ἐσπούδακεν ἐμφράξει τὰ στόματα τῶν κατηγορούντων τοῦ νόμου. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι *τὴν ἀμαρτίαν οὐκ ἔγνω, εἰ μὴ διὰ νόμου, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ἤδειν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν· Οὐκ ἐπιθυμήσεις, ἐπήγαγεν· Ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἡ ἀμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς, κατεργάσατο ἐν ἐμοὶ πᾶσιν ἐπιθυμίαν.*

ε'. Εἶδες πῶς αὐτὸν ἀπῆλλαξεν ἐγκλημάτων; Ἀφορμὴν γὰρ λαβοῦσα, φησὶν, ἡ ἀμαρτία, οὐκ ὁ νόμος, ἠθέησε τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τούναντίον οὐ περ ἐβούλετο ὁ νόμος, γέγονεν· ὅπερ ἀσθενείας ἦν, οὐ πονηρίας. Ὅταν γὰρ τινος ἐπιθυμῶμεν, εἶτα κωλυόμεθα, ἀφεται μᾶλλον τῆς ἐπιθυμίας ἡ φλόξ. Ἄλλ' οὐ παρὰ τὸν νόμον τοῦτο· αὐτὸς μὲν γὰρ ἐκώλυσε ὥστε ἀπαγαγεῖν· ἡ δὲ ἀμαρτία, τουτέστιν, ἡ ῥαθυμία ἢ ἡ σῆ καὶ ἡ γνώμη ἢ πονηρὰ, τῷ καλῷ πρὸς τὸ ἐναντίον ἐχρήσατο. Ἄλλ' οὐ τοῦ ἱατροῦ τοῦτο ἐγκλημα, ἀλλὰ τοῦ ἀρρώστούτοντος τῷ φαρμάκῳ κακῶς χρησαμένου. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἔδωκε τὸν νόμον, ἵνα ἀνάψῃ τὴν ἐπιθυμίαν, ἀλλ' ἵνα σέση· τούναντίον δὲ ἐξέβη· ἀλλ' οὐκ ἐκείνου, ἀλλ' ἡμῶν ἡ κατηγορία. Οὐδὲ γὰρ, εἰ τις τῷ πυρέττοντι, καὶ ψυχροποσίας ἀκαίρωσ ἐπιθυμοῦντι, μὴ παρασχῶν ἐμφορηθῆναι, τῆς ὀλεθρίας ταύτης ἡδονῆς αὐξήσειε τὴν ἐπιθυμίαν, ἐγκαλοῖτο ἂν δικαίως· τοῦ γὰρ ἱατροῦ τὸ κωλύσαι ἦν μόνον, τὸ δὲ ἀποσχέσθαι τοῦ κάμνοντος. Τί γὰρ, εἰ ἡ ἀμαρτία [549] τὴν ἀφορμὴν ἐξ αὐτοῦ ἔλαβε; Πολλοὶ γὰρ καὶ τῶν πονηρῶν ἐξ ἀγαθῶν ἐπιτοκισμάτων τὴν αὐτῶν πονηρίαν ἀξούσιν· ἐπεὶ καὶ ὁ διάβολος οὕτω τὸν Ἰούδαν ἀπώλεσε, εἰς φιλοχρηματίαν ἐμβαλὼν, καὶ κλέπτειν τὰ τῶν πενήτων ποιήσας· ἀλλ' οὐ τὸ πιστευθῆναι τὸ γλωσσόκομον αὐτὸν τοῦτο εἰργάσατο, ἀλλ' ἡ τῆς γνώμης πονηρία. Καὶ ἡ Εὐα δὲ τὸν Ἀδὰμ ἀπὸ τοῦ ξύλου παρασκευάσασα φαγεῖν, ἐξέβαλεν εἰ καὶ τοῦ παραδείσου· ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖ τὸ δένδρον αἴτιον, εἰ καὶ δι' αὐτοῦ ἡ ἀφορμὴ γέγονεν. Εἰ δὲ σφοδρότερον κέρχεται τῷ λόγῳ τῷ περὶ τοῦ νόμου, μὴ θαυμάσης· πρὸς γὰρ τὸ κατεπεῖγον ὁ Παῦλος Ἰσταται, οὐκ ἀφελὲς μὲν οὐδὲ τοῖς ἄλλως ὑποπτεῖται τὰ λεγόμενα λαθῆν παρασχῆν, πολλὴν δὲ σπουδὴν ποιούμενος τὴν παρὸν διορθῶσαι. Μὴ τοίνυν γυμνὰ ἐξέταξε τὰ ἐνεῦθεν λεγόμενα, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑπόθεσιν προστίθει, δι' ἣν ταῦτα εἰπεῖν προάγεται, καὶ τὴν μανίαν λογίζου τὴν Ἰουδαϊκὴν, καὶ τὴν εὐτονον αὐτῶν φιλονεικίαν, ἣν καταλύσαι ἔσπευθε. Δοκεῖ δὲ πολὺς κατὰ τοῦ νόμου πνεῖν, οὐκ ἵνα ἐκείνον διαβάλλῃ, ἀλλ' ἵνα τούτων ἐκλύσῃ τὸν τόνον. Εἰ γὰρ ἐγκλημα τοῦ νόμου, τὸ δι' αὐτοῦ τὴν ἀμαρτίαν ἀφορμὴν λαβεῖν, εὐρεθῆσεται καὶ ἐν τῇ Καινῇ τοῦτο συμβαῖνον. Καὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ Καινῇ νόμοι μυριοί, καὶ περὶ πολλῶν μετιζόντων πραγμάτων· καὶ τὸ αὐτὸ ἴδιοι τις ἂν ἐκβαῖνον

κάκει, οὐκ ἐπὶ τῆς ἐπιθυμίας μόνον, ἀλλ' ἐπὶ πάσης ἀπλῶς κακίας. *Εἰ γὰρ μὴ ἤλθοι, φησί, καὶ ἐδάλησα αὐτοῖς, ἀμαρτίαν οὐκ εἶχον.* Οὐκοῦν ἐντεῦθεν ἡ ἀμαρτία τὴν ὑπόθεσιν ἔλαβε, καὶ ἡ μεζύων κόλασις. Καὶ πάλιν περὶ τῆς χάριτος Παῦλος διαλεγόμενος, φησί· *Πόσω δοκεῖτε χεῖρονος ἀξιωθῆσθαι τιμωρίας ὁ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας;* Οὐκοῦν καὶ ἡ χεῖρων τιμωρία τὴν ἀφορμὴν ἐντεῦθεν ἔχει ἀπὸ τῆς μεζύωνος εὐεργεσίας. Καὶ τοὺς· *Ἕλληνας δὲ φησι διὰ τοῦτο ἀναπολογητοῦς εἶναι, ὅτι καὶ λόγῳ τιμηθέντες, καὶ τῆς κτίσεως τὸ κάλλος καταμαθόντες, καὶ ἀπ' αὐτῆς δυνάμενοι πρὸς τὸν Δημιουργὸν χειραγωγηθῆναι, τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ οὐκ εἰς δέον ἐχρήσαντο.* Ὅρα πανταχοῦ τοῖς πονηρῶς τὰς ἀφορμὰς τοῦ μειζόνως κολάζεσθαι ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν γινομένης πραγμάτων. Ἄλλ' οὐ δῆπου διὰ τοῦτο κατηγορήσομεν τὸν εὐεργεσιῶν τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ ταύτας μὲν θαυμασόμεθα μειζρόνως καὶ μετὰ ταῦτα, τὴν δὲ γνώμην τῶν εἰς τάναντία τοῖς ἀγαθοῖς κεχρημένων διαβαλοῦμεν. Τοῦτο τοῖνον καὶ ἐπὶ τοῦ νόμου ποιῶμεν. Ἄλλὰ τοῦτο μὲν βῆδρον καὶ εὐκόλον· τὸ δὲ ἄπορον ἐκεῖνό ἐστι. Πῶς φησι, *Τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ἤδεν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν· Οὐκ ἐπιθυμήσεις;* Εἰ γὰρ οὐκ ἤδει τὴν ἐπιθυμίαν πρὶν ἢ λάβῃ τὸν νόμον ὁ ἄνθρωπος, πόθεν ὁ κατακλυσμός γέγονεν; πόθεν τὰ Σόδομα ἐνεπλήρθη; Τί οὖν φησι; Τὴν ἐπιτεταμένην. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε, Κατεργάστω ἐν ἐμοὶ ἐπιθυμίαν, ἀλλὰ, Πᾶσαν ἐπιθυμίαν, τὸ σφοδρὸν ἐνταῦθα αἰνιττόμενος. Καὶ τί τοῦ νόμου τὸ κέρδος, εἰ τὸ πάθος ἠύξησε, φησίν; Οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ πολὺ τὸ βλάβος· ἀλλ' οὐ τοῦ νόμου τὸ ἐγκλημα, ἀλλὰ τῆς βλάβου τῶν δεξαμένων. Ἢ γὰρ ἀμαρτία αὐτὸ κατεργάσατο, ἀλλὰ διὰ νόμου· ἀλλ' οὐ τοῦτο τοῦ νόμου [550] σπουδαῖος, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐναντίον. Ἰσχυροτέρα οὖν γέγονεν ἡ ἀμαρτία, καὶ σφόδρα· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἐγκλημα τοῦ νόμου πάλιν, ἀλλὰ τῆς ἐκεῖνων ἀγνωμοσύνης. Χωρὶς γὰρ νόμου ἡ ἀμαρτία νεκρά· τούτῃ ἐστιν, οὐκ οὕτω γνώριμος. Ἦδεν μὲν γὰρ καὶ οἱ πρὸ τοῦ νόμου, ὅτι ἠμάρτανον, ἀκριβέστερον δὲ ἔμαθον μετὰ τὴν τὸν νόμον ἔσιν. Διὰ τοῦτο καὶ μεζύωνος ἦσαν κατηγορίας ὑπεύθυνοι. Οὐδὲ γὰρ ἔσον τῆν φύσιν ἔχειν κατηγήσων, καὶ μετὰ τῆς φύσεως καὶ τὸν νόμον φανερώς διαγορευόμενα ἅπαντα. Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποσὲ. Πότε, εἰπέ μοι; Πρὸ Μωϋσέως. Ὅρα πῶς δεῖξαι τὸν νόμον σπουδάζει, καὶ ἀφ' ὧν ἐποίησε, καὶ ἀφ' ὧν οὐκ ἐποίησε βαρῆσαντα τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν. Ὅτε γὰρ χωρὶς νόμου ἔζων, φησὶν, οὐχ οὕτω κατεδικαζόμεν. Ἐ.Ιουούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἀμαρτία ἀνέζησεν, ἐγὼ δὲ ἀπέθουρον. Τοῦτο δοκεῖ μὲν εἶναι κατηγορία τοῦ νόμου· εἰ δὲ τις ἀκριβῶς ἐξετάσει, καὶ ἐγκώμιον αὐτοῦ φανείται ἔν. Οὐ γὰρ μὴ οὐσαν ὑπεστήσατο, ἀλλὰ κρυπτομένην ἔδειξεν· ὅπερ καὶ ἔπαινός ἐστι τοῦ νόμου, εἰ γε πρὸ τούτου μὲν ἀνεπιστήτως ἠμάρτανον, τούτου δὲ ἐλλόητος, εἰ καὶ μὴδὲν ἔτερον ἐκαρπώσατο, τοῦτο γοῦν αὐτὸ ἀκριβῶς ἔμαθον, ὅτι ἠμάρτανον· ὅπερ οὐκ ἂν εἴη μικρὸν εἰς κακίας ἀπαλλαγὴν. Εἰ δὲ μὴ ἀπὸ τῆς ἀπληλῆσαν τῆς κακίας, οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὸν πάντα ὑπὲρ τούτου ποιήσαντα νόμον, ἀλλὰ πᾶσα ἡ κατηγορία τῆς ἐκεῖνων γνώμης ἐστὶ παρ' ἐλπίδα πᾶσαν διαφθορῆσεως.

ς'. Οὐδὲ γὰρ κατὰ λόγον τῆν τὸ γινόμενον, τὸ διὰ τῶν ὑπελομένων βλάπτεσθαι· διὸ καὶ ἔλεγε· *Καὶ εὐρέθη μοι ἡ ἐντολὴ ἡ εἰς ζωὴν, αὕτη εἰς θάνατον.* Οὐκ εἶπε, Τέρον θάνατος, οὐδὲ, Ἔτεκε θάνατον, ἀλλ', *Εὐρέθη, τὸ καλὸν καὶ πρᾶξον τῆς ἀτοπίας οὕτως ἐρμηνεύων,*

καὶ τὸ πᾶν εἰς τὴν ἐκεῖνων περιτρίπων κεφαλῆν. Ἄν γὰρ τὸν σκοπὸν αὐτῆς ἐθέλῃ; ἴδεν, εἰς ζωὴν ἦγε, φησί, καὶ διὰ τοῦτο ἐδόθη· εἰ δὲ θάνατος ἐντεῦθεν ἐξέδη, τῶν λαθόντων τὴν ἐντολὴν τὸ ἐγκλημα, οὐ τῆς ἐπὶ τὴν ζωὴν ἀγούσης. Σαφέστερον δὲ αὐτὸ τοῦτο καὶ διὰ τῶν ἐξῆς ἐδήλωσεν, εἰπὼν· *Ἢ γὰρ ἀμαρτία ἀφορμὴν λαβοῦσα διὰ τῆς ἐντολῆς, ἐξηπάτησέ με, καὶ δι' αὐτῆς ἀπέκτεινεν.* Εἶδες πῶς πανταχοῦ τῆς ἀμαρτίας ἔχεται, τὸν νόμον ἀπαλλάττων κατηγορίας ἀπάσης; Διὸ καὶ ἐπήγαγε λέγων· *Ὅστε ὁ νόμος ἄγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἀγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθὴ.* Ἄλλ', εἰ βούλεσθε, καὶ τῶν παραποιούντων τὰς ἐξηγήσεις ταύτας εἰς μέσον τὸν λόγον ἀγάγωμεν· οὕτω γὰρ σαφέστερα ἔσται τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα. Τινὲς γὰρ ἐνταῦθα οὐ περὶ τοῦ νόμου Μωϋσέως αὐτὸν φησὶ λέγειν τὰ λεγόμενα, ἀλλ' οἱ μὲν περὶ τοῦ φυσικοῦ, οἱ δὲ περὶ τῆς ἐντολῆς τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ δοθείσης. Καὶ μὴν πανταχοῦ σκοπὸς τῷ Παύλῳ τοῦτον ἀναπαῦσαι τὸν νόμον, πρὸς δὲ ἐκεῖνους οὐδένα λόγον ἔχει· καὶ μάλα εἰκότως· τοῦτο γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι δεδιόκοτες καὶ φριττοντες, ἐφιλονεῖκου, τῇ χάριτι. Τὴν δὲ ἐντολὴν τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ οὐδὲ νόμον φαίνεται ποτε καλέσας, οὔτε αὐτὸς οὔτε ἄλλος οὐδεὶς. Ἴνα δὲ [551] καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν εἰρημένων τοῦτο σαφέστερον γένηται, ἐπεξέλωμεν τοῖς ῥήμασι, μικρὸν ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀναγαγόντες. Περὶ γὰρ πολιτείας ἀκριβῶς αὐτοῖς διαλεχθεὶς, ἐπήγαγε λέγων· *Ἢ ἀγνωστὸς, ἀδελφοί, ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου ἐφ' ὅσον χρόνον ζῆ;* Ὅστε ὑμεῖς ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ. Οὐκοῦν εἰ περὶ τοῦ φυσικοῦ ταῦτα εἴρηται, εὐερεθισόμενος ἄνθρωπος μὴ ἔχοντας φυσικόν· εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, τῶν ἀλόγων ἐσμέν ἀνοητότεροι. Ἄλλ' οὐκ ἐστὶ ταῦτα, οὐκ ἐστὶ. Περὶ γὰρ τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ οὐδὲ φιλονεικεῖν ἀναγκαῖον, ἵνα μὴ περιττὸν ἀναδεξώμεθα πόλεμον, πρὸς τὰ ὠμολογημένα ἀποδοῦμενοι. Πῶς οὖν φησι, *Τὴν ἀμαρτίαν οὐκ ἔγνω, εἰ μὴ διὰ νόμου;* Οὐ τὴν καθόλου λέγων ἀγνοῖαν, ἀλλὰ τὴν ἀκριβεστέραν γνῶσιν. Εἰ γὰρ περὶ τοῦ φυσικοῦ τοῦτο εἴρηται, πῶς ἂν τὸ ἐξῆς ἔχει λόγον; Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ἔζων χωρὶς νόμου ποσὲ. Ἰδὲ μὲν γὰρ ὁ Ἀδὰμ, οὔτε ἄλλος ἀνθρώπος οὐδεὶς οὐδέποτε φαίνεται χωρὶς νόμου ζήσας φυσικῶ· ὁμοῦ τε γὰρ αὐτὸν ἐπλάττειν ὁ Θεὸς, καὶ ἐκεῖνον ἐνετίθει τὸν νόμον αὐτῷ, σύνοικον ἀσφαλῆ παρακαθιστὰς τῇ φύσει πάση. Χωρὶς δὲ τούτων οὐδαμοῦ φαίνεται ἐντολὴν τὸν φυσικὸν νόμον καλέσας· τοῦτον δὲ καὶ ἐντολὴν, καὶ δικαίαν, καὶ ἀγίαν καλεῖ, καὶ νόμον πνευματικόν. Ὁ δὲ φυσικὸς οὐκ ἀπὸ Πνεύματος ἡμῖν ἐδόθη· καὶ γὰρ καὶ βάρβαροι καὶ Ἕλληνας καὶ πάντες ἀνθρώποι τοῦτον τὸν νόμον ἔχουσιν. Ὅθεν δῆλον, ὅτι περὶ τοῦ Μωσαϊκοῦ καὶ ἄνω καὶ κάτω καὶ πανταχοῦ διαλέγεται. Διὸ καὶ ἅγιον αὐτὸν καλεῖ λέγων· *Ὅστε ὁ μὲν νόμος ἄγιος καὶ ἡ ἐντολὴ ἀγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθὴ.* Εἰ γὰρ καὶ ἀκαθαροὶ γεγόνασιν οἱ Ἰουδαῖοι μετὰ τὸν νόμον, καὶ ἄδιοχοι καὶ πλεονεκταί, οὐ καταργεῖ τοῦτο τοῦ νόμου τὴν ἀρετὴν, ὡσπερ τοῦ Θεοῦ τὴν πίστιν οὐκ ἀναίρει ἡ ἀπιστία αὐτῶν. Ὅστε ἐξ ἀπάντων τούτων δῆλον, ὅτι περὶ τοῦ Μωσαϊκοῦ ταῦτα διαλέγεται νόμου. *Τὸ οὖν ἀγαθόν, φησὶν, ἐμοὶ γέγονε θάνατος; Μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἡ ἀμαρτία, ἵνα φανῇ ἡ ἀμαρτία.* Τουτέστιν, ἵνα δεῖχθῃ ὅσον κακὸν ἡ ἀμαρτία, ἡ βλάβος προαίρεσις καὶ ἡ ἐπὶ τὸ χεῖρον ὁρμῆ, καὶ αὐτὴ δὲ ἡ πρᾶξις καὶ ἡ δευροβαρμένη γνώμη· τοῦτο γὰρ πάντων αἰτίων τῶν κακῶν.

* Alit, πολιτείας ἀκριβοῦς.

hic accidere videas, non in concupiscentia tantum, sed etiam in omni malitia. Nam *Si non venissem, inquit, et loquutus fuisset eis, peccatum non haberent* (Joan. 15. 22). Igitur hinc peccatum et pœna major occasionem accepit. Et rursus de gratia Paulus disserens, ait: *Quanto putatis majori dignus supplicio erit is, qui Filium Dei conculcavit* (Hebr. 10. 29)? Ergo gravius supplicium hinc occasionem accipit, a majore nempe beneficio. Ac gentiles ideo ait inexcusabiles esse, quod ratione præditi, et creaturæ pulchritudinem edocti, cum ea possint ad Creatorem deduci, sapientia Dei, ut par erat, non usi sint. Vide quomodo ubique a bonis rebus improbi majoris supplicii occasiones accipiant. Verum non ideo beneficia Dei accusabimus; sed illa postea magis admirabimur, illorumque consilia magis criminabimur, qui bonis in contrariam partem usi fuerint. Hoc itaque et circa legem faciamus. Verum illud quidem facile est; sed hæc dubitandi causa est: Quomodo ait Paulus, *Concupiscentiam nescivissem, nisi lex diceret, Non concupisces?* Si enim concupiscentiam nescivisset homo, antequam legem acciperet, undenam diluvium accidit? undenam Sodoma exusta fuit? Quid ergo sibi vult? Concupiscentiam auctam et majorem. Ideo non ait, *Effecit in me concupiscentiam, sed, Omnem concupiscentiam, vehementiam hic subindicans. Ecqua, inquit, legis utilitas, si passionem auxit?* Nulla, sed multum damnum: verum non legis culpa est, sed segnitiei eorum, qui legem acceperunt. Peccatum enim illud effecit, sed per legem; verum lege non illud, sed contrarium curante. Longe itaque fortius fuit peccatum: verum non illud legis culpa fuerit, sed illorum ingrati animi. *Absque lege enim peccatum mortuum erat*: id est, non ita notum. Sciebant enim ii, qui ante legem erant, se peccavisse, accuratius vero id noverunt post datam legem: ideoque majore erant crimini obnoxii. Neque enim perinde erat naturam accusatricem habere, atque cum natura legem etiam omnia aperte dictantem. 9. *Ego autem vivebam sine lege quondam.* Quandonam, obsecro? Ante Moyssem. Vide quam nitatur ostendere, legem tam ab iis quæ fecit, quam ab iis quæ non fecit, humanam aggravasse naturam. Cum enim sine lege vivebam, inquit, non sic condemnabar. *Ubi autem venit mandatum, peccatum revixit.* 10. *Ego autem mortuus sum.* Hoc videtur legis accusatio esse; sed si quis accuratius examinaverit, laus ejus esse videbitur. Non enim peccatum, quod non esset, produxit, sed occultum ostendit: quod legis laus est: siquidem antea sine ullo sensu peccabant; ubi autem illa venit, si non aliud, hoc saltem lucrati sunt, quod accurate didicerint se peccavisse: quod non parum fuerit, ut sese a peccato eximerent. Quod si sese a malitia non exemerint, nihil hoc ad legem, quæ pro hac re omnia fecit; sed omnis accusatio in illorum voluntatem cadit, quæ præter spem omnem corrupta fuit.

6. Non enim rationi consonum erat, quod ab iis, quæ utilia esse poterant, læderentur. Ideo dicebat: *Et inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam,*

esse ad mortem. Non dixit, *Factum est mors, neque. Peperit mortem;* sed, *Inventum est, novam et inopinatam absurditatem sic explicans, et totum in illorum caput rejiciens.* Si enim scopum ejus, inquit, respicere voluisses, ad vitam ducebat, et propterea datum fuerat; quod si mors inde evenit, ejus qui mandatum accepit culpa est, non vero mandati ad vitam ductentis. Clarius autem hoc ipsum per sequentia declaravit his verbis: 11. *Nam peccatum, occasione accepto per mandatum, seduxit me, et per illud occidit.* Videnus ut ubique peccatum insectatur, legem ab omni crimine liberans? Ideo subjungit: 12. *Itaque lex sancta est, et mandatum sanctum, justum et bonum.* Sed, si placet, eorum, qui has expositiones adulterant, sermonem in medium afferamus: sic enim clariora erunt quæ diximus. Quidam enim dicunt ipsum non de lege Moysis hic agere; sed alii dicunt de lege naturali, alii de præcepto quod in paradiso datum est. Atqui ubique scopus Pauli est, ut hanc legem abroget, illarumque nullam habet rationem, et jure merito. Hanc enim Judæi legem timentes, et exhorrescentes, contra gratiam contendebant. Præceptum autem in paradiso datum, nusquam visus est legem appellasse, neque ille, neque alius quispiam. Ut autem ex ipsius dictis hoc clarius evadat, verba percurramus, dicta paulo alius resumentes. Cum de vitæ instituto accuratius illis loquutus fuisset, hæc subjunxit: *An ignoratis, fratres, quia lex dominatur in homine quanto tempore vixit? Itaque vos mortui estis legi.* Igitur si de naturali lege id dicat, inveniemur naturalem legem non habere: quod si hoc fuerit, brutis irrationabiliores sumus. Sed non ita se res habet, non ita certe. De lege enim in paradiso data non contendendum, ut ne inutile bellum assumamus, contra ea quæ in confesso sunt nos accingentes. Quomodo igitur ait: *Peccatum non cognovissem, nisi per legem?* Non omnimodam dicit ignorantiam, sed accuratorem cognitionem intelligit. Si enim hoc de naturali lege dictum esset, quoniam sequentia rationi consentanea essent? *Ego enim, inquit, vivebam sine lege quondam.* Neque enim Adam neque quisvis homo unquam videtur sine naturali lege vixisse: ubi enim illum efformavit Deus, illam ipsi legem indidit, contubernalem illam faciens universæ naturæ. Præter hæc autem nusquam deprehenditur legem naturalem præceptum appellare; legem vero Moysis et mandatum et justum et sanctum vocat, et legem spirituales. Naturalis vero non a Spiritu nobis data est: nam et barbari et Græci et omnes homines hanc legem habent. Unde palam est, illum ubique locorum de lege Mosaica disserere. Ideoque illam sanctam vocat, dicens: *Itaque lex quidem sancta est, mandatum sanctum, justum et bonum.* Licet enim Judæi post legem impuri, injusti, avari fuerint, id tamen legis virtutem non irritam fecit, ut Dei fidem non tollit eorum incredulitas. Ex his itaque omnibus planum est, hæc de lege Mosaica disserere. 13. *Quod ergo bonum erat, inquit, mihi factum est mors? Absit: sed peccatum, ut appareat peccatum.* Id est, ut ostendatur quantum malum sit peccatum, ignava voluntas.

et ad peiora impetus, ipsaque actio ac mens corrupta : hæc enim causa malorum omnium est. Auget autem illud, ostendens Christi gratiæ magnitudinem, docensque a quanto malo humanum genus liberaverit, quod malum per medicorum pharmaca pejus evadebat, et per eos qui illud arcebant, augebatur. Ideo subjungit : *Ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.* Viden' ubique quomodo huic se complicit? Et per quæ illud accusat, rursus magis ostendit legis virtutem. Neque enim parum præstitit, cum ostendit quantum malum sit peccatum, illiusque virus omnerevelavit et in medium protulit : hoc enim declaravit, dicens : *Ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.* Id est, ut appareat quantum malum, quanta pernicies sit peccatum : hoc autem per mandatum ostensum est. His excellentiam quoque gratiæ ostendit supra legem, non vero pugnam. Neque enim hoc respicias, quod ii, qui legem acceperunt, deteriores facti sunt ; sed id consideres, legem non modo non augere malitiam voluisse, sed eam quæ prius erat excindere studuisse. Quod si non potuerit, illam tamen coronato a voluntate ; Christi vero virtutem magis adora, quia tam varium, tam expugnatum difficile malum delevit, et radicitus evulsit. Cum autem peccatum audis, ne putes esse vim quamdam existentem, sed malam actionem, semper accedentem et recedentem, quæ non erat antequam fieret, et postquam facta est, rursus deletur. Ideo namque et lex data est : lex vero nunquam ad naturalium interitum datur, sed ad emendationem mali secundum voluntatem actus.

7. *Quæ naturæ coherent, non mutari possunt. Voluptas desinit in mortem, virtus in vitam.*—Hoc externi quoque legislatores sciunt, necnon universa hominum natura. Ea enim tantum coercent mala, quæ ex seguitie facta sunt, non vero ea, quæ naturæ coherentia sunt, se excindere profitentur : neque enim id fieri potest. Nam quæ naturalia sunt, immota manent, ut sæpe vobis in aliis colloquiis dixi. Quapropter his missis certaminibus, moralem rursus sermonem executiamus : imo vero hæc illorum certaminum maxima pars est. Nam si nequitiam depellamus, virtutem inducamus ; et huic clare ostendemus vitium non esse natura malum, et eos qui unde mala sint quæruni, non modo verbis, sed etiam operibus poterimus ad silentium cogere, quod cum ejusdem simus naturæ, a malitia eorum exempti simus. Ne vero illud consideremus, laboriosam esse virtutem, sed potius posse illam a nobis exerceri ; si vero studeamus, eam nobis omnino facilem fore. Si autem mihi nequitiae voluptatem opponas, ejus quoque finem dico : in mortem enim illa desinit, quemadmodum virtus in vitam nos manuducit. Imo, si videtur, utramque etiam ante finem examinemus : videbimus enim nequitiam multum doloris secum ferre, virtutem vero multam voluptatem. Quid enim, quæso, miserabilis prava conscientia ? quid dulcius bona spe ? Nihil enim, nihil certe nos ita pungit et premit, ut expectatio mala : nihil ita nos erigit, ac pene volatiles reddat, ut conscientia bona : id quod ex iis, quæ

apud nos eveniunt, edisci potest. Nam ii, qui in carcere clausi tenentur, et sententiam se damnantem expectant, etiamsi abundantibus cibis fruuntur, miserius vivunt, quam ii, qui per vicos stipem cogunt, nullius sibi mali conscii : expectatio namque malorum non sinit eos voluptatem, quam præ manibus habent, advertere. Ecquid de vincis loquor ? Iis qui liberi sunt et divites, malorum tamen conscii, meliorem conditionem sunt artifices, qui ex diurno labore vivunt. Gladiatorum quoque, quos in cauponis videmus ebriati, voluptati et ventri operam dantes, omnium miserrimos esse dicimus, quia longe major voluptate illa est expectatae mortis calamitas. Quod si illis hæc vita dulcis esse videatur, mementote dicti, quo vos frequenter alloquor, nihil mirum esse, si is qui in nequitia vivit, amaritudinem doloremque non fugiat. Ecce enim res ita detestanda amabilis videtur iis, qui in illa versantur. Sed non ideo illos beatos dicimus, verum hoc ipso miseros prædicamus, quod quo malorum devenerint nesciant. Quid vero dixeris de mœchis, qui propter medicam voluptatem ad indecoram servitutem, ad pecuniarum sumptum, et perpetuum timorem se dedunt, et vitam Caini subeunt, imo illa graviorem, dum et præsentia timent et futura formidant, et amicos, inimicos, scios, inscios suspectos habent ? Ac neque cum dormiunt, ab hoc angore liberi sunt : dum mala conscientia somnia ipsis configit terroribus plena, quibus illi pavidi torquentur. At non sic habet vir temperatus et castus, sed in tranquillitate et libertate multa hanc transigit vitam. Confer igitur modicæ voluptati multos illos terrorum fluctus, et brevi continentiae labori vitæ perpetuæ tranquillitatem, et videbis hanc illa suaviorem esse. Qui vero rapere vult, et alienas invadere pecunias, annon, quæso, innumeros sustinet labores, circumcursans, servis, liberis, ostiariis adulans, terrens, comminans, impudenter agens, vigilans, tremens, anxius, omnia suspecta habens ? At non talis est, qui pecunias contemnit : hic enim multa fruitur voluptate, in tranquillitate et securitate vitam agens. Quod si quis cæteras nequitiae partes percurrerit, magnos tumultus, multos scopulos videbit. Quodque majus est, in virtute quidem prima laboriosa sunt, quæ vero sequuntur, suavia ; ita ut hinc labor minuatur : in nequitia vero secus : post voluptatem dolores et supplicia accidunt, ita ut hinc voluptas evanescat. Quemadmodum enim, qui coronas expectat, onerosa præsentia ne quidem sentit : sic is, qui post voluptatem supplicia expectat, non potest puram lætitiâ excerpere, metu omnia turbante ; imo si quis rem accurate examinet, ante supplicium expectatum in ipso ausu suo dolorem experitur.

8. *Concupiscentiæ malum.*—Et, si placet, hoc in iis qui aliena rapiunt exploremus, vel etiam in iis, qui quomodocumque divites sunt : missisque timoribus, periculis, tremore, angore, cura, et similibus, supponamus esse quempiam sine ullo negotio divitem, et de facultatum custodia securum, quod tamen esse nequit ; attamen id supponatur ; quam ille volupta-

Αὐξεί δὲ αὐτὴν, δεικνύς τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος τὴν ὑπερβολὴν, καὶ διδασκῶν οἴου κακοῦ τῆ τῶν ἀνθρώπων ἀπῆλλαξε γένος, ὃ καὶ διὰ τῶν ἱατρικῶν φαρμάκων χειρὸν ἐγένετο, καὶ διὰ τῶν κωλυόντων ἤρξετο· διὰ καὶ ἐπάγει λέγων· *Ἴρα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἀμαρτωλὸς ἢ ἀμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς*. Εἶδες πανταχοῦ πῶς ταύτῃ συμπλέκεται; Καὶ δι' ὧν αὐτῆς κατηγορεῖ, δεικνύσει πάλιν μειζώνως τοῦ νόμου τὴν ἀρετὴν. Οὐδὲ γὰρ μικρὸν ἦνυσεν δεῖξας ὅσον ἡ ἀμαρτία κακὸν, καὶ πάντα τὸν ἴον αὐτῆς ἐκκαλύψας, καὶ εἰς μέσον προθεῖς· τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν εἰπὼν· *Ἴρα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἀμαρτωλὸς ἢ ἀμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς*. Τουτέστιν, ἵνα φανεῖ ἡλικὸν κακὸν, ἡλικὸς θλεθρὸς ἢ ἀμαρτία· τοῦτο δὲ διὰ τῆς ἐντολῆς ἐδείχθη. Ἐκ τούτων καὶ τὴν ὑπεροχὴν δείκνυσι τῆς χάριτος πρὸς τὸν νόμον· τὴν [552] ὑπεροχὴν, οὐ τὴν μάχην. Μὴ γὰρ τοῦτο ἴδης, ὅτι χεῖρους ἐγένοντο οἱ δεξιόμενοι, ἀλλ' ἐκεῖνον σκόπει, ὅτι οὐ μόνον εἰς ἐπίτασιν τὴν κακίαν ἀγαγεῖν οὐκ ἤθελον ὁ νόμος, ἀλλὰ καὶ τὴν προὔπαρξουσαν ἐκκόψαι ἐσπούδαζεν. Εἰ δὲ οὐκ ἴσχυσε, στεφάνου μὲν ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς γνώμης· προσκύνει δὲ μειζώνως τοῦ Χριστοῦ τὴν δύναμιν, ὅτι ποικίλον οὕτω κακὸν καὶ δυσκαταγώνιστον ἠφάνισέ τε καὶ πρόβριζον ἐκτεμοῦσα ἀνέσπασεν. Ἀμαρτίαν δὲ ὅταν ἀκούσης, μὴ δύναμιν τινα ἐνυπόστατον νομίσης, ἀλλὰ τὴν πράξιν τὴν πονηρὰν, ἐπιγινωμένην τε καὶ ἀπογινωμένην ἀεὶ, καὶ οὕτε πρὸ τοῦ γενέσθαι οὖσαν, καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι πάλιν ἀφανιζομένην. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ νόμος ἐδόθη· νόμος δὲ οὐδέποτε ἐπ' ἀναιρέσει τῶν φυσικῶν δίδοται, ἀλλ' ἐπὶ διορθώσει τῆς κατὰ προαίρεσιν πονηρᾶς πράξεως.

ζ'. Καὶ τοῦτο καὶ οἱ ἔξωθεν Ἰσαιοι νομοθέται, καὶ πᾶσα ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις. Τὰ γὰρ ἐκ βραθυμίας γινόμενα κακὰ ἀναστέλλουσι μόνον, οὐ τὰ τῆ φύσεως συγκεκληρωμένα ἐπαγγέλλονται ἐκκόπτειν· οὐδὲ γὰρ δυνατόν. Τὰ γὰρ τῆς φύσεως ἀκίνητα μένει, ὃ πολλάκις πρὸς ὑμᾶς καὶ ἐν ἐτέραις εἴρηκα διαλέξομαι. Διόπερ τοὺς ἀγῶνας τούτους ἀφέντες, τὸν ἠθικὸν πάλιν γυμνάσωμεν λόγον· μᾶλλον δὲ καὶ τοῦτο τὸ μέρος τῶν ἀγῶνων ἐκεῖνων ἐστίν. Ἄν γὰρ κακίαν ἐκβάλ[λ]ωμεν, καὶ ἀρετὴν εἰσαγάγωμεν· καὶ διὰ τούτων σαφῶς διδάξομεν, ὅτι οὐ φύσει πονηρὸν ἢ κακία, καὶ τοὺς ζητοῦντας πόθεν τὰ κακὰ, οὐκ ἀπὸ λόγων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν πραγμάτων δυναθόμεθα βραδίως ἐπιστολμαί, τῆς μὲν αὐτῆς κοινωνοῦντες αὐτοὺς φύσεως, ἀπηλλαγμένοι δὲ τῆς πονηρίας αὐτῶν. Μὴ γὰρ τοῦτο δὴ ἴδωμεν, ὅτι ἐπίπονον ἢ ἀρετὴ, ἀλλ' ὅτι κατορθωθῆναι δυνατόν· ἐὰν δὲ σπουδάζωμεν, καὶ κοῦφον ἡμῖν ἔσται καὶ εὐκόλον. Εἰ δὲ τὴν ἡδονὴν μοι λέγεις τῆς κακίας, λέγε καὶ τὸ τέλος αὐτῆς· εἰς γὰρ θάνατον αὕτη καταστρέφει, καθάπερ ἡ ἀρετὴ εἰς ζωὴν ἡμᾶς χειραγωγεῖ. Μᾶλλον δὲ, εἰ δοκεῖ, καὶ πρὸ τοῦ τέλους ἐκότερον αὐτῶν ἐξετάσωμεν· ὀφόμεθα γὰρ τὴν μὲν κακίαν πολλὴν ἔχουσαν τὴν ὀδύνην, τὴν δὲ ἀρετὴν τὴν ἡδονὴν. Τί γὰρ ἀλγεινότερον, εἰπέ μοι, συνειδότης πονηροῦ; τί δὲ ἡδιον ἐλπίδος χρηστῆς; Οὐδὲν γὰρ οὕτως, οὐδὲν κόπτειν ἡμᾶς ἐβωθεν καὶ πιέζειν, ὡς προσδοκία πονηρᾶ· οὐδὲν οὕτως ἀνέχει, καὶ μικροῦ πέτεσθαι ποιεῖ, ὡς συνειδὸς ἀγαθόν. Καὶ τοῦτο ἀπὸ τῶν παρ' ἡμῖν γινωμένων ἐστὶ καταμαθεῖν. Τῶν γὰρ διὰ τοῦ στενωποῦ χωροῦντων ἐπαύονται, καὶ μηδὲν ἐαυτοῖς συνειδότης πονηρὸν, οἱ τὸ δεσμοῦ τριον οἰκοῦντες καὶ καταδίκην ἀναμνηστές, κἂν μυρίας τροφῆς ἀπολαύσωσιν, ἀλγεινότερον ζῶσιν· ἢ γὰρ προσδοκία τῶν δεινῶν οὐκ ἀφίησι τῶν ἐν χερσὶν ἡδῶν αἰσθάνεσθαι. Καὶ τί λέγω τοὺς δεσμώ-

τας; Τῶν γὰρ ἔξω διατριβόντων καὶ πλουτούντων πονηρὰ τε συνειδότης ἐαυτοῖς, ἀμεινόν εἰσι πολλῶν διακειμένοι οἱ κάμνοντες χειροτέχναι, καὶ δι' ὅλης ἡμέρας πόνους συζῶντες. Καὶ τοὺς μονομάχους δὲ διὰ τοῦτο ταλανίζομεν· [553] καίτοι γε ἐν κατηλείρις ὀρώντες μεθύνοντας, τρυφῶντας, γαστριζόμενους, καὶ πάντων ἀθλιωτέρους εἶναι φαμεν, ὅτι πολλῶν μειζῶν τῆς ἡδονῆς ἐκείνης ἢ τῆς προσδοκωμένης τελευτῆς συμφορὰ. Εἰ δὲ ἐκεῖνοις ἡδὺς οὕτος ὁ βίος εἶναι δοκεῖ, ἀγαμνήθητε τοῦ λόγου, οὐ συνεχῶς λέγω πρὸς ὑμᾶς, ὅτι οὐδὲν θαυμαστόν μὴ φυγεῖν κακίας πικρίαν καὶ λύπην ἐν κακίᾳ ζῶντα. Ἴδου γὰρ πρᾶγμα οὕτως ἐπάρατον ἐπέραστον τοῖς μετιοῦσιν εἶναι δοκεῖ. Ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο αὐτοὺς μακαρίζομεν, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο ταλανίζομεν, ὅτι οὐδὲ οἱ τῶν κακῶν εἰσιν, Ἰσαιοι. Τί δὲ ἂν εἴποις περὶ τῶν μοιχῶν, οἱ διὰ μικρὰν ἡδονὴν καὶ δουλείαν ἀπρεπῆ καὶ χρημάτων δαπάνην καὶ φόβον διηνεχῆ, καὶ βίον ἀπλῶς τὸν τοῦ Κἀτῶ ὑπομένοισι, μᾶλλον δὲ καὶ ἐκεῖνου πολλῶν χαλεπότερον, καὶ τὰ παρόντα θεοδικότες καὶ τὰ μέλλοντα τρέμοντες, καὶ φίλους καὶ ἐχθροὺς ὑποπτέοντες, καὶ τοὺς εἰδότες καὶ τοὺς μηδὲν εἰδότες; Καὶ οὐδὲ ἠνίκα ἂν καθεύδωσι, ταύτης ἀπαλλάττονται τῆς ἀγωνίας, τοῦ πονηροῦ συνειδότης ὀνειράτα πολλῶν γέμοντα φόβων ἀναπλάττοντος αὐτοῖς, καὶ ἐκδειματουῦντος οὕτως. Ἀλλ' οὐχὶ ὁ σὺφρων τοιοῦτος, ἀλλ' ἐν ἀνέσει καὶ ἐλευθερίᾳ πολλῇ τὸν παρόντα διάγει βίον. Ἀντίστησον τοῖνυν τῇ μικρᾷ ἡδονῇ τὰ πολλὰ κύματα τῶν φόβων τούτων, καὶ τῷ βραχεῖ πόνῳ τῆς ἐγκρατείας τὴν γαλήνην τῆς διηνεκοῦς ζωῆς, καὶ ὄψει ταύτην ἐκεῖνης οὖσαν ἡδίω. Ὁ δὲ ἀρπάζειν βουλόμενος, εἰπέ μοι, καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιτίθεσθαι χρήμασιν, οὐχ' ἑμυρίους ὑπομένει πόνους, περιτρέγων, κολακίζων δούλους, ἐλευθέρους, θυρωροὺς, φοδῶν, ἀπειλῶν, ἀνασχυντῶν, ἀγρυπνῶν, τρέμων, ἀγωνιῶν, ὑφορώμενος ἅπαντα; Ἀλλ' οὐχ ὁ χρημάτων καταφρονῶν τοιοῦτος, ἀλλὰ καὶ οὗτος πάλιν πολλῆς ἀπολαῖς τῆς ἡδονῆς, ἐν ἀδείᾳ ζῶν καὶ μετὰ ἀσφαλείας ἀπάσης. Καὶ τὰ ἄλλα δὲ εἰ τις ἐπέλθοι τῆς κακίας μέρη, πολλὴν τὸν θόρυβον ἔφεται, πολλοὺς τοὺς σκοπέλους. Καὶ τὸ δὴ μείζον, ὅτι ἐπὶ μὲν τῆς ἀρετῆς πρῶτα μὲν τὰ ἐπίπονα, μετὰ δὲ ταῦτα τὰ ἡδέα· ὥστε καὶ ταύτῃ τὸν πόνον κουφίζεσθαι· ἐπὶ δὲ τῆς κακίας ἀντιστρόφως· μετὰ τὴν ἡδονὴν αἱ ὀδύνη καὶ αἱ κολάσεις· ὥστε καὶ ἐντεῦθεν τὴν ἡδονὴν ἀφανίζεσθαι. Ὡσπερ γὰρ ὁ στεφάνους ἀναμνηνών, οὐδενὸς αἰσθάνεται τῶν παρόντων φορτικῶν· οὕτως ὁ μετὰ τὴν ἡδονὴν κολάσεις προσδοκῶν, οὐ δύναται καρποῦσθαι καθαρὰν εὐφροσύνην, τοῦ φόβου πάντα διαταράττοντος. Μᾶλλον δὲ, εἰ τις ἀκριβῶς ἐξετάσει, καὶ πρὸ τῆς κολάσεως τῆς ἐπὶ τούτοις κειμένης πολλὴν καὶ ἐν αὐτῷ τῷ τολμᾶσθαι τὴν κακίαν ὀδύνην εὐροί τις ἂν γινωμένην.

η'. Καὶ εἰ δοκεῖ, τοῦτο ἐπὶ τῶν τὰ ἀλλότρια ἀρπαζόντων ἐξετάσωμεν, ἢ καὶ τῶν ὀπισσοῦν χρήματα περιβαλλομένων· καὶ φόβους ἀποστῆσαντες καὶ κινδύνους καὶ τρόμον καὶ ἀγωνίαν καὶ φροντίδα καὶ πάντα ταῦτα, ὑποθώμεθα εἶναι τινα ἀπραγμόνως πλουτοῦντα, καὶ περὶ τῆς φυλακῆς τῶν δυναν θαρρόντων, ὅσπερ ἀμήχανον, πῆν ἄλλ' ὁμοῦς κελυθῶ τῷ λόγῳ· ποῖαν οὖν οὕτως καρπώσεται ἡδονὴν; Ὅτι πολλά [554] περιεβάλ[λ]ετο; Ἀλλ' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο οὐκ ἀφίησιν αὐτὸν εὐφραίνεσθαι· ἔως γὰρ ἂν τῶν ἐτέρων πλειόνων ἐπιθυμῆ, ἐπιτείνεται τὰ τῆς βασάνου. Ἢ γὰρ ἐπιθυμία ὅταν στῆ, τότε παρ-

ignorabit. Qui vero seipsum ignorat, quomodo illa, quæ supra se sunt, cognoscat? Sicut enim is, qui phrenesi detentus est, cum seipsum ignoret, neque ea quæ ante pedes ejus sunt noverit; et oculus cum excæcatus fuerit, cætera membra obscurat: sic et in arrogantia contingit. Ideo arrogantes furentibus, et iis qui ex natura sua stulti sunt, miseriore sunt. Nam perinde atque illi risum movent, perinde atque illi injucundi et amentes sunt, sed non perinde atque illi miserationem commovent; insaniuntque tamen ut illi, nec veniam impetrant ut illi, sed odio habentur: et cum utrorumque vitia habeant, venia tamen utrorumque privantur, dum non ex verbis tantum, sed etiam ex habitu ridiculi sunt. Quid igitur, quæso, cervicem erigis? quid extremis pedum unguibus incedis? quid supercilia extollis? quid pectus inflas? Capillum non potes vel album vel nigrum facere, et ac si omnibus imperares, et quasi in aere incedis? Forsan optares tibi pennas innasci, ut ne super terram incederes: forsan et prodigium esse cupis. Jam vero annon te prodigium effecisti, dum, homo cum sis, volare tentas? fortasse vero mente volas et undique accensus es? Qui te vocabo, ut arrogantiam tuam dejiciam? Si te cinerem dicam, pulverem, fumum, lutum, vilitatem quidem dixi, necdum tamen imaginem quam volebam attingi: nam et inflammationem et vacuitatem simul totam illorum depingere volo. Quam ergo imaginem reperimus iis congruentem? Videntur mihi incensæ stuppæ similes esse. Nam

stuppæ videtur post inmissam flammam incendi et extendi: si vero leviter manu tangatur, tota decidit, et cinere vilior apparet. Tales sunt illorum animæ: vanam enim illorum inflationem, vel levis contactus dejicere tollereque poterit. Arrogantem enim necesse est omnino infirmum esse: altitudo enim illa nullo modo firma est; sed veluti bullæ aquarum facile rumpuntur, ita et hi facile pereunt. Si vero non credas, da mihi audacem talem et arrogantem, et videbis illum vel ex leviori casu decussum facilius, quam is qui ruit in terram. Quemadmodum enim flamma illa quæ ex virgultis oritur, statim atque accensa fuit, in cinerem vertitur; solida vero ligna nec facile incenduntur, et multo tempore flammam servant: sic et animæ firmiores et perseverantiores non facile incenduntur vel exstinguuntur. Ni vero hoc utrumque in uno temporis momento patiuntur. Hæc cum sciamus, humilitatem exerceamus: nihil enim illa potentius; est enim et petra fortior et adamante firmior, et in majori nos securitate collocat, quam turres et urbes et muri, omaibus diaboli machinis altior: cum contra arrogantia quibuslibet nos captu faciles reddat, quæ bulla aquæ qualibet, ut dixi, facilius rumpitur, et araneæ tela citius scinditur, et fumo velocius solvitur. Ut igitur in solida petra incedamus, illa relicta, hanc diligamus. Sic enim et in præsentis sæculo requiem inveniemus, et in futuro omnibus fruemur bonis, gratia et benignitate, etc.

HOMILIA XXI.

CAP. 12. v. 4. *Sicut enim in uno corpore membra multa habemus, membra autem omnia non eundem actum habent: 5. ita multi unum corpus sumus in Christo: singuli autem, alter alterius membra.*

1. Rursus eodem utitur exemplo, quo ad Corinthios usus est (1. Cor. 12. 12), hoc ipsum reprimens vitium. Etenim magna est hujus pharmaci vis, hujusque exempli virtus multum valet ad emendandum arrogantiae morbum. Cur, inquit, tu altum sapias? vel cur alius seipsum vilipendit? annon omnes unum corpus sumus, et magni et parvi? Cum igitur secundum caput unum simus et alter alterius membra, cur ex arrogantia te separas? cur erubescis de fratre? Sicut enim ille membrum tuum est, sic et tu illius: multaque in hoc est honoris æqualitas. Duo siquidem adhibet, quæ possint eorum arrogantiam dejicere: et quod alii aliorum membra simus, non tantum is qui minor est majoris, sed etiam is qui major est minoris; et quia omnes unum corpus sumus. Imo et tria posuit: nam donum unum omnibus datum esse ostendit. Ne igitur altum sapias: etenim tibi a Deo datum est; quod tu accepisti, nec tu invenisti. Ideo autem cum de donis seu charismatibus ageret, non dixit, Ille majus, hic minus accepit; sed quid? Diversum. *Ilabentes enim, inquit, dona, non majora et minora, sed diversa (1. Cor. 7. 7).* Quid enim, si non eadem tibi commissa sunt, sed corpus idem est? Et a dono

PATROL. GR. LX.

incipiens, in bonum opus desinit. Cum dixisset enim prophetiam et ministerium et similia, in elemosynam et curam et patrocinium desinit. Quia enim verisimile erat quosdam virtute quidem præditos esse, sed prophetiam non habere, ostendit hoc donum multo majus illo esse, ut ostendit in epistola ad Corinthios; tantoque majus, quod hoc quidem mercedem habeat, illud vero mercede careat: totum et donum et gratia est. Ideo ait: 6. *Habentes autem dona secundum gratiam, quæ data est nobis, diversa, sive prophetiam, secundum rationem fidei.* Quia enim sufficienter illos consolatus est, vult etiam acuerere et studiosiores reddere, ostendens ipsos occasiones præbere vel majora vel minora accipiendi. Dicit autem illud a Deo datum esse: ut cum ait, *Ut unicuique Deus partitus est mensuram fidei; et rursus, Secundum gratiam, quæ data est nobis, ut superbos reprimeret.* Dicit autem initia ab illis poni, ut ignavos incitet: quod etiam in Epistola ad Corinthios facit. hoc utrumque movens. Cum enim dicit, *Æmulamini charismata (1. Cor. 12. 31)*, ostendit ipsos causam esse differentiae donorum: cum vero dicit, *Hæc autem omnia operatur unus et idem Spiritus, dividens singulis prout vult (Ibid. v. 11)*; illud probat, non oportere eos efferrî, qui acceperunt, undique morbum illorum curans: quod etiam hic facit. Ac rursus lapsos excitans, dicit: *Sive prophetiam, secundum rationem fidei.*

Etiam si enim gratia sit, at non temere effunditur, sed mensuram a recipientibus accipiens, tantumdem fuit, quantum viderit vas fidei sibi oblatum. 7. *Sive ministerium in ministrando.* Hic rem universalem ponit: nam apostolatus, ministerium dicitur; et omne bonum opus spirituale est ministerium. Est quoque et privatæ œconomix nomen; hic porro universaliter ponitur. *Sive qui docet, in doctrina.* Vide quomodo indiscriminatim illa ponat, quod parvum est primum, et quod magnum est postea, ostendens: hoc rursus docens ut neque influentur, neque superbiant. 8. *Sive qui exhortatur, in exhortando.* Hoc etiam doctrinæ genus est. *Si enim in vobis est exhortationis sermo,* inquit, *ad populum dicite (Act. 13. 15).* Deinde ostendens, non admodum utile esse virtutem amplecti, nisi cum debita lege hoc faciat, adjicit: *Qui tribuit, in simplicitate.* Non enim satis est dare, sed id oportet largiter facere. Simplicitatem hoc ubique complecti novit. Nam virgines oleum habebant, sed quia quantum sufficeret non habebant, a toto exciderunt. *Qui præeat, in sollicitudine.* Non enim satis est præesse, (a) [nisi cum cura et diligentia hoc faciat]. *Qui miseretur, in hilaritate.* Non enim sufficit misereri, sed id oportet largiter et animo non tristi facere, quin potius læto et gaudente: neque enim par res est non tristari et gaudere. Hoc ipsum autem ad Corinthios scribens, cum multa diligentia constituit: nam ad largitatem excitans, ait, *Qui parce seminat, parce et metet: et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet (2. Cor. 9. 6. 7);* animum vero dirigens, addit: *Non ex tristitia, aut ex necessitate.* Utrumque enim adesse debet miserenti, abundantia et voluptas. Cur enim ploras dans eleemosynam? quid doles, dum misereris, et fructum boni operis prodis? Si enim doles, non misereris, sed crudelis es et inhumanus. Si enim tu doles, quomodo illum in dolore degentem allevare poteris? Optandum enim est, ne ille quidpiam suspicetur mali, etiamsi cum gaudio dederis. Quia enim nihil ita turpe videtur hominibus esse, ut ab aliis accipere, nisi ex summa hilaritate suspicionem auferas, et ostendas te magis accipere quam dare, potius accipientem dejicies, quam allevabis. Propterea dicit, *Qui miseretur, in hilaritate.*

2. *Eleemosyna libenter eroganda. Ipsius meritum ex animo penditur.*—Quis enim regnum accipiens, mœstus est? quis peccatorum remissionem accipiens, in tristitia manet? Ne itaque expensæ pecuniarum attendas, sed proventui ab expensa advenientis. Nam si qui seminat gaudet, etsi in incertum seminet: multo magis qui cælum quasi agrum colit. Ita enim, etsi pauca des, multa dabis; ut si cum mœstitia multa dederis, ex multis pauca fecisti. Sic vidua multa talenta duobus obolis superavit; largus enim animus erat. Et quomodo poterit, inquires, is qui in paupertate vivit, et omnia effundit, id alacriter facere? Interroga viduam, et modum audies sciesque

(a) Quæ meinis clauduntur, desunt in Editis atque e Mss. desumpta sunt.

mentis angustiam non ex paupertate, sed ex voluntatis proposito et illud et quidquid illi contrarium est fieri: potest enim quis et in paupertate magni, et in divitiis pusilli esse animi. Ideo in largitione simplicitatem quaerit, et in misericordia hilaritatem, et in patrocínio diligentiam. Non enim pecuniis tantum vult nos pauperes juvare, sed etiam verbis, rebus, corpore et aliis omnibus. Cum dixisset præcipuam prærogativam, eam quæ per doctrinam est, eam quæ per adhortationem; hæc enim magis necessaria est, quod animi sit cibus: venit ad eam, quæ per pecunias et alia omnia. Deinde ostendens quomodo hæc perficiantur, matrem ipsorum inducit dilectionem: nam ait: 9. *Dilectio, sine simulatione.* Si hanc habeas, non senties pecuniarum expensam, non corporis laborem, non molestiam sermonum, non sudorem et ministerium; sed omnia feres genere, sive corpore, seu pecuniis, seu verbo, seu alio quolibet proximum juvare oporteat. Quemadmodum ergo non largitionem modo exigit, sed in simplicitate, neque modo patrocínio, sed cum diligentia, neque tantum eleemosynam, sed cum hilaritate: sic et caritatem non simpliciter, sed absque simulatione; nam hoc dilectio est: si hoc fiat, alia omnia sequuntur. Etenim qui miserebitur, hilariter miserebitur; sibi enim ipsi dat: et qui præerit, diligenter præerit; sibi enim ipsi præerit: et qui largietur, copiose id faciet; sibi enim præerit. Deinde quoniam in malis etiam rebus dilectio est, ut illa lascivorum, eorumque qui in pecuniis et rapinis una consentiunt; eorum quoque qui in ebrietate et conviviis: hanc ab illis avellens, ait: *Odientes malum.* Non dixit, Abstinentes a malo, sed, *Odientes malum;* nec simpliciter, Odientes, sed, *Admodum odientes.* Nam præpositio ἀπό verbis addita vim verbi auget, hic et in aliis exemplis in textu Græco positis. Quia enim multi, qui mala non perpetrant, eorum tamen concupiscentiam habent: ideo dixit, *Admodum odientes.* Vult enim ille ut purus sit animus, utque nequitiam odio et inimicitia magna prosequamur, et impugnemus. Neque enim quia dixi, inquit, *Diligite invicem,* putetis me id dicere, ut in malis rebus mutuam detis operam; nam contrarium prorsus statuo, ut a malitia non solum opere, sed etiam affectu alieni prorsus sitis; nec modo affectu alieni sitis, sed etiam illum summo odio prosequamini et aversemini. Neque hoc satis habens Paulus, virtutis opera inducit his verbis: *Adhærentes bono.* Non dixit tantum, facientes, sed et affectu prosequentes: hoc enim declaravit, cum jussit adhærere bono. Ita et Deus cum virum mulieri conjungeret, dicebat, *Adhærebit uxori suæ (Gen. 2. 24).* Deinde causas dicit, ob quas debemus alius alium diligere. 10. *Caritate fraterna invicem diligentes.* Fratres, inquit, estis, et eosdem partus solvistis: ideoque justum esset ut vos mutuo diligeretis. Hoc et Moyses dicebat iis, qui in Ægypto altercabant: *Fratres estis; cur vobis injuriam mutuo infertis (Exod. 2. 13)?* Quando igitur de externis dicit,

μέντοι καθολικῶς εἴρηται. *Εἶτε ὁ διδάσκων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ.* Ὅρα πῶς ἀδιαφόρως αὐτὰ τίθησι, τὸ μικρὴν πρῶτον, καὶ τὸ μέγα ὕστερον· πάλιν τὸ αὐτὸ τοῦτο παιδεύων, τὸ μὴ φυσᾶσθαι μηδὲ ἐπαίρεσθαι. *Εἶτε ὁ παρακαλῶν, ἐν τῇ παρακλήσει.* Καὶ τοῦτο διδασκαλίας εἶδος. *Εἰ γὰρ δοτὶν ἐν ὑμῖν λόγος παρακλήσεως, φησὶ, πρὸς τὸν λαὸν λέγετε.* Εἶτα δεικνύς, ὡς οὐ μέγα ὄφελος ἀρετὴν μετιέναι, εἰ μὴ μετὰ τοῦ προσήκοντος τοῦτο γίνοιτο νόμου, ἐπάγει· *Ὁ μεταδιδούς, ἐν ἀπλότητι.* Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ δοῦναι, ἀλλὰ δεῖ καὶ μετὰ δαφιλίας τοῦτο ποιεῖν. Ἀπλότητα γὰρ τοῦτο οἶδε πανταχοῦ· ἐπεὶ καὶ αἱ παρθέναι [673] ἔλαιον εἶχον, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀρκοῦν οὐκ εἶχον, τοῦ παντὸς ἐξέπεσον. *Ὁ προϊστάμενος, ἐν σπουδῇ.* Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ προστεῖναι, ἀν μὴ μετὰ σπουδῆς· καὶ προθυμίας τοῦτο ποιῆ β'. *Ὁ ἐλεῶν, ἐν ἰλαρότητι.* Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ ἐλεῆσαι, ἀλλὰ καὶ μετὰ δαφιλίας καὶ γνώμης ἀλύπου τοῦτο δεῖ ποιεῖν· μάλλον δὲ οὐ μετὰ ἀλύπου δεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ φαιδρᾶς καὶ χαιρούσης· οὐ γὰρ ἐστὶν ἴσον μὴ λυπεῖσθαι, καὶ χαίρειν. Τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ πρὸς Κορινθίους ἐπιστελλών, μετὰ πολλῆς κατεσκευάζε σπουδῆς· εἰς μὲν γὰρ δαφίλειαν διεγείρων, ἔλεγεν· *Ὁ σπείρων φειδομένως, φειδομένως καὶ θερσίσει· καὶ ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερσίσει·* τὴν δὲ γνώμην διορθούμενος, προσετίθει· *Μὴ ἐκ λύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης.* Ἀμφοτέρω γὰρ δεῖ παρεῖναι τῷ ἐλεοῦντι, καὶ ἀφθονίαν καὶ ἡδονήν. Τίνος γὰρ ἔνεκεν κλαίεις διδοὺς ἐλεημοσύνην; τί δὲ ἀλγείς ἐλεῶν, καὶ τὸν καρπὸν προδίδως τοῦ κατορθώματος; Εἰ γὰρ ἀλγείς, οὐκ ἐλεεῖς, ἀλλ' ὠμὸς εἶ καὶ ἀπάνθρωπος. Εἰ γὰρ σὺ ἀλγείς, πῶς ἐκείνον ἐν λύπῃ θνα διαναστήσαι δυνήσῃ; Ἄγαπητὸν γὰρ, μηδὲν ὑποπτεῦσαι ἐκείνον πονηρὸν, καὶ ὅταν μετὰ τοῦ χαίρειν παρέχῃς. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν οὕτως αἰσχρὸν ἀνθρώποις εἶναι δοκεῖ, ὡς τὸ παρ' ἐτέρων λαμβάνειν, ἀν μὴ τῇ ὑπερβαλλούσῃ φαιδρότητι τὴν ὑπόψιαν ἀνέλῃς, καὶ δεῖξῃς, ὅτι λαμβάνεις μᾶλλον ἢ εἶδως, [καὶ] κατέβαλες μᾶλλον, ἢ ἀνέστησας τὸν λαμβάνοντα. Διὰ τοῦτο φησιν, *Ὁ ἐλεῶν, ἐν ἰλαρότητι.*

β'. Τίς γὰρ βασιλείαν λαμβάνων, σκυθρωπὸς ἐστὶ; τίς ἀμαρτημάτων δεχόμενος συγχώρησιν, ἐν κατηφείᾳ μένει; Μὴ τολῶν τῇ δαπάνῃ τῶν χρημάτων πρόσεχε, ἀλλὰ τῇ διὰ τῆς δαπάνης προσόδῳ. Εἰ γὰρ ε' ὁ σπείρων χαίρει, καίτοι εἰ ἐπ' ἀδύλοισι σπείρων· πολλῶ μᾶλλον ὁ τὸν οὐρανὸν γεωργῶν. Οὕτω γὰρ κἂν ὀλίγα δῶς, πολλὰ δώσεις· ὡσπερ οὖν μετὰ σκυθρωπότητος κἂν πολλὰ δῶς, ὀλίγα πεποίηκας τὰ πολλὰ. Οὕτω καὶ ἡ χήρα πολλὰ τάλαντα ὑπερηκόνησε διὰ δύο λεπτῶν· δαφιλῆς γὰρ ἦν ἡ γνώμη. Καὶ πῶς ἐνι, φησὶ, πενία συζῶντα ἐσχάτη, καὶ πάντα κενοῦντα, μετὰ προθυμίας τοῦτο ποιεῖν; Ἐρώτησον τὴν χήραν, καὶ ἀκούσῃ τὸν τρόπον, καὶ εἰσῆ ὅτι οὐχ ἡ πενία ποιεῖ τὴν στενοχωρίαν, ἀλλ' ἡ προαίρεσις καὶ τοῦτο καὶ τούναντίον ἅπαν ἐργάζεται· ἐστὶ γὰρ καὶ ἐν πενίᾳ μεγαλόψυχον εἶναι, καὶ ἐν πλούτῳ μικρολόγον. Διὰ

τοῦτο καὶ ἐν τῇ μεταδόσει τὴν ἀπλότητα ζητεῖ, καὶ ἐν τῇ ἐλέφ τὴν ἰλαρότητα, καὶ ἐν τῇ προστασίᾳ τὴν σπουδῆν. Οὐδὲ γὰρ χρήμασι μόνον βούλεται τοῖς δεομένοις ἡμᾶς βοηθεῖν, ἀλλὰ καὶ βήμασι καὶ πράγμασι καὶ σώματι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. Καὶ εἰπὼν τὴν προηγουμένην προστασίαν, τὴν διὰ τῆς διδασκαλίας, τὴν διὰ τῆς παρακλήσεως (αὕτη γὰρ ἀναγκαιότερα, ὅσῳ καὶ ψυχῆς ἐστὶ τροφή)· ἤλθεν ἐπὶ τὴν διὰ τῶν χρημάτων καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων. Εἶτα δεικνύς πῶς ἀν ταῦτα κατορθωθείη, τὴν μητέρα αὐτῶν εἰσάγει, τὴν ἀγάπην. *Ἡ ἀγάπη γὰρ, φησὶν ἀνυπόκριτος.* Ἄν ταύτην ἔχης, οὐ δαπάνης αἰσθήσῃ χρημάτων, οὐ πόνου σωμάτων, οὐ μόχθου λόγων, οὐχ [674] ἰδρωτός καὶ διακονίας, ἀλλὰ πάντα οἴσεις γενναίως, κἂν σώματι, κἂν χρήμασι, κἂν λόγῳ, κἂν ἐτέρῳ ὄφου βοθηῆσαι δὴ τῷ πλησίον. Ὡσπερ οὖν οὐ μετᾶδοσιν ἀπαιτεῖ μόνον, ἀλλὰ τὴν ἐν ἀπλότητι, οὐδὲ προστασίαν, ἀλλὰ τὴν μετὰ σπουδῆς, οὐδὲ ἐλεημοσύνην, ἀλλὰ τὴν μετὰ ἰλαρότητος· οὕτω καὶ ἀγάπην οὐχ ἀπλῶς, ἀλλὰ τὴν ἀνυπόκριτος· ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἀγάπη· κἂν τοῦτο γένηται, πάντα τὰ ἄλλα ἔπεται. Καὶ γὰρ ὁ ἐλεῶν, ἰλαρῶς ἐλεεῖ· ἐαυτῷ γὰρ δίδωσι· καὶ ὁ προϊστάμενος, σπουδαίως προϊσταται· ἐαυτοῦ γὰρ προϊσταται· καὶ ὁ μεταδιδούς, μετὰ δαφιλίας τοῦτο ποιεῖ· ἐαυτῷ γὰρ παρέχει. Εἶτα ἐπειδὴ ἐστὶ καὶ ἀγάπη ἐπὶ πονηροῖς πράγμασιν, οἷα ἡ τῶν ἀκολάστων ἐστὶν, ἡ τῶν ἐπὶ χρήμασι καὶ ἀρπαγαῖς ὀμνοουσύντων, ἡ τῶν ἐπὶ μέθαις καὶ συμποσίοις, ἐκκαθαίρων ἠ αὐτὴν ἀπὸ τούτων, φησὶν· *Ἀποστρυφόντες τὸ πονηρὸν.* Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἄπεχόμενοι, ἀλλὰ, *Μισοῦντες, καὶ οὐχ ἀπλῶς Μισοῦντες, ἀλλὰ καὶ Σφόδρα μισοῦντες.* Τὸ ὡς ὅταν λέγῃ *ἀποκαρδοκίαν*, καὶ *ἀπεκδεχόμενοι*, καὶ *ἀπολύτρωσιν.* Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ καὶ μὴ πράττοντες τὰ κακὰ, ὅμως τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῶν ἔχουσι, διὰ τοῦτο εἶπεν, *Ἀποστρυφόντες.* Αὐτὸς γὰρ καὶ τὴν διάνοιαν καθαρεύειν βούλεται, καὶ πολλὴν ἡμᾶς ἔχθραν ἔχειν πρὸς τὴν κακίαν, καὶ μῖσος καὶ πόλεμον. Μὴ γὰρ, ἐπειδὴ εἶπον, φησὶν, *Ἄγαπήσατε ἀλλήλους*, νομίσητε μέχρι τούτου λέγειν, ὡς καὶ ἐν τοῖς πονηροῖς συμπράττειν ἀλλήλοισι· τούναντίον γὰρ ἅπαν νομοθετῶ· οὐ μόνον τῆς πράξεως, ἀλλὰ καὶ τῆς διαθέσεως τῆς περὶ τὴν κακίαν ἀλλότριον εἶναι, καὶ οὐ μόνον τῆς διαθέσεως αὐτῆς ἀλλότριον εἶναι, ἀλλὰ καὶ μεθ' ὑπερβολῆς αὐτῆν ἀποστρέφεται καὶ μισεῖν. Καὶ οὐκ ἀρκεῖται μόνῳ τούτῳ, ἀλλὰ καὶ τὴν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν ἐπάγει· *λέγων· Κελλώμενοι τῷ ἀγαθῷ.* Οὐκ εἶπε, Ποιοῦντες μόνον, ἀλλὰ καὶ διακείμενοι· τοῦτο γὰρ τὸ κελεύσαι *κολλᾶσθαι* ἐδήλωσεν. Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς συνάπτων τὸν ἀνδρα τῇ γυναικὶ, ἔλεγε· *Προσκολληθήσεται γὰρ πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.* Εἶτα καὶ αἰτίας λέγει, δι' ἃς ὀφείλομεν ἀλλήλους ἀγαπᾶν. *Τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι.* Ἀδελφοί, φησὶν, ἐστὲ, καὶ τὰς ὀδύνας ἐλύσατε τὰς αὐτὰς· οὐκοῦν καὶ διὰ τοῦτο δίκαιοι ἂν εἴητε φιλεῖν ἀλλήλους. Τοῦτο καὶ Μωϋσῆς ἔλεγε τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ μαχομένοις· Ἀδελφοί ἐστε, ἵνα τί ἀδικεῖτε ἀλλήλους; Ὅταν μὲν οὖν περὶ τῶν ἔξω λέγῃ,

* Transiur in Montf. a pag. 664 ad p. 673. Edit. b Hæc, ἀν μὴ μετὰ σπουδῆς καὶ προθυμίας τοῦτο ποιῆ, ex mss. desumpta, desunt in Editis. c Sic mss. Morel. vero, καὶ γὰρ.

d Alii, καθαίρων. e Savil. in marg. εἰσάγει, qui lectio præferenda videtur.

Εἰ δυνατόν, τὸ ἐξ ὁμῶν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύετε, φησὶν· ὅταν δὲ περὶ τῶν οικείων διαλέγεται, *Τῇ φιλαδελφίᾳ*, φησὶν, *εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι*. Ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ μὴ μάχεσθαι ζητεῖ, μὴδὲ μισεῖν καὶ ἀποστρέφεσθαι· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ φιλεῖν, καὶ οὐχ ἀπλῶς φιλεῖν, ἀλλὰ καὶ σπέργειν. Οὐ γὰρ δὴ μόνον, φησὶν, ἀνυπόκριτον εἶναι χρὴ τὴν ἀγάπην, ἀλλὰ καὶ ἐπιτεταμένην καὶ θερμὴν καὶ διάπυρον. Τί γὰρ ὄφελος, ἀν ἀγαπᾷς μὲν ἀδόλως, μὴ θερμῶς [675] δὲ ἀγαπᾷς; Διὸ καὶ εἶπεν, *Εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι*· τουτέστι, Καὶ θερμῶς φίλει. Μὴ μένε φιλεῖσθαι παρ' ἑτέρου, ἀλλ' αὐτὸς ἐπιπέδη τούτῳ καὶ κατάρχου· οὕτω γὰρ καὶ τῆς ἐκείνου φιλίας τὸν μισθὸν καρπώση.

γ'. Εἰπὼν τοίνυν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ὀφείλομεν ἀλλήλους φιλεῖν, λέγει καὶ πῶς ἂν γένοιτο τὰ τῆς φιλίας ἀκίνητα· διὸ καὶ ἐπάγει· *Τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι*. Οὕτω γὰρ φίλα καὶ γίνεται, καὶ γινομένη μένει. Καὶ οὐδὲν οὕτω φίλους ποιεῖ, ὡς τὸ σπουδάζειν τῇ τιμῇ νικᾶν τὸν πλησίον. Οὐ φίλα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τιμῆ μειζῶν ἐνθεῖθεν γίνεται. Τὰ μὲν γὰρ εἰρημένα πρότερον ἀπὸ τῆς ἀγάπης, ἡ δὲ ἀγάπη ἀπὸ τῆς τιμῆς, ὡσπερ οὖν καὶ τιμὴ ἀπὸ τῆς ἀγάπης. Εἶτα ἵνα μὴ τιμώμεν μόνον, καὶ ἕτερόν τι πλέον ἐπιζητεῖ λέγων· *Τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί*. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἀγάπην τίκει, ὅταν μετὰ τῆς τιμῆς καὶ προστασίας ἐπιδειξώμεθα· οὐδὲν γὰρ οὕτως ὡς τιμὴ καὶ πρόνοια τὸ φιλεῖσθαι ποιεῖ. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ φιλεῖν, ἀλλὰ δεῖ καὶ τοῦτο· μᾶλλον δὲ καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ φιλεῖν γίνεται, ὡσπερ οὖν καὶ τὸ φιλεῖν ἀπὸ τούτου θερμαίνεται, καὶ ἀλλήλων ἐστὶ κατασκευαστικά. Καὶ γὰρ εἰσι πολλοὶ κατὰ δianoian μὲν φιλοῦντες, καὶ οὐχ ὀρέγοντες δὲ χεῖρα. Διὰ τοῦτο πάντοθεν οἰκοδομεῖ ἡ τὴν ἀγάπην. Καὶ πῶς ἂν γενοίμεθα τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί; *Τῷ πνεύματι ζῶντες*. Ὅρας πῶς πανταχοῦ τὰς ἐπιτάσεις ζητεῖ; Οὐ γὰρ εἶπε, *Μεταδίδοτε*, μόνον, ἀλλὰ μετὰ δαφιλείας· οὐδὲ Προστάσθε, ἀλλὰ μετὰ σπουδῆς· οὐδὲ Ἐλεεῖτε, ἀλλ' Ἰλαρώς· οὐδὲ τιμᾶτε, ἀλλὰ προηγείσθε· οὐδὲ Ἀγαπάτε, ἀλλ' ἀνυποκρίτως· οὐδὲ Ἀπέχεσθε τῶν κακῶν, ἀλλὰ μισεῖτε· οὐδὲ Ἐχεσθε τῶν αγαθῶν, ἀλλὰ κολᾶσθε· οὐδὲ Φιλεῖτε, ἀλλὰ φιλοστόργως· οὐδὲ Σπουδάζετε, ἀλλὰ μὴ ὀκνηρῶς· οὐδὲ Τὸ Πνεῦμα ἔχετε, ἀλλὰ ζέον τὸ πνεῦμα, τούτεστιν, ἵνα ἦτε θερμὸι καὶ διεγρηγεμένοι. Ἐὰν γὰρ ἐκεῖνα ἔχης τὰ προειρημένα, ἐπισπάσῃ τὸ πνεῦμα· ἐὰν μὲν τούτο παρὰ σοί, καὶ πρὸς ἐκεῖνά σε σπουδαῖον ἐργάζεται, καὶ πάντα εὐκολὰ ἀπὸ τοῦ πνεύματος καὶ τῆς ἀγάπης ἔσται, ἐκατέρωθεν σου πεπωρωμένου. Οὐχ ὄρας τοὺς ταύρους τὸς φλόγα ἐπὶ τοῦ νότου φέροντας, πῶς πᾶσιν εἰσὶν ἀφόρητοι; Οὕτω καὶ σὺ τῷ διεβάλλῳ ἀφόρητος ἔσῃ, ἀν ἐκατέραν λάβῃς τὴν φλόγα. *Τῷ Κυρίῳ δουλεύοντες*. Διὰ γὰρ τούτων ἀπάντων ἔστι δουλεῦσαι τῷ Θεῷ. Ὅσα γὰρ ἂν ποιήσης εἰς τὸν ἀδελφόν, εἰς τὸν Δεσπότην σου διαβαίνει· καὶ ὡς αὐτὸς εὐπεπονώως, οὕτω σοὶ τὸν μισθὸν λογιεῖται. Εἶδες ποῦ τὸ φρόνημα ἀνήνεγκε τοῦ ταῦτα ἐργαζομένου; Εἶτα δεικνύς πῶς ἂν ἀναφθεῖη τοῦ πνεύματος ἡ φλόξ, φησὶ· *Τῇ ἐλπίδι χαίροντες, τῇ θλίψει ὑπομένοντες, τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες*. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα ὑπεκαυμάτα ἐστὶ τοῦ πυρὸς ἐκείνου. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ χρημάτων δαπάνην ἀπήτησε, καὶ σωματίων πόνον, καὶ προστασίαν καὶ σπουδὴν καὶ διδασκαλίαν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐπίπονα, ἀλείφει πάλιν τὸν ἀθλητὴν

μετὰ τῆς ἀγάπης, μετὰ τοῦ [676] πνεύματος, διὰ τῆς ἐλπίδος. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀνδρείαν καὶ παράβολον πρὸς ἅπαντα ποιεῖ τὴν ψυχὴν, ὡς ἐλπὶς χρηστή. Εἶτα καὶ πρὸ τῶν ἐλπίζομένων χριστῶν ἕτερον πάλιν ἐπαθλον δίδωσιν. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ ἐλπὶς τῶν μελλόντων ἦν, φησὶ, *Τῇ θλίψει ὑπομένοντες*. Καὶ γὰρ πρὸ τῶν μελλόντων ἐν τῷ παρόντι μέγα καρπώση καλὸν ἀπὸ τῆς θλίψεως, τὸ καρτερικὸς καὶ δοκιμὸς γίνεσθαι. Μετὰ δὲ τούτου καὶ ἕτερον παρέχει βοήθειαν, λέγων, *Τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες*. Ὅταν οὖν καὶ ἀγάπη εὐκολον ποιῇ, καὶ πνεῦμα βοηθῇ, καὶ ἐλπὶς κουφίσῃ, καὶ θλίψις δοκιμὸν ἐργάζηται καὶ ἐπιπέθειον πρὸς τὸ φέρειν πάντα γενναίως, καὶ ἔχῃς μετὰ τούτων καὶ ἕτερον ὄπλον μέγιστον, τὴν προσευχὴν καὶ τὴν ἀπὸ τῆς δεήσεως βοήθειαν, εἰ λοιπὸν ἔσται ἐπίπονον τῶν ἐπιταττομένων; Οὐδὲν. Εἶδες πῶς καὶ πανταχόθεν ἔσθησε τὸν ἀθλητὴν, καὶ πολὺ κοῦφα εἰδειε τὰ ἐπιτάγματα; Σκόπει πάλιν πῶς τῆς ἐλεημοσύνης ἐπιλαμβάνεται· μᾶλλον δὲ οὐχ ἀπλῶς ἐλεημοσύνης, ἀλλὰ τῆς εἰς τοὺς ἀγίους. Ἄνω μὲν γὰρ εἰπὼν, Ὁ ἐλεῶν, ἐν Ἰλαρότητι, πᾶσι τὴν χεῖρα ἀνέψεν· ἐνταῦθα μέντοι ὑπὲρ τῶν πιστῶν φησὶ· διὸ καὶ ἐπάγει, λέγων, *Ταῖς χρεῖαις τῶν ἀγίων κοινωνοῦντες*. Οὐκ εἶπε, *Παρέχετε αὐτοῖν ταῖς χρεῖαις*, ἀλλὰ, *Κοινωνεῖτε αὐτῶν ταῖς χρεῖαις*, δεικνύς ὅτι μείζονα λαμβάνουσιν ἢ διδοῦσιν, καὶ ὅτι ἐμπορία τὸ πρᾶγμα ἐστὶ· κοινωνία γὰρ ἐστίν. Εἰσφέρεις σὺ χρήματα; Εἰσφέρουσί σοι παρῆρσιαν ἐκεῖνοι τὴν πρὸς τὸν Θεόν. *Τὴν φιλοξενίαν διώκοντες*. Οὐκ εἶπεν, Ἐργαζόμενοι, ἀλλὰ *Διώκοντες*, παιδεύων ἡμᾶς μὴ ἀναμένειν τοὺς δεομένους, πῶτα πρὸς ἡμᾶς ἔλθωσιν, ἀλλ' αὐτοὺς ἐπιτρέχειν καὶ καταδιώκειν. Οὕτως ὁ Λῶτ, οὕτως ὁ Ἀβραάμ ἐποίησε· καὶ γὰρ τὴν ἡμέραν εἰς τοῦτο ἀνάλωσεν ἀναμένων τὴν καλὴν ταύτην θῆραν, καὶ ἰδὼν ἀνεπήδησε, καὶ εἰς ἀπάντησιν ἔδραμε, καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εἶπε· *Κύριε, εἰ εὖρον χάριν ἐνώπιόν σου, μὴ παρελίθῃς τὸν παιδᾶ σου*. Οὐ καθάπερ ἡμεῖς, ἐπειδὴ ἴδωμεν ξένον ἢ πένητα, τὰς ὄφρυς ἀνασπῶμεν, καὶ οὐδὲ προσήρσεως ἀξίους αὐτοὺς νομίζομεν εἶναι· καὶ μετὰ μυρίας ἰκετηρίας μαλαχθέντες κελεύσωμεν τοῖς οἰκέταις δοῦναι μικρὸν ἀργύριον, τὸ πᾶν κατωρθωκέναι νομίζομεν. Ἄλλ' οὐκ ἐκεῖνος οὕτως, ἀλλ' ἰκέτου σχῆμα ἀνέλαβε καὶ οἰκέτου^ε, καίτοι γε οὐκ εἰδὼς τίνας ἐμελλεν ὑποδέχεσθαι.

δ'. Ἡμεῖς δὲ σαφῶς εἰδότες, ὅτι τὸν Χριστὸν ὑποδεχόμεθα, οὐδὲ ταύτη γινόμεθα ἡμεροί. Ἄλλ' ἐκεῖνος μὲν καὶ παρακαλεῖ καὶ ἰκετεύει καὶ προσκυνεῖ· ἡμεῖς δὲ ὑβρίζομεν τοὺς προσιόντας ἡμῖν· καὶ ὁ μὲν δι' ἑαυτοῦ καὶ τῆς γυναικὸς πάντα ἀνύει, ἡμεῖς δὲ οὐδὲ διὰ τῶν οἰκετῶν. Εἰ δὲ καὶ τὴν τράπεζαν βουλευθείης ἰδεῖν, ἦν παρέθηκε, πολλὴν καὶ ἐνταῦθα ὕψει τὴν φιλοτιμίαν, οὐχ ἦν ὁ τῆς περιουσίας ἐποίησε τρόπος, ἀλλ' ὁ τῆς προαιρέσεως πλοῦτος^δ. Πόσοι γοῦν τότε εὐποροὶ ἦσαν; Ἄλλ' οὐδεὶς τοιοῦτον οὐδὲν ἐποίησε. Πόσοι χῆραι ἦσαν ἐν τῷ Ἰσραήλ; Ἄλλ' οὐδεμία ἐξένισε τὸν Ἥλιαν. Πόσοι εὐποροὶ πάλιν ἦσαν ἐπὶ τοῦ [677] Ἐλισσαίου; Ἄλλ' ἡ Σωναμίτις τὸν καρπὸν τῆς φιλοξενίας ἐτύγα μόνῃ· ὡσπερ οὖν καὶ ὁ Ἀβραάμ, τότε ὡν μετὰ τῆς δαφιλείας καὶ τῆς προθυμίας. Καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα δξίον θαυμάζειν, ὅτι μὴδὲ εἰδὼς τίνας ἦσαν οἱ παραγεγονότες, ταῦτα ἐποίησε. Μὴ τοίνυν μὴδὲ σὺ πολυπραγμονεῖς· διὰ γὰρ τὸν Χριστὸν δέχη^ε· καὶ μέλλῃς αἰεὶ περιεργάζεσθαι, πολλάκις καὶ δοκιμῶν

^ε Quidam mss., οἰκονομεῖ. ^δ Quidam mss. ἐλπίζομένων ἀγαθῶν.

^ε Unus, καὶ οὐκ οἰκέτου. ^δ Haec sic habentur in nro Codice, φιλοτιμίαν, ἦν οὐχ ἡ περιουσία τῶν χρημάτων, ἀλλ' ὁ τῆς προαιρέσεως ἐποίησε πλοῦτος.

sic loquitur : *Si fieri potest, quantum in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habetote* : quando autem de suis agit, *Caritate fraterna*, inquit, *invicem diligentes*. Illic enim expetit, ut non pugnemus nec odio habeamus vel aversemur; hic vero ut amemus, nec simpliciter ut amemus, sed etiam affectu amplectamur. Non solum enim, inquit, oportet non simulatam esse dilectionem, sed intensam ferventem, igitam. Quæ enim utilitas, inquit, si amas quidem sine dolo, sed non ferventer amas? Quamobrem dixit, *Invicem diligentes*; id est: Ferventer dilige. Ne expectes ut diligaris ab altero, sed tu potius ad illum prosili et incipe: sic etiam ipsius dilectionis mercedem recipies.

3. Cum dixisset ergo causam cur debemus alter alterum diligere, dicit etiam quo pacto dilectio nostra immota maneat: *Honore invicem prævenientes*. Ita enim dilectio et nascitur, et postea perseverat. Nihil certe ita facit amicos, ut si studeamus proximum honorando vincere. Nec dilectio tantum, sed etiam honor inde major evadit. Nam quæ prius dicta sunt a dilectione nascuntur, dilectio autem ab honore, ut et honor a dilectione. Deinde ut non tantummodo honoremus, aliud quidpiam amplius expetit: 11. *Sollicitudine non pigri*. Nam et hoc dilectionem parit, quando cum honore patrociniū exhibemus: nihil enim ita dilectionem parit, ut honor et patrociniū. Non enim satis est diligere, sed hoc etiam addendum; imo potius hoc ex dilectione gignitur, ut et dilectio ab hoc fovetur, et utraque sese mutuo confirmant. Nam multi sunt qui animo quidem amant, nec manum porrigunt. Ideo undique dilectionem excitat. Et quomodo erimus sollicitudine non pigri? *Spiritu ferventes*. Viden' quomodo ubique vehementiam requirat? Neque enim dixit, *Date*, tantum; sed addidit, *Largiter*; neque *Patrociniāmi solum*, sed et cum sollicitudine; neque *Miseremini tantum*, sed etiam hilariter; neque *Honorate solum*, sed et patrociniāmi; nec *Diligite modo*, sed sine simulatione; neque *Abstinete a malis*, sed et odio habete; neque *Adhærete solum bonis*, sed et conglutinemini; neque tantum *Diligite*, sed cum amabili complexu; neque *Studete*, sed etiam non pigre; neque *Spiritum habete*, sed spiritum ferventem; id est, ut sitis ardentem et concitati. Nam si prædicta illa habeas, spiritum attrahes: si hæc apud te maneant, te ad illa studiosum constituent, omniaque tibi facilia a spiritu et dilectione reddentur, cum utrinque incensus eris. Non vides tauros flammam in dorso gestantes, quomodo sint omnibus intolerabiles? Ita et tu diabolo intolerabilis eris, si utramque flammam acceperis. *Domino servientes*. Per hæc enim omnia Deo servire potes. Quidquid enim pro fratre feceris, ad Dominum tuum pertransit: et quasi ipse beneficium acceperit, mercedem tibi reponet. Viden' quo animum ejus, qui talia operatus sit, deduxerit? Deinde postquam ostendit quomodo flamma spiritus accendatur, ait: 12. *Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes*. Hæc quippe omnia ignis illius fomites sunt.

Quia enim pecuniarum expensam requisivit, corporum laborem, patrociniū, sollicitudinem, doctrinam, et laboriosa alia, inungit rursus athletam dilectione, spiritu et spe. Nihil enim hominis animum ita virilem et ad omnia promptum efficit, ut bona spes. Deinde ante ea, quæ sperantur bona, aliud etiam dat præmiū. Quia enim spes futurorum erat, dicit, *In tribulatione patientes*. Etenim ante futura illa in præsentem magnum decerpes ex tribulatione fructum, quod constans et probatus reddaris. Cum hoc aliud quoque auxilium præbet, dicens, *Orationi instantes*. Cum ergo dilectio facilitatem afferat, spiritus adjuvet, spes allevet, tribulatio probatum faciat et idoneum ad omnia generose ferenda, et cum his aliam armaturam maximam habeas orationem, et supplicationis opem: quidnam postea erit in præceptis laboriosum? Nihil. Viden' quomodo athletam undique firmet, et quam levia ostendat præcepta? Perpende rursus quomodo eleemosynam commendat; nec simpliciter eleemosynam, sed eam quæ sanctis erogatur. Nam cum supra dixit, *Qui miseretur, in hilaritate*, omnibus manum aperuit. Hic vero de fidelibus agit; ideo hæc subjungit: 13. *Necessitatibus sanctorum communicantes*. Non dixit, *Illorum necessitatibus ministrare*; sed, *Necessitatibus illorum communicare*; ostendens illos majora accipere quam dent, et rem istam esse negotiationem: communicatio quippe est. Tu pecuniam affers? Illi tibi fiduciam erga Deum afferunt. *Hospitalitatem sectantes*. Non dicit, *Facientes*, sed, *Sectantes*, erudiens nos ut non egenos expectemus, donec ad nos veniant; sed ut ad illos curramus et sectemur eos. Sic Lot, sic Abraham fecit: nam diem hac in re insumpsit, hanc pulchram expectans venationem: et cum videret, insiliebat, et obviam currebat, ad terram procidens adorabat, dicebatque: *Domine, si inveni gratiam in conspectu tuo, ne transeas servum tuum* (Gen. 18. 3). Non quemadmodum nos cum videmus peregrinum aut pauperem, supercilia attollimus, nec dignos putamus quos alloquamur; et si post mille supplicationes emolliti tantillum argenti a famulis dari jusserimus, totum nos probe præstitisse putamus. At non sic ille, verum supplicis et famuli cultu atque forma, etiamsi nesciret quosnam excepturus esset.

4. *Hospitalitas quomodo exercenda*. — Nos autem cum certo sciamus nos Christum excipere, neque sic mansueti efficiamur. At ille et rogat et supplicat et adorat; nos autem accedentes contumelia afficiamus: ille per se et uxorem omnia perficit; nos vero ne per famulos quidem. Si vero mensam scire velis quam apposuit, multam quoque hic liberalitatem deprehendes, non quam copia rerum efficiebat, sed quam probi animi divitiarum parabant. Quam multi divites tunc erant! Sed nullus quidpiam simile fecit. Quot viduarum erant in Israel! Sed nulla Eliam excepit hospitio. Quot divites etiam erant Elisæi tempore! Sed Sunamitis sola hospitalitatis fructum decerpit: quemadmodum et Abraham suo tempore cum largitate et alacritate fecit. Ideoque maxime admirandus

est, quod cum nesciret quinam advenissent, hæc tamen faceret. Ne itaque tu curiose inquiras; nam Christum excipis. Nam si semper curiose scrutator es, sæpe probatum virum prætercures, et mercedem perdes. Atqui is qui non probum excipit, non accusatur, sed et mercedem habet. *Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet (Math. 10. 41)*. Qui vero ex hac intempestiva perquisitione virum quempiam probitate insignem prætercurret, pœnas dabit. Ne igitur vitam et gesta curiose inquiras: nam hoc extremæ imperitiæ est, pro uno pane vitam totam curiose scrutari. Nam si homicida sit, si latro, si quidvis aliud, annon pane et modica pecunia tibi dignus esse videtur? Sed Dominus quidem tuus etiam solem suum illi oriri facit; tu autem diurno cibo illum indignum judicas? Ego vero aliud quidpiam longe majus addam: si certo scires ipsum mille sceleribus esse obnoxium, ne sic quidem approbandus esses, si illum diurno cibo privares. Illius enim servus es, qui dicit: *Nescitis cujus spiritus sitis (Luc. 9. 55)*? illius es famulus, qui lapidantium se curam gerebat; imo potius ejus, qui pro illis crucifixus est. Ne mihi dicas, Alium occidit: et enim si etiam te occisurus sit, ne sic tamen fame laborantem despicias. Illius quippe discipulus es, qui se crucifigentium salutem desiderabat, qui in ipsa cruce dicebat: *Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt (Luc. 23. 34)*. Illius servus es, qui percutientem se curavit, qui contumelia se afficientem in ipsa cruce coronavit: cui rei quænam possit comparari? Nam initio ambo latrones contumeliis ipsum afficiebant; sed tamen eorum alteri paradisum aperuit. Defleatque illos qui ipsum interfectori sunt: turbatur, cum videt proditorem, non quod crucifigendus esset, sed quod ille periret. Turbatur igitur, quod præsciret laqueum, et post laqueum supplicium. Et cum illius scelus cognosset, ad usque extremam horam tulit illam, nec repulit, sed osculatus est proditorem. Dominus tuus osculatur, et labiis excipit eum, qui statim pretiosum sanguinem suum effusus erat: tu vero pauperi ne panem quidem porrigere dignaris? nec revereris legem quam posuit Christus? His enim ostendit non solum pauperes, sed etiam eos qui nos ad mortem deducunt, aversari non oportere. Ne mihi igitur hoc dixeris, Ille mihi mala contulit; sed cogita quid Christus fecerit, qui ad crucem usque per osculum quo proditurus erat, proditorem emendare curavit. Et vide quam ad pudorem pertrahat: *Juda*, inquit, *osculo Filium hominis tradis (Luc. 22. 48)*? Quem non emollivisset, quem non flexisset illa vox? quam feram, quem adamantem? Sed non miserum illum. Ne itaque dicas, Ille talem hominem occidit, ideoque illum aversor. Etiam si gladium in te illaturus sit, et in guttur tuum dexteram immersurus, ipsam dexteram osculare, quoniam Christus os illud osculatus est, quod sui cadem patravit.

5. Et tu igitur ne odio habeas, sed lacrymare et miserare insidiantem: dignus enim est cujus misereamur et quem deploremus. Illius enim domestici

sumus, qui proditorem osculatus est (non enim finem faciam hoc repetendi); et osculo ipso dulciora verba protulit. Non enim dixit, O execranda, o scelestissime proditor, hancine gratiam nobis tanti benefici rependis? sed quomodo? *Juda*, proprio nomine compellans, quod magis miserantis erat et revocantis, quam irati. Nec dixit, Doctorem tuum, Dominum et benefactorem; sed, *Filium hominis*. Etiam si vero nec doctor, nec Dominus tuus esset, eumne qui ita mansuete, ita sincere erga te affectus erat, ut etiam in tempore prodicionis te osculetur, cum etiam osculum illud signum prodicionis esset: eumne, inquam, prodis? Benedictus es, Domine, quantæ humilitatis, quantæ patientiæ exemplum nobis dedisti! Sed erga hunc ita se gessit: at erga illos, qui cum fustibus et gladiis invadebant, non ita. Quid enim mansuetius verbis, queis illos alloquutus est? Cum posset illos repente delere, hoc quidem non fecit, sed modeste illis verba ad pudorem inducentia protulit: *Quid existis, quasi ad latronem cum gladiis et fustibus (Math. 26. 55)*? Et cum illos supinos coniecisset: quia tamen quasi sine sensu mansere, libens ille seipsum tradidit, et sustinuit videns vinculis constringi sanctas manus, cum posset omnia movere ac prosternere. Sed tu postea ferocis contra pauperem. Atqui etiam si sexcentis obnoxius esset sceleribus, egestas et fames possent animum, nisi admodum induratus esset, flectere. Tu vero stas efferatus, et leonis furorem imitans: quamquam illi nunquam mortuorum corpora degustaverunt; tu vero licet videas tantis confectum malis, jacentem invadis, et corpus per contumelias discerpis, tempestatem tempestatim addis, atque eum qui ad portum confugit, in scopulum impellis, naufragiumque infers marinis naufragiis gravius. Et quomodo dices Deo, Miserere mei? veniam peccatorum postulas, dum illum contumelia afficis, qui contra te nihil peccavit, et ob famem tantamque necessitatem pœnas repetis, feras omnes crudelitate superans? Illæ enim cogente ventre, proprium sibi cibum arripiunt: tu vero nemine impellente vel cogente, fratrem devoras, mordens, discerpens; si non dentibus, ab verbis morsu gravioribus. Quomodo ergo sacram oblationem sumes, qui humano sanguine linguam tingis? quomodo pacem das, dum os bello plenum est? quomodo sensibili cibo frueris, dum tantum virus colligis? Non paupertati subvenis: cur etiam conteris? non erigis jacentem: cur illum etiam dejicis? non tollis tristitiam: cur auges illam? non das pecunias: cur verbis contumeliam infers? Non audisti quantas pœnas dent ii, qui pauperes non alunt? quibus damnentur supplicii? *Ite*, inquit, *in ignem æternum paratum diabolo et angelis ejus (Id. 25. 41)*. Si ergo qui non nutriunt eos, ita damnantur, quas pœnas dabunt ii, qui non modo non nutriunt, sed et ipsis contumelias inferunt? quo supplicio, qua gehenna non afficientur? Ne ergo tanta nobis incendamus mala: donec facultas est, malum hunc morbum curemus, linguæ frenum imponamus; nec modo non contu-

ἄνδρα παραδραμῆ, καὶ τὸν ἐκ τούτου μισθὸν ἀπολεῖς. Καίτοι ὁ μὲν μὴ δόκιμος δεχόμενος οὐκ ἐγκαλεῖται. ἀλλὰ καὶ μισθὸν ἔχει. Ὁ δεχόμενος γὰρ προφήτην εἰς δνομα προφήτου, μισθὸν προφήτου λήψεται. Ὁ δὲ ἐκ τῆς ἀκαίρου ταύτης πολυπραγμοσύνης τὸν θαυμαστὸν παρατρέχων, καὶ δίκην δίδωσι. Μὴ τοίνυν βίους καὶ πράξεις πολυπραγμονεῖ· καὶ γὰρ ἐσχάτης τοῦτο ἀπειροκαλίας ἐστίν, ὑπὲρ ἐνὸς ἄρτου ζῶην ὀλόκληρον περιεργάζεσθαι. Εἰ γὰρ ἀνδροφόνος οὗτος, εἰ γὰρ ληστής, εἰ γὰρ ὀδίου, ἄρτου καὶ ὀλίγων ἀργυρίων οὐ δοκεῖ σοι ἄξιος εἶναι; Ἄλλ' ὁ μὲν Δεσπότης σου καὶ ἥλιον αὐτῷ ἀνατέλλει· σὺ δὲ καὶ τῆς ἐφημέρου τροφῆς ἀνάξιον αὐτὸν κρίνεις; Ἐγὼ δὲ καὶ ἐτέραν ὑπερβολὴν τίθιμι· κἂν γὰρ ἐπιστάμενος ἦς σαφῶς, ὅτι μυρίων οὗτος γέμει κακῶν, οὐδὲ οὕτως ἀπολογίαν ἔξεις τῆς ἐφημέρας τροφῆς αὐτὸν ἀποστερῶν. Ἐκείνου γὰρ δούλος εἰ τοῦ λέγοντος, *Οὐκ οἶδατε πολὺ πνεύματός ἐστε*; ἐκείνου εἰ οἰκέτης τοῦ θεραπεύσαντος τοὺς λιθάσαντας αὐτόν· μᾶλλον δὲ τοῦ σταυρωθέντος ὑπὲρ αὐτῶν. Καὶ μὴ μοι λέγε, ὅτι Ἔτερον ἀνέλε· καὶ γὰρ εἰ καὶ σεαυτὸν ἀναιρεῖν μέλλει, μὴδὲ οὕτω λιμώττοντα παριδῆς. Καὶ γὰρ ἐκείνου μαθητῆς εἰ τοῦ τῶν σταυρωσάντων τὴν σωτηρίαν ποθοῦντος, τοῦ λέγοντος ἐν αὐτῷ τῷ σταυρῷ· *Πάτερ, ἄφερ αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἶδασι τί ποιοῦσιν*. Ἐκείνου δούλος εἰ τοῦ τὸν βαπτίσαντα αὐτὸν θεραπεύσαντος, τοῦ τὸν ὑδρίσαντα ἐν αὐτῷ τῷ σταυρῷ στεφανώσαντος· οὐ τί γένοιτο ἂν ἴσον; Καὶ γὰρ ἀμφοτέροι παρὰ τὴν ἀρχὴν οἱ ληστὰι ὑβρίζον αὐτόν· ἀλλ' ὅμως θατέρω τούτων τὸν παράδεισον ἠνέψξε. Καὶ δακρύει τοὺς μέλλοντας αὐτὸν ἀναιρεῖν, καὶ ταράττεται καὶ συγχέεται ὁρῶν τὸν προδότην, οὐχ ὅτι σταυροῦσθαι ἐμελλεν, ἀλλ' ὅτι ἐκείνος ἀπώλλυτο. Ἐταράττετο τοίνυν προσιδῶς τὴν ἀγχόνην καὶ τὴν μετὰ τὴν ἀγχόνην κόλασιν. Καὶ εἰδὼς αὐτοῦ τὴν πονηρίαν, μέχρως ἐσχάτης ὥρας αὐτὸν ἔφερε^α, καὶ οὐ διεκρούετο, ἀλλὰ καὶ ἐφίλησε τὸν προδότην. Ὁ Δεσπότης σου φιλεῖ, καὶ δέχεται χεῖλεις· τὸν μέλλοντα αὐτοῦ τὸ αἷμα τῆ τιμίον εὐθέως ἔχειν· σὺ δὲ τὸν πένητα οὐδὲ ἄρτου ἀξίος; καὶ οὐκ αἰδῆ τὸν νόμον, ὃν ἔθηκεν ὁ Χριστός; Διὰ γὰρ τούτων ἔδειξεν, ὅτι οὐ μόνον τοὺς πένητας, ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἐπὶ ὀθανόν ἡμᾶς ἄγοντας ἀποστρέφουθε ὀεῖ. Μὴ τοίνυν μοι τοῦτο εἰπῆς, ὅτι ὁ δεῖνά μοι εἰργάσατο· δεῖνά, ἀλλ' ἐνόησον τί ἐποίησεν ὁ Χριστὸς πρὸς αὐτῷ τῷ σταυρῷ διὰ τοῦ φιλήματος, ᾧ προδιδόσθαι ἐμελλε, τὸν προδότην διορθούμενος. Καὶ ὅρα πῶς ἐντροπετικῶς. *Ἰουδα*, γὰρ φησι, *φιλήματι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου προδίδως*; Τίνα οὐκ ἂν ἐμάλαξε; τίνα [678] οὐκ ἂν ἐπέκαμψεν αὐτῇ ἡ φωνῇ; ποῖον θηρίον, ποῖον ἀδάμαντα; Ἄλλ' οὐ τὸν δειλιον ἐκείνον. Μὴ τοίνυν λέγε, ὅτι τὸν δεῖνα ἐφόνευσεν ὁ δεῖνα, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸν ἀποστρέφουμαι. Κἂν γὰρ κατὰ σοῦ μέλλῃ τὸ ξίφος ὠθεῖν, καὶ τὴν δεξιὰν βαπτίζειν εἰς αὐτὸν τὸν λαιμὸν, αὐτὴν φιλῆσον τὴν δεξιάν· ἐπεὶ καὶ ὁ Χριστὸς τὸ στόμα ἐφίλησεν ἐκεῖνο τὸ τὴν σφαγὴν ἐργασάμενον.

ε'. Καὶ σὺ τοίνυν μὴ μίσει, ἀλλὰ δάκρυε καὶ ἐλέει τὸν ἐπιβουλεύοντα· ἐλεῖσθαι γὰρ παρ' ἡμῶν ἄξιος ὁ τοιοῦτος; καὶ δακρύεσθαι. Ἐκείνου γὰρ ἔσμεν οἰκέται τοῦ καὶ φιλήσαντος τὸν προδότην (οὐ γὰρ παύσομαι συνεχῶς αὐτὸ περιστρέφω), καὶ τοῦ φιλήματος ἀπαλιότερα φθεγγόμενου ῥήματα. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν,

Ἦ μιὰρὲ, καὶ παμπόνηρ, καὶ προδότα, τοιαύτας ἡμῖν ἀποδίδως τὰς ἀμοιβὰς τῆς τοσαύτης εὐεργεσίας; ὅλλὰ πῶς; *Ἰουδα*, τὸ κύριον βνομα θεῖς, ὃ μᾶλλον ταλανίζοντος ἦν καὶ ἀνακαλοῦντος, ἢ ὀργιζομένου. Καὶ οὐκ εἶπε, Τὸν διδάσκαλόν σου, τὸν Δεσπότην σου καὶ εὐεργέτην, ἀλλὰ, *Τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου*. Εἰ γὰρ μὴ διδάσκαλος ἦν μὴδὲ Δεσπότης, τὸν οὕτως ἡμέρως, τὸν οὕτως ἀπλάστως πρὸς σὲ διακείμενον, ὡς καὶ ἐν καιρῷ τῆς προδοσίας σε φιλεῖν, καὶ ταῦτα τοῦ φιλήματος συμβόλου τῆς προδοσίας ὄντος, τοῦτον παραδίδως; Εὐλογητὸς εἰ, Κύριε· πόσῃ ταπεινοφροσύνης, πόσῃ ἀνεξικακίας ὑπόδειγμα ἡμῖν ἔδωκας; Ἄλλὰ πρὸς μὲν ἐκεῖνον οὕτω· πρὸς δὲ τοὺς ἐπελθόντας μετὰ ξύλων καὶ μαχαίρων οὐχ οὕτω. Καὶ τί γένοιτο ἂν ἡμερῶτερον τῶν ῥημάτων τῶν κατὰ πρὸς ἐκείνους εἰρημένον; Δυνάμενος γὰρ αὐτοὺς ἄθροον ἀφανίσαι πάντας, τούτων μὲν ἐποίησεν οὐδὲν, ἐντροπετικῶς δὲ αὐτοῖς διαλέγεται λέγων· *Τί ἐξήλθετε*, ὡς ἐπὶ ληστήν, *μετὰ μαχαίρων καὶ ξύλων*; Καὶ βίψας αὐτοὺς ὑπτίους, ἐπειδὴ ἔμενον ἀναισθητοῦντες, ἐκὼν πάλιν ἑαυτὸν ἐξεδίδου, καὶ ἠνείχετο δεσμὰ περιθάλλοντας ὁρῶν ταῖς ἀγίαις χερσὶ, δυνάμενος ὁμοῦ πάντα κλονῆσαι καὶ βῆσαι κάτω. Ἄλλὰ σὺ καὶ μετὰ ταῦτα ἀγριαίνεις πρὸς τὸν πένητα. Καίτοι γε εἰ καὶ μυρίων ἐστὶν ἔνοχος κακῶν, ἢ ἔνδεια καὶ ὀλιμὸς ἱκανὰ τὴν μὴ σφόδρα πεπωρωμένην καταμαλάξει ψυχῆν. Σὺ δὲ ἔστηκας ἐκτεθριωμένος, καὶ λεόντων μιμούμενος θυμούς· καίτοι γε ἐκείνοι οὐκ ἂν ποτε νεκρῶν ἀπογεύσαιτο σωματῶν· σὺ δὲ τοσοῦτοις ὁρῶν τεταρριχουμένον κακοῖς, ἐπεμβαίνεις κειμένῳ, καὶ σπαράτεις τὸ σῶμα διὰ τῶν ὕδρων, καὶ χειμῶνα ἐπὶ χειμῶνι συνάγεις, καὶ τὸν εἰς λιμένα καταφυγόντα σκοπέλω προσράξει·^b ποιεῖς, καὶ ναυάγιον ἐργάζῃ τῶν ἐν τῇ θαλάσῃ χαλεπώτερον. Καὶ πῶς ἔρεις τῷ Θεῷ, Ἐλήσόν με; καὶ ἀμαρτημάτων αἰτίεις συγχώρησιν, τὸν οὐδὲν ἁμαρτόντα ὑβρίζων, καὶ δίκην ὑπὲρ λιμοῦ καὶ ἀνάγκης τοσαύτης ἀπαιτῶν, καὶ τὰ θηρία ἅπαντα ἀποκρύπτων τῇ ὠμότητι; Ἐκεῖνα μὲν γὰρ, τῆς γαστρὸς καταναγκαζούσης, ἄπτεται τῆς αὐτοῖς νενομισμένης τροφῆς· σὺ δὲ, οὐδενὸς ὠθουόντος οὐδὲ καταναγκάζοντος, κατεσθίεις τὸν ἀδελφόν, δάκνων, σπαράττων, εἰ καὶ μὴ τοῖς ὀδοῦσιν, ἀλλὰ ῥήμασι δηγμάτων χαλεπωτέροις. [679] Πῶς οὖν δέξῃ τὴν ἱερὰν προσφορὰν, αἷματος ἀνθρωπίνους φοινίξας τὴν γλῶτταν; πῶς δίδως εἰρήνην, πολέμου γέμοντι στόματι; πῶς δὲ γοῦν αἰσθητῆς ἀπολαύσεις τροφῆς, ἰδὼν τοσοῦτον συνάγων; Οὐ διορθοῦσαι τὴν πενίαν· τί καὶ ἐπιτρίβεις; οὐκ ἀνιστάς κείμενον· τί καὶ καταβάλλεις; οὐκ ἀναιρεῖς τὴν ἄθυμίαν· τί καὶ ἐπιτείνεις; οὐ δίδως χρήματα· τί καὶ ὑβρίζεις ῥήμασιν; Οὐκ ἤκουσας ὄσσην διδάσαι δίκην οἱ μὴ τρέφοντες τοὺς πένητας; ποίας τιμωρίας καταδικάζονται; *Πορεύσθε* γὰρ, *φησὶν, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἠτοιμασμένον τῷ διαδόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ*. Εἰ οὖν οἱ μὴ τρέφοντες οὕτω καταδικάζονται, τίνα δώσουσι δίκην· οἱ μετὰ τοῦ μὴ τρέφειν καὶ ὑβρίζοντες; πόσσην ὑποστήσονται κόλασιν, πόσσην γέενναν; Ἴν' οὖν μὴ τοσαῦτα ἐξάψωμεν καθ' ἑαυτῶν κακὰ, ἕως ἐσμέν κύριοι, καὶ τὰ πονηρὸν τοῦτο νόσημα διορθώσωμεν, καὶ τῇ γλῶττι χαλινὸν ἐπιθῶμεν· καὶ μὴ μόνον μὴ ὑβρίζωμεν, ἀλλὰ καὶ παρακαλῶμεν καὶ διὰ ῥημάτων καὶ διὰ πραγμά-

^b Duo mss., καὶ δαρδάνεις; τὸ σῶμα... σκοπέλω προσράξει. ^c Morel., τίνα δίδουσι δίκην.

^a Unus Codex, αὐτὸν ἐθεράπευε.

των, ἵνα πολλὸν ἑαυτοῖς προποθέμενοι τὸν ἔλεον, τύχωμεν τῶν ἐπιτηγελμένων ἡμῖν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο

πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπία, καὶ τὰ ἐξῆς.

OMIAIA KB.

Εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς· εὐλογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε.

α'. Διδάξας αὐτοὺς πῶς πρὸς ἀλλήλους διακείσθαι χρῆ, καὶ συγκολλήσας τὰ μέλη μετὰ ἀκριβείας, οὕτως ἐξάγει λοιπὸν πρὸς τὴν ἐξω παράταξιν, εὐκολωτέραν αὐτὴν ἐντεῦθεν ποιῶν. Ὡς περὶ γὰρ ὁ τὰ πρὸς τοὺς οἰκείους οὐ κατωρθωκῶς, δυσκολώτερον τὰ πρὸς τοὺς ἀλλοτρίους; οἰκονομήσει· οὕτως ὁ καλῶς ἀσκήσας ἑαυτὸν ἐν τούτοις, ῥῆθον καὶ τῶν ἐξωθεν περιέσται. Διὰ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ὁδῶν προβαίνων, μετ' ἐκεῖνα ταῦτα εἶθῃσι, καὶ φησιν· *Εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς*. Οὐκ εἶπε, *Μὴ μνησικακεῖτε*, μὴδὲ ἀμύνεσθε, ἀλλὰ τὸ πολλῶν πλέον τούτων ἐξήγησεν· ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἀνδρὸς φιλοσόφου, τοῦτο δὲ ἀγγέλου λοιπῶν. Καὶ εἰπὼν, *Εὐλογεῖτε*, ἐπήγαγε, *Καὶ μὴ καταρᾶσθε*, ἵνα μὴ καὶ τοῦτο κάκεῖνο ποιῶμεν, ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον. Καὶ γὰρ μισθῶν εἶσιν ἡμῖν πρόξενοι οἱ διώκοντες. Ἄν δὲ νήψῃς, καὶ ἕτερον σὺ σαυτῷ μετ' ἐκεῖνον κατασκευάσεις μισθόν· ἐκεῖνος μὲν γὰρ σοὶ τὸν ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ παραῖξι, σὺ δὲ σεαυτῷ τὸν ἀπὸ τῆς εὐλογίας τῆς εἰς ἐκεῖνον, σημεῖον μέγιστον ἐκφέρων τῆς εἰς τὸν Χριστὸν ἀγάπης. Ὡς περὶ γὰρ ὁ καταρᾶμενος τῷ διώκοντι, δείκνυσιν ὅτι οὐ σφόδρα χαίρει ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ ταῦτα πάσχων· οὕτως ὁ εὐλογῶν πολλὸν ἐμφαίνει τὸν ἔρωτα. Μὴ τοῖνον αὐτὸν λοιδορήσῃς, ἵνα καὶ αὐτὸς μείζων καρκῶσι μισθῶν, κάκεῖνον διδάξῃς, ὅτι τὸ πρᾶγμα προθυμίας ἐστίν, οὐκ ἀνάγκης· πανηγύρεως καὶ ἐορτῆς, [680] οὐ συμφορᾶς οὐδὲ ἀθυμίας. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγε· *Χαίρετε, ὅταν εἰπωσιν πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι*. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἀπόστολοι ὑπέστρεφον χαίροντες, οὐχ ὅτι κακῶς ἤκουσαν μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ ἔμαστιγώθησαν. Μετὰ γὰρ τῶν εἰρημένων καὶ ἕτερον οὐ μικρὸν καρδανεῖς, τὸ καταπῆξαι καὶ ταύτη τὸς ἀντιτίκους, καὶ παιδεύσαι διὰ τῶν ἔργων αὐτοῦς, ὅτι πρὸς ἑτέραν ὀδεύεις ζωὴν. Ἄν γὰρ ἴδῃ σε χαίροντα καὶ πετρούμενον ἐπὶ τῷ πάσχῃ κακῶς, εἰσεται σαφῶς διὰ τῶν πραγμάτων, ὅτι μείζους τῶν παρόντων ἑτέρας ἔχεις ἐλπίδας· ὡς, ἂν τοῦτο μὴ ποιῆς, ἀλλὰ κλαίης καὶ ὀδύρῃ, πόθεν δυνησεται μαθεῖν ἐκεῖνος, ὅτι ἑτέραν ζωὴν ἀναμένεις; Καὶ μετὰ τούτου δὲ πάλιν καὶ ἕτερον κατορθώσεις· ἂν γὰρ ἴδῃ σε οὐκ ἀλογούντα ταῖς ὕβρεσιν, ἀλλὰ καὶ εὐλογούντα, παύσεται ἐλαύνων. Ὅρα τοῖνον, ὅσα ἐντεῦθεν γίνεται τὰ καλὰ· καὶ σοὶ μισθὸς μείζων καὶ ὁ πειρασμὸς ἐλάττων, κάκεῖνος ἀποστήσεται διώκων, καὶ ὁ Θεὸς δοξασθήσεται, καὶ διδασκαλία τῷ πεπλημμελημένῳ^α γενήσεται πρὸς εὐσέβειαν ἢ εἰς φιλοσοφία. Διὰ τοῦτο οὐχὶ τοὺς ὑβρίζοντας μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς διώκοντας καὶ διὰ τῶν πραγμάτων ἐπηρεάζοντας, τοῖς ἐναντίοις ἀμείβεσθαι ἐκέλευσε. Καὶ νῦν μὲν αὐτοὺς εὐλογεῖν ἐπέταξε· προῖων δὲ καὶ ἔργοις εὐεργετεῖν παρακαλεῖ. *Χαίρειν μετὰ χαϊρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων*. Ἐπειδὴ γὰρ ἐστὶν εὐλογῆσαι μὲν, καὶ μὴ καταρᾶσθαι, μὴ μὲν ἐξ ἀγάπης τοῦτο ποιῆσαι, βούλεται καὶ διαθερμαίνεσθαι ἡμᾶς τῇ φιλίᾳ. Διὸ καὶ τοῦτο ἐπήγαγεν, ὥστε μὴ μόνον εὐλογεῖν, ἀλλὰ καὶ συναλγεῖν καὶ συμπάσχειν, εἴ ποτε ἴδοιμεν^β αὐτοὺς συμφορᾷ περιπεσόντας. Ναί, φησίν·

ἀλλὰ τὸ μὲν συναλγεῖν τοῖς θρηνοῦσιν εἰκότως ἐπέταξε· τὸ δὲ ἕτερον τί δήποτε ἐκέλευσεν, οὐδὲν μέγα ἔν; Καίτοι γε ἐκεῖνο φιλοσοφωτέρας δεῖται ψυχῆς, τὸ χαίρειν μετὰ χαϊρόντων, μᾶλλον ἢ τὸ κλαίειν μετὰ κλαιόντων. Τοῦτο μὲν γὰρ καὶ ἡ φύσις αὐτὴ κατορθοῖ, καὶ οὐδεὶς οὕτω λίθινος, ὅς οὐ κλαίει τὸν ἐν συμφοραῖς ὄντα· ἐκεῖνο δὲ γενναίας σφόδρα δεῖται ψυχῆς, ὥστε τῷ εὐδοκίμουσι μὴ μόνον μὴ φθονεῖν, ἀλλὰ καὶ συνήδεσθαι. Διὰ τοῦτο καὶ πρότερον αὐτὸ τέθεικεν. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀγάπην συνάγει, ὡς ὅταν καὶ χαρᾶς καὶ λύπης κοινωνῶμεν ἀλλήλοις. Μὴ τοῖνον, ἐπειδὴ πόρρω τῶν δεινῶν αὐτὸς ἔστηκας, καὶ τῆς συμπαθείας μένε ἐκτός· καὶ γὰρ καὶ τοῦ πλησίον παθόντος κακῶς, κοινὴν ὀφείλεις ποιεῖσθαι τὴν συμφορὰν. Κοινωνεῖ τοῖνον τῶν δακρύων, ἵνα κουφίσῃ τὴν ἀθυμίαν· κοινωνεῖ χαρᾶς, ἵνα βρίζωσι τὴν εὐφροσύνην, καὶ τῆς ἀγάπης, καὶ πρὸ ἐκείνου σαυτὸν ὠφελήσῃς, διὰ μὲν τοῦ δακρύειν ἐλεήμονα κατασκευάζων, διὰ δὲ τοῦ συνήδεσθαι φθόνου καὶ βασκανίας ἑαυτὸν ἐκκαθαίρων. Σκόπει δὲ μοι καὶ τὸ ἀνεπαχθὲς τοῦ Παύλου. Οὐ γὰρ εἶπε, Ἄσπον τὴν συμφορὰν, ἵνα μὴ λέγῃς πολλάκις ὅτι ἀδύνατον· ἀλλὰ τὸ κουφότερον ἐπέταξε, καὶ οὐ κύριος εἶ. Κἂν γὰρ ἀνελεῖν [681] μὴ δυνηθῆς τὸ δεινόν, εἰσαγε δάκρυα, καὶ τὸ πλεῖον ἀνελεῖς· κἂν μὴ δυνηθῆς αὐξῆσαι τὴν εὐημερίαν, εἰσαγε τὴν χαρὰν, καὶ πολλὴν τὴν προσθήκην ἐποίησας. Διὰ τοῦτο οὐ μόνον μὴ φθονεῖν, ἀλλὰ καὶ ὁ πολλῶν πλέον ἐστὶ παρακαλεῖ, τὸ καὶ συνήδεσθαι· τοῦ γὰρ μὴ φθονεῖν τοῦτο πολὺ πλέον. *Τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονούντες· μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονούντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγομένοι*.

β'. Πολλὴν πάλιν περὶ τῆς ταπεινοφροσύνης ποιεῖται τὴν σπουδὴν, ὅθεν καὶ ἤρξαστο τοῦ λόγου. Καὶ γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς φρονήματος μεσοῦς εἶναι, καὶ ἀπὸ τῆς πόλεως καὶ ἐτέρωθεν πολλαχθῶν· διὸ καὶ συνεχῶς ὑποσύρει τὸ νόσημα, καὶ καταστέλλει τὴν φλεγμονήν. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀποσχίζει σῶμα Ἐκκλησίας, ὡς ἀαζονεῖα. Τί δὲ ἐστὶ, *Τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονούντες*; Παρεγένετό σοι ὁ πένης εἰς τὴν οἰκίαν; Γενοῦ κατ' ἐκεῖνον τῷ φρονήματι· μὴ μείζονα λάθῃς ἤγον διὰ τὸν πλοῦτον· οὐκ ἐστὶ πλούσιος καὶ πένης ἐν Χριστῷ. Μὴ τοῖνον ἐπαισυνθῆς διὰ τὴν ἐξωθεν περιβολὴν, ἀλλ' ἀπόδεξι διὰ τὴν ἔνδον πίστιν· μὴδὲ, ἂν ἴδῃς πενθοῦντα, ἀνάξιον αὐτὸν νομίσῃς παρακαλεῖσαι· μὴδὲ, ἂν ἴδῃς εὐημεροῦντα, ἐρυθριάσῃς κοινωνῆσαι τῆς ἡδονῆς καὶ συνησθῆναι, ἀλλ' ὁ περὶ σεαυτοῦ φρονεῖς, καὶ περὶ ἐκείνου φρόνησον· *Τὸ γὰρ αὐτὸ φρονούντες*, φησίν, *εἰς ἀλλήλους*. Ὅσον, μέγαν σαυτὸν εἶναι νομίζεις; Οὐκοῦν καὶ ἐκεῖνον νομίζε. Ταπεινὸν καὶ μικρὸν εἶναι ὑποπτέεις ἐκεῖνον; Οὐκοῦν καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦτο ψυφίζεις, καὶ πᾶσαν ἀνωμαλίαν ἐκβαλε. Πῶς δ' ἂν γένοιτο τοῦτο; Ἄν τὴν ἀπόνοιαν ἐκβάλῃς. Διὸ καὶ ἐπήγαγε· *Μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονούντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγομένοι*· τούτέστιν, εἰς τὴν ἐκείνων εὐτέλειαν κατὰ θῆτι, συμπεριφέρου, συμπεριέρχου. Μὴ ἀπλῶς τῷ φρονήματι συνταπεινοῦ, ἀλλὰ καὶ βῆθῃ καὶ

^α Duo mss., πεπλημμενῶν. ^β Sic unus cod. recte. Editum fuerat ἴδωμεν. Edit.

melliis afficiamus, sed etiam consolemur et verbis et factis, ut nobis multa prius recondita misericordia,

promissa nobis bona consequamur, gratia et benignitate, etc.

HOMILIA XXII.

CAP. 12. v. 14. *Benedicite persequentibus vos : benedicite, et nolite maledicere.*

rus sis. Cum viderit te, qui caros exspectas, pecuniarum jacturam tremementem, latumque de unius oboli lucro ac modice pecuniæ causa animam prodere, tunc sollicitus esto: hæc enim, hæc, inquam, sunt, quæ Græcum offendunt. Itaque si tuam curas salutem, pro his defensionem tibi para, non verbis, sed rebus et factis. Nam propter illam quæstionem nemo unquam Deum blasphemavit; propter vitam autem pravam mille sunt undique blasphemix. Hoc itaque corrige: alioquin rursus tibi Græcus dicet: Unde discam, quod possibilis præceperit Deus? nam ecce tu cum a majoribus Christianus sis, et in hac bona religione educatus, nihil tamen illa dignum facis. Quid ergo dices? Omnino dices, Ostendam tibi alios qui hæc faciunt, monachos nempe in desertis sedentes. Atqui non erubescis, cum te Christianum esse confiteris et ad alios remittis, ut qui non possis ostendere te ea quæ Christianorum sunt facere? Etenim ille statim dicet: Igitur quæ necessitas est ad montes et deserta migrare? Nam si non possibile sit in mediis civitatibus philosophari, multa hinc criminatio huic religioni inferetur, si debeamus relictis urbibus ad deserta currere. Sed ostende mihi hominem uxorem,

liberos, et domum habentem, qui philosophiæ student. Quid ergo ad hæc dicemus? annon necesse est demisso capite erubescere? Neque enim Christus ita præcepit, sed quomodo? *Luceat lux vestra coram hominibus* (Matth. 5. 16); non coram montibus vel desertis inuisque locis. Hæc porro dico, non ut iis detrahant qui montes occuparunt, sed lugens eos qui in urbibus habitant, quia virtutem inde expulerunt. Quamobrem, obsecro, philosophiam ex montibus huc inducimus, ut civitates sint vere civitates: hæc possumus Græcum emendare, hæc a mille offendiculis liberare. Quamobrem si velis et illum a scandalo liberare et hinc mille frui mercedibus, vitam tuam emenda et undique splendere cura, *Ut homines videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est*. Sic enim et nos frui poterimus ineffabili illa et magna gloria; quam nos omnes assequi contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXVII.

CAP. 14. v. 24. *Ei autem, qui potens est vos confirmare secundum evangelium meum et prædicationem Jesu Christi, secundum revelationem mysterii temporibus æternis taciti; 25: manifestati autem nunc per Scripturas propheticas, secundum præceptum æterni Dei, ad obedientiam fidei, in cunctis gentibus cogniti; 26. soli sapienti Deo, per Jesum Christum, cui gloria in sæcula. Amen. (a).*

1. Mos est semper Paulo precationibus et glorificatione adhortationem claudere: sciebat enim rem non esse levis momenti. Illud porro ex amore et pietate solet facere. Etenim præceptoris est filiorum et Dei amantis, non solum verbo docere, sed etiam per precationem Dei auxilium discipulis conciliare; quod et hic facit. Hac porro serie legendum est: *Ei autem qui potest vos confirmare gloria in sæcula. Amen.* Rursus de infirmis illis agit, et ad illos sermonem convertit. Nam cum increparet, communem faciebat increpationem: nunc vero cum precatur, supplicationem pro istis ponit. Cum dicit autem, *Confirmare*, adjicit quo pacto, *Secundum evangelium meum*. Hoc vero dicens significabat, illos nondum confirmatos esse, et stare quidem, sed nutantes. Deinde ut fide dignum reddat sermonem, adjicit, *Et prædicationem Jesu Christi*; id est, ipse prædicavit. Si ipse prædicavit, non nostra sunt dogmata, sed illius leges. Deindeque de illa prædicatione philosophans, ostendit multæ beneficentiæ esse donum istud, multique honoris. Et primo quidem ab ipso prædicante hoc probat,

deindeque ab iis quæ prædicabantur: evangelia enim erant. Ad hæc vero, ex eo quod nemini nota fuissent ante nos. Hoc porro subindicavit dicens: *Secundum revelationem mysterii*; quod certe amicitix maximæ signum est, quod nos mysteriorum participes fecerit, et neminem ante nos. *Temporibus æternis taciti, manifestati autem nunc*. Olim quidem prædefinitum erat, nunc autem apparuit. Quomodo apparuit? *Per Scripturas propheticas*. Hic rursus metum infirmi abigit. Quid enim times? ne deficias a lege? Hoc vult lex, hoc jam olim prædixit.

Fides obedientia opus habet, non perquisitione. — Si autem examinaveris cur nunc manifestatum sit: non tutam rem facis, cum mysteria Dei curiose inquiris, et rationes exigis. Neque enim talia curiose examinanda sunt, sed amanda et amplectenda. Ideoque hoc animi propositum refrenans, adjecit: *Secundum præceptum æterni Dei ad obedientiam fidei*. Fides enim obedientia opus habet, non curiosa perquisitione: ac cum Deus præcipit, obedire, non curiose inquirere oportet. Deinde aliunde illos confirmat dicens: *In cunctis gentibus cogniti*. Neque enim tu solus, sed universus orbis ita credit, non hominem sed Deum habens doctorem. Quapropter adjecit: *Per Jesum Christum*. Non cognitum autem fuit tantum, sed etiam confirmatum: utrumque vero ipsius opus est. Ideoque ita legendum est: *Ei autem qui potest vos confirmare per Jesum Christum*. Nam, ut dixi, utrumque ipsi adscribit; imo vero non utrumque tantum, sed et gloriam in Patrem. Ideoque dixit: *Cui gloria in sæcula. Amen*. Glorificat etiam de incomprehensibilitate mysteriorum horum stupefactus. Neque enim etiam nunc postquam apparuerunt, cogitationibus illa

(a) Hi tres ultimi versus in vulgatis exemplaribus in fine capituli XVI et ultimi jacent. In exemplari vero Chrysostomi et in quibusdam aliis ad finem capituli XIV adduntur.

φροντίζεις σεαυτοῦ τῆς σωτηρίας, ὑπὲρ τούτων ἀπολογου, μὴ διὰ ῥημάτων, ἀλλὰ διὰ πραγμάτων. Δι' ἐκεῖνο μὲν γὰρ τὸ ζήτημα οὐδεὶς ποτε ἐβλασφήμησε τὸν Θεόν, διὰ δὲ τὸν πονηρὸν βίον μυρία πανταχοῦ βλασφημίαι. Τοῦτο τοῖνον διόρθου· ἐπεὶ πάλιν ἐρεῖ σοι ὁ Ἕλλην· Πόθεν μάθω, ὅτι δυνατὰ ἐπέταξεν ὁ Θεός; Ἰδοὺ γὰρ σὺ Χριστιανὸς ὢν ἐκ προγόνων καὶ ἐντραφεύμενος τῇ καλῇ ταύτῃ θρησκείᾳ, οὐδὲν τοιοῦτον ποιεῖς. Τί οὖν ἐρεῖς; Πάντως ἐρεῖς, ὅτι Δείξω σοι ἑτέρους ποιούντας, μοναχοὺς ἐν ἐρημίαις καθημένους. Εἶτα οὐκ αἰσχύνῃ Χριστιανὸς μὲν εἶναι ὁμολογῶν, πρὸς δὲ ἑτέρους πέμπων, ὡς οὐ δυνάμενος δεῖξαι, ὅτι τὰ Χριστιανῶν ἐπιδεικνυσαι; Καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνος εὐθέως ἐρεῖ· Οὐκοῦν ποία μοι ἀνάγκη βαδίζεις ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ τὰς ἐρημίας διώκεις; Εἰ γὰρ μὴ δυνατὸν ἐν μέσσις στρεφόμενον πόλει φιλοσοφεῖν, πολλὴ τῆς πολιτείας ταύτης ἡ κατηγορία γένοιτο· ἂν, εἰ μέλλοιμεν τὰς πόλεις ἐκλιπόντες, ἐπὶ τὰς ἐρήμους τρέχειν. Ἀλλὰ δεῖξόν μοι ἀνθρώπον γυναῖκα ἔχοντα καὶ παιδία καὶ οἰκίαν, καὶ φιλοσοφούντα. Τί οὖν πρὸς ταῦτα ἐρῶμεν; οὐκ ἀνάγκη κάτω κύπτειν καὶ αἰσχύνεσθαι; Οὐδὲ γὰρ ὁ Χριστὸς οὕτως ἐκέλευσεν· ἀλλὰ

πῶς; *Λαμβάντω τὸ σῶς ὑμῶν ἐμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων*, οὐχὶ τῶν ὄρων [718] οὐδὲ τῆς ἐρημίας καὶ τῆς ἀβάτου. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐ κακίζων τοὺς κατεἰληφότες τὰ ὄρη, ἀλλὰ θρηγῶν τοὺς κατοικοῦντας τὰς πόλεις, ὅτι τὴν ἀρετὴν ἐντεῦθεν ἐξήλασαν. Δι', παρακαλῶ, τὴν φιλοσοφίαν τὴν ἐκείθεν καὶ ἐνταῦθα εἰσαγάγωμεν, ἵνα αἱ πόλεις γένωνται πόλεις· ταῦτα τὸν Ἕλληνα ὀρθῶσαι δύναται, ταῦτα ἀπαλλάξει μυρίων σκανδάλων. Ὅστε, εἰ βούλει κάκεινον ἐλευθερῶσαι σκανδάλου, καὶ αὐτὸς μυρίων ἀπολαῦσαι μισθῶν, τὸν βίον διόρθου τὸν σεαυτοῦ, καὶ πάντοθεν ἀπολάμπειν ποιεῖ, *Ὅπως ἴδωσιν οἱ ἄνθρωποι τὰ καλά ἔργα ὑμῶν*, καὶ *δοξάζωσι τὸν Πατέρα τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Οὕτω γὰρ καὶ ἡμεῖς τῆς ἀπορρήτου ἐκείνης καὶ μεγάλης ἀπολαυσόμεθα δόξης· ἡς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

* Ἵμῶν deerat in Morel.

ΟΜΙΛΙΑ ΚΖ'.

Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίζαι κατὰ τὸ εὐαγγελίον μου καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου, φανερωθέντος δὲ νῦν διὰ γραφῶν προφητικῶν κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ, εἰς ὑπακοὴν πίστεως, εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος· μόνῳ σοφῷ Θεῷ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

α'. Ἔθος αἰεὶ τῷ Παύλῳ εἰς εὐχὰς καὶ δοξολογίας κατακλείειν τὴν παραίνεσιν· οἶδε γὰρ οὐ μικρὰν τὸ πρᾶγμα ἔχον ὄψιν. Τοῦτο δὲ ἀπὸ φιλοστοργίας καὶ εὐλαθείας ποιεῖν εἴθε. Καὶ γὰρ φιλόποιδος καὶ φιλοθέου διδασκάλου τὸ μὴ μόνον λόγῳ παιδεύειν, ἀλλὰ καὶ δι' εὐχῶν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ συμμαχίαν τοῖς διδασκομένοις εἰσάγειν· ὃ δὴ καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ. Ἡ δὲ ἀκολουθία αὐτῆ ἐστὶ· *Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίζαι δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.* Πάλιν γὰρ ἐκεῖνον ἔχειται τῶν ἀσθενῶν, καὶ πρὸς αὐτοὺς τρέπει τὸν λόγον. Ὅτε μὲν γὰρ ἐπετίμα, κοινὴν ἐποιεῖτο τὴν ἐπιτίμησιν· νυνὶ δὲ εὐχόμενος, ὑπὲρ τούτων τίθησι τὴν ἰκετηρίαν. Εἰπὼν δὲ, *στηρίζαι*, ἐπάγει καὶ κατὰ ποῖον τρόπον· *Κατὰ τὸ εὐαγγελίον μου*. Τοῦτο δὲ δηλοῦντος ἦν, ὅτι οὐπω ἦσαν βεβαιωθέντες, ἀλλ' ἐοτήκεσαν μὲν, ἐσαλεύοντο δὲ. Εἶτα ποιῶν τὸν λόγον ἀξιόπιστον, ἐπήγαγε, *καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ*· τουτέστιν ὃ αὐτὸς ἐκήρυξεν. Εἰ δὲ αὐτὸς ἐκήρυξεν, οὐχ ἡμέτερα τὰ δόγματα, ἀλλ' ἐκεῖνου οἱ νόμοι. Φιλοσφῶν δὲ λοιπὸν καὶ περὶ τοῦ κηρύγματος, δείκνυσιν ὅτι πολλῆς εὐεργεσίας τοῦτο τὸ δῶρον, καὶ πολλῆς τῆς τιμῆς. Καὶ πρῶτον μὲν ἀπὸ τοῦ καταργείλαντος τοῦτο κατασκευάζει, ἔπειτα καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν καταγγελθέντων· εὐαγγέλια γὰρ ἦν. Πρὸς τούτοις, ἀπὸ τοῦ μηδενί [719] γνωρίζαι πρὸς ἡμῶν. Τοῦτο γοῦν ἠνέχετο εἰπὼν, *κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου*· ὅπερ μεγίστης φιλίας σημεῖόν ἐστι, τὸ μυστη-

ρίων ποιεῖν κοινωνοὺς, καὶ μηδένα πρὸς ἡμῶν. *Χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου, φανερωθέντος δὲ νῦν.* Πάλαι μὲν γὰρ προαίριστα, ἐφάνη δὲ νῦν. Πῶς ἐφάνη; *διὰ γραφῶν προφητικῶν.* Ἐνταῦθα πάλιν ἐκλείει τὸν φόβον τοῦ ἀσθενοῦς. Τί γὰρ δέδοικας; μὴ ἀποστής τοῦ νόμου; Τοῦτο βούλεται ὁ νόμος, τοῦτο ἄνωθεν προὔλεγεν.

Εἰ δὲ καὶ ἐξετάζεις διὰ τί νῦν ἐφανερῶθη, οὐκ ἀσφαλὲς πρᾶγμα ποιεῖς, μυστήρια Θεοῦ περιεργαζόμενος, καὶ εὐθύνας ἀπειτῶν· οὐδὲ γὰρ πολυπραγμονεῖν τὰ τοιαῦτα δεῖ, ἀλλ' ἀγαπᾶν καὶ στέργειν. Διὸ καὶ αὐτὸς ἐπιστομίζων τὴν τοιαύτην γνώμην ἐπήγαγε, *κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ, εἰς ὑπακοὴν πίστεως*. Ὑπακοῆς γὰρ ἡ πίστις δεῖται, οὐ πολυπραγμοσύνης· καὶ ἐταν Θεὸς ἐπιτάτη, κείθεσθαι, οὐ περιεργάζεσθαι χρή. Εἶτα καὶ ἐτέρωθεν αὐτοὺς παραβαρῦνει λέγων· *εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος*. Οὐ γὰρ σὺ μόνος, ἀλλ' ἡ οἰκουμένη πᾶσα οὕτω πιστεύει, οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλὰ Θεὸν λαβοῦσα διδάσκαλον. Διὸ καὶ ἐπήγαγε, *διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Οὐκ ἐγνωρίσθη δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ εθεβαιώθη· ἀμφοτέρα δὲ αὐτοῦ ἔργα. Διὸ καὶ οὕτως ἀναγνωστέον, τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίζαι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ γὰρ, ὅπερ εἶπον, ἀμφοτέρα αὐτῷ ἀνατίθησι· μᾶλλον δὲ οὐκ ἀμφοτέρα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν τὴν εἰς εἶν Πατέρα. Διὸ καὶ ἔλεγεν· *ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.* Δοξάζει δὲ πάλιν τὸ ἀκατάληπτον τῶν μυστηρίων τούτων ἐκπλητόμενος. Οὐδὲ γὰρ νῦν ὅτε ἐφάνη, λογισμοῖς αὐτὰ καταλαβεῖν δυνατὸν, ἀλλὰ διὰ πίστεως εἰδῆναι χρή β, ἄλλως δὲ οὐκ ἐνι. Καλῶς εἶπε, *μόνῳ σοφῷ*

b Alius, πίστεως ἐπιγνώνας χρή.

Θεῷ. Ὅταν γὰρ ἐνοήσης πῶς τὰ ἔθνη εἰσήγαγε καὶ ἀνεκέρασε τοῖς πάλαι κατωρθωκόσι, πῶς ἀπεγνωσμένους ἔσωσε, πῶς τῆς γῆς ἀναξίους ὄντας εἰς οὐρανὸς ἀνήγαγε, καὶ τῆς παρουσίας ζωῆς ἐκπεπωκότας εἰς τὴν ἀθάνατον ἐκείνην καὶ ἀπόρρητον εἰσήγαγε, καὶ ὑπὸ δαιμόνων πατουμένους ἀγγέλοις ἐφαιμίλλους ἐποίησε, καὶ παράδεισον ἠνέψυξε, καὶ τὰ παλαιὰ ἅπαντα κακὰ ἔλυσε, καὶ ταῦτα ἐν χρόνῳ βραχεῖ, καὶ δι' ὁδοῦ ῥαδίως καὶ συντομιωτάτης· τότε γνώσῃ τὴν σοφίαν, ὅταν ἴδῃς, ὃ μήτε ἀγγελοῖς μήτε ἀρχάγγελοις ἤδωσαν, τοῦτο ἐξαίφνης τοὺς ἐξ ἔθνων μεμαθηκότας διὰ τοῦ Ἰησοῦ. Δέον οὖν θαυμάζειν αὐτοῦ τὴν σοφίαν, καὶ δοξάζειν αὐτόν· σὺ δὲ περὶ μικρὰ στρέφῃ, τῇ σκιᾷ προσεδρεύων· ὅπερ οὐ σφόδρα ἐστὶ δοξάζοντος. Ὁ γὰρ μὴ θαρρῶν αὐτῷ, μηδὲ τῇ πίστει πεποιθὺς, οὐ μαρτυρεῖ τῷ μεγέθει τῶν γενομένων. Ἀλλ' αὐτὸς τὴν ὑπὲρ ἐκείνων δόξαν ἀνήγαγε, κάκεινους εἰς τὸν αὐτὸν ζῆλον ἐνάγων. Ὅταν δὲ ἀκούσης αὐτοῦ λέγοντος, *Μόνω σοφῷ Θεῷ, μὴ πρὸς ἀθέτησιν τοῦ Υἱοῦ νόμιζε τοῦτο λέγεσθαι*. Εἰ [720] γὰρ ἅπαντα ταῦτα, ἀφ' ὧν ἡ σοφία αὐτοῦ δείκνυται, διὰ Χριστοῦ γέγονε, καὶ χωρὶς αὐτοῦ οὐδὲ ἐν γέγονε, εὐδῆλον ὅτι καὶ τὰ τῆς σοφίας ἴσα. Τίνος οὖν ἔνεκεν *Μόνω* εἶρηκε; Πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς κτίσεως ἀπάσης. Ἀποδοῦς τοίνυν τὴν δοξολογίαν, πάλιν ἀπὸ τῆς εὐχῆς ἐπὶ παραίνεσιν χωρεῖ, πρὸς τοὺς ἰσχυρότερους τρέπων τὸν λόγον, καὶ λέγων οὕτως· *Ὁφείλομεν δὲ ἡμεῖς οἱ δυνατοί*. Ὁφείλομεν, οὐ χαριζόμεθα. Τί ὀφείλομεν; *Τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν*.

β'. Εἶδες πῶς ἐπῆρεν αὐτοὺς τοῖς ἐγκωμίοις, οὐχὶ τῷ δυνατοῦς μόνον εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ τῷ μεθ' αὐτοῦ τάξει ἐκείνους; Οὐ ταῦτη δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ χρησίμῳ πάλιν αὐτοὺς ἐπισπᾶται, καὶ ἀνεπαχθῶς· σὺ μὲν γὰρ δυνατὸς εἶ, φησὶ, καὶ καταβαίνων οὐδὲν βλάβη· ἐκείνῳ δὲ περὶ τῶν ἐσχάτων ὁ κίνδυνος, ἀν μὴ διαδοσάξῃται. Καὶ οὐκ εἶπε, Τοὺς ἀσθενεῖς, ἀλλὰ, *Τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων*, εἰς ἔλεον αὐτῶν ἐπισπῶμενος καὶ ἐπικαλῶν· ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φησιν, *Ἦμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον*. Δυνατὸς γέγονας; Ἀπόδος τῷ Θεῷ τὴν ἀμοιβὴν τῷ ποιήσαντί σε τοιοῦτον· ἀποδώσεις δὲ τὴν ἀσθένειαν τοῦ ἀρρώστου διορθούμενος. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἀσθενεῖς ἦμεν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς χάριτος ἐγενόμεθα δυνατοί. Τοῦτο δὲ οὐκ ἐνταῦθα δεῖ μόνον ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλως ἀσθενούντων· ὅσον ἂν ἀκρόχολός τις ᾖ, ἂν ὑβριστής, ἂν ἄλλο τι ἔχων τοιοῦτον ἐλάττωμα, διαδόσασκε. Πῶς δὲ τοῦτο γένοιτο· ἂν, ἀκουσον τῶν ἐξῆς. Εἰπὼν γὰρ, *Ὁφείλομεν βαστάζειν*, ἐπήγαγε, *Καὶ μὴ ἑαυτοῖς ἠρέσκειν*. *Ἐκαστος ἡμῶν τῷ πλησίον ἀρεσκέτω εἰς τὸ ἀγαθόν, πρὸς οἰκοδομίην*. Ὁ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστι· Δυνατὸς εἶ; Λαμβανέτω σου πείραν τῆς δυνάμεως ὁ ἀσθενής· ἐκείνος μανθανέτω σου τὴν ἰσχύν, ἐκείνῳ ἄρεσον. Καὶ οὐκ ἀπλῶς εἶπεν, *Ἄρεσον*, ἀλλ', *Εἰς τὸ ἀγαθόν*· καὶ οὐδὲ ἀπλῶς εἰς τὸ ἀγαθόν, ἵνα μὴ λέγῃ ὁ τέλειος, Ἴδου γὰρ εἰς τὸ ἀγαθόν ἔλκω, ἀλλὰ προσέθηκε, *Πρὸς οἰκοδομίην*. Ὡστε κἂν πλουτηῖς, κἂν ἐν δυναστείᾳ ᾖς, μὴ σαυτῷ, ἀλλὰ τῷ πένητι καὶ τῷ δεομένῳ ἄρεσκε· οὕτω γὰρ καὶ δόξης ἀπολαύσῃ τῆς ἀληθοῦς, καὶ ὠφέλειαν ἐργάσῃ πολλήν. Ἡ μὲν γὰρ τῶν βιωτικῶν δόξῃ εὐθῆσι; ἀφίπταται·

ἡ δὲ τῶν πνευματικῶν μένει, ἂν πρὸς οἰκοδομίην τοῦτο ποιῆς. Διὸ παρὰ πάντων τοῦτο ἀπαιτεῖ· οὐ γὰρ ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα, ἀλλ' *Ἐκαστος ἡμῶν*. Εἴτα ἐπειδὴ μέγα ἐπέταξε, καὶ τῆς οἰκείας ἐκέλευσε καθυφείναι τελεϊότητος εἰς τὸ διορθῶσαι τὴν ἐτέρον ἀσθένειαν, πάλιν τὸν Χριστὸν εἰσάγει μέσον λέγων· *Καὶ γὰρ Χριστὸς οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν*· ὅπερ καὶ αἰετοῖε. Καὶ γὰρ ὅτε περὶ ἐλεημοσύνης ἔλεγεν, αὐτὸν παρήγαγε, λέγων· *Γινώσκετε τὴν χάριν τοῦ Κυρίου, ὅτι δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσεν πλούσιος ὢν*· καὶ ὅτε εἰς ἀγάπην καλοῦ τρεπεν, ἐκείθεν προὔτρεψεν, εἰπὼν· *Καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς*· καὶ ὅτε περὶ τοῦ φέρειν ἀισχύνην καὶ κινδύνους συνεβούλευεν, ἐπ' αὐτὸν κατέφυγε, [721] λέγων· *Ὅς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρῆς ὑπέμεινε σταυρὸν, ἀισχύνης κατακροτήσας*. Οὕτω καὶ ἐν ταῦθα δείκνυσι καὶ αὐτὸν τοῦτο ποιήσαντα, καὶ τὸν προφήτην ἄνωθεν προαναφωνήσαντα· διὸ καὶ ἐπήγαγε, *Καθὼς γέγραπται, Οἱ ὄνειδισμοὶ τῶν ὄνειδίζοντων σε ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ*. Τί δὲ ἐστίν, *Ὁὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν*; Ἐξῆν αὐτῷ μὴ ὀνειδισθῆναι, ἐξῆν μὴ παθεῖν ἅπερ ἔπαθεν, εἰ γε ἤθελε τὸ ἑαυτοῦ σκοπεῖν· ἀλλ' ὅμως οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλὰ τὸ ἡμέτερον σκοπήσας, τὸ ἑαυτοῦ παρεῖδε. Καὶ τίνος ἔνεκεν οὐκ εἶπεν, Ἐαυτὸν ἐκένωσεν; Ὅτι οὐ τοῦτο ἐβούλετο δεῖξαι μόνον, ὅτι ἀνθρώπος γέγονεν, ἀλλ' ὅτι καὶ ὑβρισθῆ, καὶ πονηρὰν παρὰ πολλοῖς ἔλαβε δόξαν, ἀσθενής εἶναι νομισθεῖς. Εἰ γὰρ *Ἰδὸς εἰ*, φησὶ, τοῦ Θεοῦ, *κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ*· καὶ, *Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι*. Διὸ πράγματος ἐμνημόνευσε χρησιμύμενος αὐτῷ εἰς τὴν παρουσίαν ὑπόθεσιν, καὶ δείκνυσι πολλῷ πλέον οὐ ἐπηγγέλατο. Οὐ γὰρ τὸν Χριστὸν δείκνυσιν ὀνειδισθέντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν Πατέρα· *Οἱ ὀνειδισμοὶ γὰρ τῶν ὀνειδίζοντων σε ἐπέπεσον*, φησιν, *ἐπ' ἐμέ*. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Οὐδὲν συνέδη καινῶν, οὐδὲν ξένον. Οἱ γὰρ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς ὀνειδίζοντες αὐτῷ μελετήσαντες, οὗτοι καὶ κατὰ τοῦ παιδὸς ἐμάνθησαν. Ταῦτα δὲ ἐγράφη, ἵνα μιμώμεθα. Ἐνταῦθα αὐτοῦ καὶ εἰς πειρασμῶν ὑπομονὴν ἀλείφει λοιπόν· Ὅσα γὰρ προεγράφη, φησιν, εἰς διδασκαλίαν ἡμῶν προεγράφη· *Ἴνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν Γραφῶν τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν*, τοῦτό ἐστιν, ἵνα μὴ ἐκπέσωμεν. Ποικίλοι γὰρ οἱ ἀγῶνες ἔσωθεν, ἐξώθεν, ἵνα νευρούμενοι καὶ παρακαλούμενοι παρὰ τῶν Γραφῶν, ὑπομονὴν ἐπιδειξώμεθα, ἵνα ἐν ὑπομονῇ ζῶντες, μένωμεν ἐπὶ τῆς ἐλπίδος. Ταῦτα γὰρ ἀλλήλων ἐστὶ κατασκευαστικά, ἡ ὑπομονὴ τῆς ἐλπίδος, ἡ ἐλπίς τῆς ὑπομονῆς· ἅπερ ἀμφοτέρω ἀπὸ τῶν Γραφῶν γίνεται. Εἴτα πάλιν εἰς εὐχὴν περιτρέπει τὸν λόγον, λέγων· *Ὁ δὲ Θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως δόξῃ ὑμῖν τὸ αὐτὸ φρονεῖ ἐν ἀλλήλοις, κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν*. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε τὰ παρ' αὐτοῦ, καὶ τὰ ὑποδείγματα ἐπήγαγε τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν Γραφῶν προσέθηκε μαρτυρίαν, δείκνυς ὅτι μετὰ τῶν Γραφῶν καὶ αὐτὸς πάλιν δίδωσι τὴν ὑπομονήν. Διὸ τοῦτο ἔλεγεν, *Ὁ δὲ Θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως δόξῃ ὑμῖν τὸ αὐτὸ φρονεῖ ἐν ἀλλήλοις, κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν*. Τοῦτο γὰρ ἐστὶν ἀγάπης^β, ὃ περὶ ἑαυτοῦ τις φρονεῖ, τοῦτο καὶ περὶ τοῦ ἄλλου.

^a Alius συνεβούλευεν. ^b Alius ἐστὶν ἀγάπη.

comprehendi possunt, sed per fidem illa nosse oportet; alio autem modo non licet. Bene dixit, *Soli sapienti Deo*. Cum enim cogitaveris, quo pacto gentes induxerit, et cum aliis olim probe viventibus commiscuerit, quomodo desperatos servavit, quomodo terra indignos in cælum induxerit, et a præsenti vita delapsos in æternam illam et ineffabilem transtulerit, et a dæmonibus conculcatis angelis æquales fecerit, et paradisum illis aperuerit, omniaque vetera mala solverit, et hæc brevi tempore, perque facilem et compendiosam viam: tunc sapientiam cognosces, cum videbis illud, quod neque angeli, neque archangeli sciebant, gentiles repente per Jesum edoctos fuisse. Cum ergo oporteret ejus mirari sapientiam, ipsumque glorificare; tu circa exigua versaris, adhuc in umbra sedens, quod non valde est Christum glorificantis. Qui enim illi non fudit, nec fide persuasus est, ejus operum magnitudini testimonium non præbet. Verum pro illis gloriæ ipsi refert Paulus, illosque ad idem studium provocat. Cum vero audis illum dicentem, *Soli sapienti Deo*, ne putes hoc dici ad contemptum Filii. Si enim hæc omnia, per quæ sapientia ejus ostenditur, per Christum facta sunt, et sine ipso factum est nihil: palam est ea, quæ ad sapientiam spectant, paria esse. Cur ergo, *Soli*, dixit? Ad differentiam universæ creaturæ. Reddita igitur glorificatione, rursus a precatione in adhortationem venit, ad fortiores sermonem convertens, ac dicens: *Cap. 15.) 1. Debemus autem nos, qui potentes sumus. Debemus, non gratificamur. Quid debemus? Imbecillitates infirmorum sustinere.*

2. Viden' quomodo illos encomiis efferat, non solum quod potentes vocet, sed quod illos secum statuat? Neque hoc solum modo, sed ex utilitate illos allicit, et sine aliqua molestia. Tu enim potens es, inquit, et si te demittas, nihil hinc tibi damni: ille vero de extremis periclitatur, nisi sustentetur. Neque dixit, *Infirmos, sed, Imbecillitates infirmorum*, ad misericordiam ipsos attrahens et advocans: ut sibi dicit: *Vos spirituales hujusmodi hominem instruite (Gal. 6. 1). Potens factus es? Redde Deo mercedem, qui te talem fecit: reddes autem, si ægroti infirmitatem emendaveris. Nam et nos infirmi eramus, sed a gratia potentes facti sumus. Hoc autem non hic tantum faciendum est, sed etiam erga eos, qui alio modo infirmantur. Exempli causa, si iracundus quis fuerit aut conviciator, aut si aliquo hujusmodi vitio laboret, id sustine. Quomodo autem hoc fiet? audi sequentia. Cum enim dixisset, *Debemus sustinere*, adjunxit, 2. *Et non nobis placere. Unusquisque vestrum proximo placeat in bonum ad ædificationem*. Id est: Potens es? Experimentum potentiæ tuæ sumat infirmus; fortitudinem ille tuam ediscat; illi placeas. Nec simpliciter dixit, *Placeas, sed, In bonum*; neque tantum in bonum, ne dicat perfectus: Ecce enim illum ad bonum traho; sed adjecit, *Ad ædificationem*. Itaque etiamsi dives sis, etiamsi in potentia sis: ne tibi ipsi, sed pauperi et egeno placeas: sic enim et vera gloria frueris, et utilitatem multam afferes. Nam*

sæcularis gloria confestim avolat; illa vero, quæ ex spiritualibus nascitur, manet, si ad ædificationem hoc facias. Ideoque ab omnibus illud exigit: neque enim ille vel ille, sed *Unusquisque vestrum*. Deinde quia magnum quidpiam præcepit, et propriam demittere perfectionem jussit, ut corrigatur alterius infirmitas, rursus Christum in medium adducit: 3. *Etenim Christus non sibi placuit*. Quod ille quidem semper facit. Nam cum de eleemosyna loqueretur, ipsum adducebat, dicens: *Cognoscite gratium Domini, quia cum dives esset, propter nos factus est pauper (2. Cor. 8. 9)*. Et cum ad dilectionem adhortaretur, inde etiam adhortabatur, dicens: *Quemadmodum et Christus dilexit nos (Ephes. 5. 25)*. Et cum de ferendo pudore atque periculis consilium daret, ad ipsum confugit dicens: *Qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta (Hebr. 12. 2)*. Ita et hic Christum idem fecisse ostendit, et prophetiam inducit idipsum olim prædicentem: quapropter subjungit: *Sicut scriptum est: Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Quid vero sibi vult illud, Non sibi placuit? Poterat ille non opprobria ferre; poterat non pati quæ passus est, si sua spectare voluisset. At ille noluit; sed quod nostrum erat respiciens, quod ad se pertinebat neglexit. Et cur non dixit, Seipsum evacuavit? Quia non hoc solum ostendere volebat, quod homo factus sit, sed quod et contumeliam passus, et malam apud plurimos acceperit famam, cum infirmus esse putaretur. Nam dicebant ei: *Si Filius Dei es, descende de cruce; et, Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere (Matth. 27. 40 et 42)*. Ideo rem commemorat ad præsens argumentum ipsi utilem, exhibetque multo plus, quam promisit. Non enim Christum solummodo opprobriis affectum ostendit; sed etiam Patrem: nam ait, *Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me*; id est, nihil novi accidit, nihil peregrinum. Qui enim in veteri lege exprobrare illi cogitaverant, iidem contra Filium furore correpti sunt. Hæc porro scripta sunt, ut nos imitemur. Illic illos ad patientiam in tentationibus munit deinceps: nam ait: 4. *Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus*; id est, ne excidamus. Varii siquidem sunt agones, intus et foris, ut roborati et consolatione accepta per Scripturas, patientiam exhibeamus; ut in patientia viventes, maneamus in spe. Nam alia ab aliis mutuo generantur, patientia a spe, spes a patientia: quæ ambo a Scripturis nascuntur. Deinde rursus ad orationem sermonem convertit, dicens: 5. *Deus autem patientiæ et solatii det vobis idipsum sapere in alterutrum, secundum Jesum Christum*. Quia enim quæ sua erant dixerat, Christi exempla subjecit, testimonium ex Scripturis attulit, ostendens se cum Scripturis etiam patientiam dare. Ideo dicebat: *Deus autem patientiæ et solatii det vobis idipsum sapere in alterutrum, secundum Christum Jesum*. Hoc enim est dilectionis, ut quod de seipso sentit, idipsum de alio sentiat.*

3. Deinde ut ostendat se non simpliciter dilectionem querere, subjungit, *Secundum Christum Jesum* : quod ubique facit, quoniam aliud est dilectionis genus. Et quodnam est concordiae lucrum? 6. *Ut unanimiter*, inquit, *uno ore glorificetis Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi*. Non dixit solum, *Uno ore*, sed et una anima hoc fieri jussit. Viden' quomodo totum corpus conjunxerit, et quomodo rursus sermonem in glorificationem concluderit? Unde potissimum ad consensum et concordiam inducit. Deinde rursum in eadem adhortatione pergit, dicens : 7. *Propterea, suscipite vos mutuo, sicut et Christus suscepit vos ad gloriam Dei*. Rursus exemplum a supernis ducit, et ineffabile lucrum : nam hoc maxime Deum glorificat, quod hoc consensu nos mutuo muniamus. Itaque etiamsi dolens pro hac re a fratre dissentias, cogitans te si iram dimittas, Dominum tuum glorificare, etiamsi non propter fratrem, propter hoc ipsum reconciliare : imo propter hoc ipsum primo. Nam hoc Christus semper suis deque versat, et Patrem alloquens dicebat : *In hoc cognoscent omnes quod tu me miseris, si fuerint unum (Joan. 17. 21)*.

Dilectio commendatur etiam erga inimicos.—Obtemperemus igitur, et nos mutuo jungamus. Hic enim non jam infirmos tantum, sed omnes excitat. Et si quis a te discindi cupiat, ne discindaris tu, neque hoc frigidum verbum proferas : Si me dilexerit, diligo ; et si non dilexerit dexter oculus, effodiam illum : nam satanica sunt hæc dicta, et ad gentilium similitates pertinent. Tu vero, qui ad majus institutum vitæ vocatus es, et in caelo descriptus, majoribus es legibus subditus. Ne ista dixeris ; sed cum te ille diligere nolet, tunc majorem illi dilectionem exhibe, ut illum allicias : membrum enim est ; membrum autem cum per necessitatem quampiam a reliquo corpore scinditur, nihil non agimus, ut illud rursus uniamus, et tunc majorem impendimus curam. Etenim major est merces, cum non diligere volentem attraxeris. Si enim ad prandium invitare jubet eos, qui nobis non possunt vicem rependere, ut merces augeatur ; multo magis in dilectione hoc faciendum est. Nam is qui dilectus diligit, mercedem tibi reddidit ; qui vero dilectus non diligit, Deum tibi debitorem constituit : ac præterea cum te diligit, non multa cura opus habet ; cum autem non diligit, tunc tuo opus habet auxilio. Ne igitur curæ ac diligentiae causam reddas ignaviae causam, nec dicas : Quia infirmatur, ideo ipsum negligam ; morbus enim est dilectionis frigiditas ; sed tu sove id quod refrigeratum est. Quid vero, inquires, si non incalescat? Mane semper quæ tua sunt faciens. Quid si magis aversetur? Rursus majorem tibi mercedem conciliat, et tanto magis te ostendit Christi imitatorum. Nam si diligere invicem discipulorum insigne est : *In hoc enim, inquit, cognoscent omnes quod discipuli mei estis, si diligatis invicem (Joan. 13. 35)* ; cogita quantum sit odientem se diligere. Nam Dominus tuus eos qui se oderant diligebat et hortabatur ; et quanto infirmiores erant, tanto magis illorum gerebat curam, et clamabat dicens : *Non opus habent*

bene valentes medico, sed qui male habent (Matth. 9. 12) : et publicanos peccatoresque sua dignabatur mensa ; et quanto majori illum ignominia dedecoravit Judæorum populus, tanto majorem illi honorem et curam exhibuit ; imo multo majorem. Hunc et tu armulare. Neque enim parva res est hoc opus, sed sine quo ne martyr quidem admodum potest placere Deo, quemadmodum Paulus dicit (1. Cor. 13. 3). Ne itaque dicas, Odio habeor, et ideo non diligo : ideo enim magis amare debes. Alioquin autem non potest is, qui diligit, tam cito odio haberi ; sed etiamsi fera quis fuerit, diligentes se diligit : hoc enim, inquit, faciuus ethnici et publicani (Matth. 5). Quod si quisque diligentes se diligit, eos qui odio habuit diligunt, quis non dilexerit? Hoc itaque exhibeto, et ne finem facias hoc dicendi, quantumcumque me odio habeas, te diligere non cessabo, et omnem contentionem sedasti, et omnem animum emollivisti. Morbus enim hic aut ex inflammatione oritur, aut ex frigiditate : sed utriusque dilectionis vis ex ardore suo mederi solet. Non vides turpes illos amatores, ut alas, sputa, opprobria et innumera mala patiuntur a mulieribus illis meretricibus? Quid ergo hunc solvet amorem? contumelia? Nequaquam, imo magis accendent : etiamsi illæ quæ hæc faciunt, præterquam quod scorta sunt, ex obscuro et vili genere sint ; qui vero hæc patiuntur, claros sæpe possint progenitores numerare, et alia ratione illustres sint : attamen ne hoc quidem illos solvit, nec ab amata avellit.

4. Annon erubescimus, quod non tantam secundum Deum dilectionem exhibere possimus, quantum illa vis diabolici et daemoniaci amoris? non cogitas hoc maximum esse telum contra diabolum? Non consideras quod malus ille dæmon instet illudque exosum membrum ad se trahat, suumque facere coretur? tu vero prætercurris, et pugnae præmium prodis? Nam veluti præmium in medio jacet frater : si viceris, coronam accipies ; sin ignave agas, incoronatus discedes. Finem ergo fac satanicum illud dictum proferendi, Si frater meus me oderit, ne videre quidem illum volo. Nihil enim turpius hoc dicto, etiamsi illud generosi esse animi putent multi : at nihil his ignobilius, stultius, immanius. Ideo maxime doleo, quod multi putent ea, quæ ad militiam pertinent, esse virtutem : ac quod despiciere et contemnere, splendidum et honestum videatur esse. Illic maximus est diaboli laqueus, quod nequitia bona tribuatur fama : quare difficile est malum hoc deleri. Etenim multos ego audiui gloriantes, quod sibi adversantes non adirent : atqui Dominus tuus in ea re gloriatur. Quoties illum homines conspuerunt? quoties aversati sunt? ille vero non cessat accurrens. Ne igitur dicas, Me odio habentes adire non possum ; sed dic, Respuentes me respuere nequeo. Hoc dictum est discipuli Christi ; ut illud aliud diaboli ; hoc illustres fecit et claros, aliud vero turpes ac ridiculos. Ideo miramur Moysen, quod ipso Deo dicente, *Dimitte me, et iratus conteram illos (Exod. 32. 10. 32)*, non potuerit illos respuere, qui illum sæpe aversati fue-

γ. Εἶτα πάλιν δεικνύς, ὅτι οὐχ ἀπλῶς ἀγάπην ζητεῖ, ἐπήγαγε, *Κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν* · ὁ πανταχοῦ ποιεῖ, ἐπειδὴ ἐστὶ καὶ ἑτέρα ἀγάπη. Καὶ τί τὸ κέρδος τῆς συμφωνίας; *Ἰνα ὁμοθυμαδὸν*, φησὶν, *ἐν ἐνὶ στόματι δοξάζητε τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Οὐκ εἶπεν ἀπλῶς, *Ἐν ἐνὶ στόματι*, ἀλλὰ καὶ *μὲν* ψυχῇ τοῦτο ποιεῖν ἐκέλευσεν. Εἶδες πῶς τὸ σῶμα ἤνωσεν ἅπαν, καὶ πῶς τὸν λόγον κατέκλεισε πάλιν εἰς δοξολογίαν; Ὅθεν καὶ ἐνάγει μάλιστα εἰς ὁμόνοιαν καὶ συμφωνίαν. Εἶτα πάλιν ἐντεύθει τῆς αὐτῆς [722] παραίνεσως ἔχειται λέγων · *Διὸ προσλαμβάνεσθε ἀλλήλους, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προσελάβετο ὑμᾶς εἰς δόξαν Θεοῦ*. Πάλιν τὸ παράδειγμα ἄνωθεν, καὶ τὸ κέρδος ἄφατον · μάλιστα γὰρ τὸν Θεὸν τοῦτο δοξάζει τὸ συμπεφράχθαι. Ὅσπερ κἀν ἀγῶν ὑπὲρ αὐτοῦ διαστασιάζῃς πρὸς τὸν ἀδελφόν, ἐνοήσα; ὅτι καταλύσας τὴν ὀργὴν τὸν Δεσπότην σου δοξάζεις, κἀν μὴ διὰ τὸν ἀδελφόν, δι' αὐτὸ γοῦν τοῦτο καταλλάγηθι · μᾶλλον δὲ διὰ τοῦτο πρῶτον. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς τοῦτο ἄνω καὶ κάτω στρέφει, καὶ τῷ Πατρὶ διαλεγόμενος ἔλεγεν · *Ἐν τούτῳ γινώσκονται πάντες, ὅτι σὶ μὴ ἀπέστειλεις, ἕαν ὦσιν ἔν*.

Πειθόμεθα τοίνυν, καὶ συνάπτωμεν ἑαυτοὺς ἀλλήλοις. Ἐνταῦθα γὰρ οὐκέτι τοὺς ἀσθενεῖς, ἀλλὰ πάντας διεγείρει. Κἀν βούληται τις ἀποβράχθῃ σου, μὴ καὶ σὺ ἀποβράχῃς, μηδὲ τὸ ψυχρὸν ἐκεῖνο φθέγγῃ ῥῆμα, Ἐὰν φιλή με, φιλῶ · ἕαν μὴ φιλή με ὁ δεξιὸς ὀφθαλμός, ἐξορύξω αὐτόν · σατανικὰ γὰρ τὰ ῥήματα ταῦτα, καὶ τελωνῶν ἄξια, καὶ τῆς Ἑλλήνων μικροψυχίας. Σὺ δὲ ὁ πρὸς μέγιστον κληθεὶς πολιτεῖαν, καὶ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἐγγραφεὶς, μετρίων ὑπεύθυνος εἶ νόμων. Μὴ δὲ λέγε ταῦτα, ἀλλ' ὅταν σε μὴ βούληται φιλεῖν, τότε πλείονα ἐπιδεικνύσσο τὴν ἀγάπην, ἵνα αὐτὸν ἐπισπάσῃ · καὶ γὰρ μέλος ἐστὶ · τὸ δὲ μέλος ὅταν ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ἀποσιζήται τοῦ λοιποῦ σώματος, πάντα ποιούμεν ὥστε ἐνώσαι πάλιν αὐτὸ, καὶ πλείονα πρόνοιαν ἐπιδεικνύμεθα τότε. Καὶ γὰρ πλείων ὁ μισθός, ὅταν μὴ βουλόμενον φιλεῖν ἐφελαύσῃ. Εἰ γὰρ ἐπὶ ἀρίστου κελεύει καλεῖν τοὺς μὴ δυναμένους ἡμῖν ἀντιδοῦναι, ἵνα αὐξήθῃ τὰ τῆς ἀντιδόσεως · πολλῶν μᾶλλον ἐπὶ φίλιας τοῦτο δεῖ ποιεῖν. Ὁ μὲν γὰρ φιλούμενος καὶ φιλῶν ἀπέδωκέ σοι τὴν ἀμοιβήν · ὁ δὲ φιλούμενος καὶ μὴ φιλῶν, ἀνθ' ἑαυτοῦ τὸν Θεόν σοι χρεώστην κατέστησε · καὶ χωρὶς τούτων, ὅταν μὲν φιλή σε, τὸ πολλῆς δεῖται τῆς σπουδῆς · ὅταν δὲ μὴ φιλή, τότε σου χρεῖαν ἔχει τῆς ἀντιλήψεως. Μὴ τοίνυν τὴν αἰτίαν τῆς σπουδῆς αἰτίαν ποιῶ ῥαθυμίας, μηδὲ λέγε, ὅτι Ἐπειδὴ νοσεῖ, διὰ τοῦτο αὐτοῦ ἀμελῶ · καὶ γὰρ νόσος ἐστὶν ἢ καταψυξίς τῆς ἀγάπης · ἀλλὰ σὺ θέρμανον τὸ καταψυχθέν. Τί οὖν ἐάν μὴ θερμαινῆται, φησὶ; Μένε τὰ σαυτοῦ ποιῶν. Τί οὖν, ἂν μετρίως διαστρέφεται; Πάλιν μετρίονα σοὶ τὴν ἀντίδοσιν προσξενεῖ, καὶ τοσοῦτον μᾶλλον δεικνύσει τοῦ Χριστοῦ μιμητήν. Εἰ γὰρ τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους, γινώρισμα μαθητῶν · *Ἐν τούτῳ γὰρ γινώσκονται πάντες*, φησὶν, *ὅτι ἔμοι μαθητὰ ἔσθε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους* · τὸ τὸν μισοῦντα φιλεῖν, ἐνόησον ἡλίκοι. Καὶ γὰρ ὁ Δεσπότης σου μισοῦντας ἐφιλεῖ καὶ παρεκάλει · καὶ ὅσῳ ἀσθενεῖς ἦσαν, τοσοῦτω μᾶλλον αὐτῶν ἐπεμελεῖτο, καὶ ἔθοα λέγων, *Οὐ χρεῖαν ἔχουσιν οἱ ἰσχυρότεροι ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες*. Καὶ τραπέζῃ; ἡξίου τῆς αὐτοῦ τελώνας καὶ ἀμαρτωλοῦς [723] καὶ ὅτην αὐτὴν ἠτίμασεν αἰτιμίαν ὁ τῶν Ἰουδαίων δῆμος, τοσαύτην περὶ αὐτοὺς ἐπεδείξατο τι-

μὴν καὶ κηδεμονίαν, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῶν πλείονα. Τοῦτον καὶ σὺ ζήλωσον. Οὐδὲ γὰρ μικρὸν ἐστὶ τὸ κατορθούμενον, ἀλλ' οὐ χωρὶς οὐδὲ ὁ μαρτυρῶν ἀφόδρα δύναται ἀρέσαι Θεῷ, καθὼς ὁ Παῦλος φησὶ. Μὴ τοίνυν λέγε, ὅτι Μισοῦμαι, καὶ διὰ τοῦτο οὐ φιλῶ · διὰ γὰρ τοῦτο μάλιστα φιλεῖν ὀφείλεις. Ἄλλως δὲ οὐδ' ἐνὶ φιλοῦντα μισεῖσθαι ταχέως, ἀλλὰ κἀν θηρίον ἦ τις, τοὺς φιλοῦντας φιλεῖ · τοῦτο γὰρ καὶ οἱ ἐθνικοὶ, φησὶ, καὶ οἱ τελῶναι ποιοῦσιν. Εἰ δὲ τοὺς φιλοῦντας ἕκαστος φιλεῖ, τοὺς μετὰ τοῦ μισεῖσθαι φιλοῦντας; τίς οὐκ ἂν ἀγαπήσει; Τοῦτο τοίνυν ἐπιδείξει, καὶ μὴ καύση λέγων τοῦτο τὸ ῥῆμα, ὅτι ὅσῳ ἂν μεμισήσῃς, οὐ καύσομαι σε φιλῶν, καὶ πᾶσαν φιλονεικίαν ἐγάλασας, καὶ πᾶσαν ψυχὴν ἐμάλαξας. Ἡ γὰρ ἀπὸ φιλεγμονῆς γίνεται τὸ νόσημα τοῦτο, ἢ ἀπὸ ψυχρότητος · ἀλλ' ἀμφοτέρω τῆς ἀγάπης δύναμις διορθοῦν εἰσθε τῇ θερμότητι. Οὐχ ὄρας τοὺς αἰσχροῦς ἐρῶντας ῥαπίζομένους, ἐμπυτομένους, ὄνειδιζομένους. μυρία πάσχοντας δεινὰ ὑπὸ τῶν πορνεομένων γυναικῶν ἐκείνων; Τί οὖν ἐξέλυσε τοῦτον τὸν ξριωτα; τὰ τῶν ὕδρων; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀνῆψεν · καίτοι γε αἱ μὲν ταῦτα ποιοῦσαι μετὰ τοῦ πορνεῦσθαι καὶ ἀσῆμου γένους εἰσι καὶ εὐτελοῦς, οἱ δὲ πάσχοντες πολλάκις λαμπροῦς ἔχουσι προγόνους ἀριθμεῖν, καὶ πολλὴν ἄλλην περιφάνειαν λέγειν · ἀλλ' ὅμως οὐδὲ τοῦτο αὐτοὺς ἐκκλύει, οὐδὲ ἀφίστησι τῆς ἐρωμένης.

δ. Εἶτα οὐκ αἰσχυρόμεθα, ὅταν ὁ τοῦ διαδόλου καὶ τῶν δαιμόνων ἔρωσι ἰσχύον ἔχει, ταύτην οὐ δύναμενοι περὶ τὴν κατὰ Θεὸν ἐπιδείξα· φιλίαν; οὐκ ἐννοεῖς, ὅτι τοῦτο μέγιστόν ἐστιν ὄπλον κατὰ τὸν διαδόλου · οὐ συνοραῖς, ὅτι παρέστηκεν ὁ πονηρὸς δαίμων ἐκεῖνος, ἔλκων πρὸς ἑαυτὸν τὸν μισοῦμενον, καὶ βουλόμενος πλεονεκτεῖσαι τὸ μέλος; σὺ δὲ παρατρέχεις, καὶ τὸ ἐπαθλον προδίδως τῇ μάχῃ; Καὶ γὰρ ἐπαθλον ὁ ἀδελφός ἐν τῷ μέσῳ κεῖται · κἀν περιγένῃ, σὺ τὸν στέφανον ἔλαβες · ἂν δὲ ῥαθυμῆτης, ἀστεφανώτος ἀνεχώρησας. Παῦσαι τοίνυν τὸ σατανικὸν ἐκεῖνο φεγγόμενος ῥῆμα, ὅτι Ἐὰν ἀδελφός μου μισῇ με, οὐδὲ ἰδεῖν αὐτὸν βούλομαι. Οὐδὲν γὰρ αἰσχυρότερον τοῦ ῥήματος τούτου, καίτοι γε εὐγενούς αὐτὸ ψυχῆς δεῖγμα εἶναι τίθεται οἱ πολλοὶ · ἀλλ' οὐδὲν τούτων δυσγενέστερον οὐδὲ ανοητότερον οὐδὲ ὠμότερον. Διὸ δὴ μάλιστα καὶ πενθῶ, ὅτι τὰ τῆς κακίας ἀρετῆς εἶναι νομίζουσιν οἱ πολλοὶ, καὶ ὑπερορᾶν καὶ καταφρονεῖν, λαμπρὸν ἔδοξεν εἶναι καὶ σεμνόν · ὅπερ μεγίστη παγίς ἐστὶ τοῦ διαδόλου, τὸ καὶ ἀγαθὸν περιθεῖσαι δόξαν τῇ πονηρίᾳ · διὸ καὶ δυσεξάλειπτος γίνεται. Καὶ γὰρ πολλῶν ἔγωγε ἤκουσα σεμνυνομένων ἐπὶ τῷ μὴ προσεῖσθαι τοὺς ἀποστρεφόμενους αὐτοὺς · καίτοι γε ὁ Δεσπότης σου καὶ ἐγκαλωπιζέται τούτῳ. Ποσάκις γοῦν αὐτὸν διέπτυσαν ἄνθρωποι; ποσάκις ἀπεστράφησαν; αὐτὸς δὲ οὐ παύεται ἐπιτρέχων. Μὴ τοίνυν λέγε, ὅτι Οὐ δύναμαι προσεῖσθαι τοὺς μισοῦντας, ἀλλ' εἶπέ, ὅτι Οὐ δύναμαι διαπτύσαι τοὺς διαπτύοντας. Τοῦτο τοῦ μαθητοῦ [724] τοῦ Χριστοῦ τὸ ῥῆμα, ὡς τό γε ἕτερον τοῦ διαδόλου · τοῦτο λαμπροῦς ἐποίησε καὶ ἐνόησεν, ὡς τό γε ἕτερον αἰσχροῦ καὶ καταγελάστου. Διὰ τοῦτο θαυμάζομεν Μωϋσεᾶ, ὅτι καὶ τοῦ Θεοῦ λέγοντος, *Ἔασόν με, καὶ θυμωθῆς ἐκτρέψω αὐτοὺς*, οὐκ ἠδυνήθη διαπτύσαι τοὺς πολλάκις αὐτὸν ἀποστραφέντας, ἀλλ' ἔλεγεν, *Εἰ μὲν ἀφῆς αὐτοῖς τὴν ἀμαρτίαν, ἄφεσις* · εἰ δὲ μὴ, *κἀμὲ ἐξάλειψον*. Θεοῦ γὰρ φίλος ἦν καὶ μιμητής. Μὴ δὲ ἂν σεμνυνώ-

* Sic Mss. Editi male, μηδὲ.

μεδᾶ ἐν οἷς ἐγκαλύπτεσθαι δεῖ, μηδὲ λέγωμεν τὰ τῶν ἀγοραίων τούτων καὶ σεσυρμένων ἀνθρώπων, Οἶδα καταπτύσαι μυριαῶν· ἀλλὰ κἄν ἕτερος τοῦτο λέγῃ, καταγελωμένον καὶ ἐπιστομίζωμεν, ὅτι καλλωπίζεται ἐφ' οἷς αἰσχύνεσθαι ἔδει. Τί λέγεις, εἰπέ μοι; καταπτύσει ἀνθρώπου πιστοῦ, οὐ ἀπίστου θνητοῦ· οὐ κατέπτυσεν ὁ Χριστός; Τί λέγω, οὐ κατέπτυσεν; Οὕτω μὲν οὖν αὐτὸν ἐφίλησεν ἐχθρὸν θνητὰ καὶ δυσειδῆ, ὡς καὶ ἀποθανεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ. Εἶτα αὐτὸς μὲν οὕτως ἐφίλησε καὶ τοιοῦτον θνητὰ, σὺ δὲ νῦν, ὅτε ὠραῖος ἐγένετο καὶ θαυμαστός, διαπτύεις, εἰπέ μοι, μέλος θνητὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ σῶμα γενόμενον Δεσπο-

* Alius δὲ ἀπιστοῦντο.

τικόν; οὐκ ἔννοεῖς, τί φθέγγῃ; οὐκ αἰσθάνῃ ὅσα τολμᾷ; Κεφαλὴν ἔχει τὸν Χριστὸν, καὶ τράπεζαν καὶ ἱμάτιον καὶ ζωὴν καὶ φῶς καὶ νυμφίον, καὶ πάντα ἐστὶν ἐκεῖνος αὐτῷ, καὶ τολμᾷ εἰπεῖν, ὅτι Διαπτύω τοῦτον; καὶ οὐ τοῦτον μόνον, ἀλλὰ καὶ μυριάσις ἐτέροις μετ' αὐτοῦ; Ἐπίσχεος, ἀνθρώπου, καὶ ἀνάπαυσαι τῆς μαρίας· ἐπίγλωθι τὸν ἀδελφόν, μάθε ὅτι ἀνοίας ταῦτα τὰ ῥήματα καὶ παραπληξίας, καὶ λέγε τάναντία, ὅτι Κἄν μυριάσις με διαπτύῃ, ἐγὼ οὐκ ἀπιστῶσμαι· οὕτω καὶ τὸν ἀδελφὸν κερδανεῖς, καὶ εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ βιώσῃ, καὶ τῶν μελλόντων μεθέξεις ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι· καὶ φιλανθρωπίζῃ, καὶ τὰ ἐξῆς.

ΟΜΙΛΙΑ ΚΗ'.

Λέγω δὲ Χριστὸν Ἰησοῦν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων.

α'. Πάλιν περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ κηδεμονίας διαλέγεται, ἔτι τοῦ αὐτοῦ κεφαλαίου ἐχόμενος, καὶ δεικνύς ὅσα ἐποίησεν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ πῶς οὐχ ἑαυτῷ ἤρασε. Καὶ μετὰ τούτου κάκεινο κατασκευάζει, ὅτι μειζόνων εἰσὶν οἱ ἐξ ἔθνῶν ὀφειλέται τῷ Θεῷ. Εἰ δὲ μειζόνων εἰσὶ, δίκαιοι ἂν εἴεν φέρειν τοὺς ἐξ Ἰουδαίων ἀσθενεῖς. Ἐπειδὴ γὰρ σφόδρα ἐκείνων καθήψατο, ἵνα μὴ τούτους ἐπάρῃ τούτο, καταστέλλει πάλιν αὐτῶν τὴν ἀπόνοιαν, ἐκείνοις μὲν ἐξ ἐπαγγελίας πατέρων δεικνύς διδόμενα τὰ ἀγαθὰ, τοῖς δὲ ἐξ ἔθνῶν, ἐξ ἑλέου καὶ φιλανθρωπίας μόνης· διὸ καὶ ἔλεγε, *Τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἑλέου δοξάσαι τὸν Θεόν*. Ἴνα δὲ σαφέστερον γένηται τὸ λεγόμενον, αὐτῶν πάλιν ἀκουσον τῶν ῥημάτων, ἵνα μάθῃς τί ἐστὶ τὸ Ἐπὲρ ἀληθείας Θεοῦ γεγενῆσθαι τὸν Χριστὸν διάκονον περιτομῆς, εἰς τὸ βεβαιῶσαι [725] τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων. Τί ποτ' οὖν ἐστὶ τὸ εἰρημένον; Ἐπαγγελία πρὸς τὸν Ἀβραάμ ἦν γεννημένη λέγουσα· *Σοὶ δώσω τὴν γῆν καὶ τῷ σπέρματι σου, καὶ, Ἐν τῷ σπέρματι σου ἐνευλογηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη*. Ἄλλ' ἐγένοντο κολάσεις ὑπεύθυνοι μετὰ ταῦτα οἱ τοῦ σπέρματος Ἀβραάμ ἅπαντες. Ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν αὐτοῖς κατεργάζετο παραδαινόμενος, καὶ τῆς ἐπαγγελίας ἀπεστέρει λοιπὸν ἐκείνης; τῆς τῶν πατέρων. Παραγενόμενος τοῖνον ὁ Υἱὸς συνέπραξε τῷ Πατρὶ, εἰς τὸ τὰς ἐπαγγελίας ἐκείνας ἀληθεῦσαι, καὶ εἰς τέλος ἐξελεῖν. Πάντα γὰρ τὸν νόμον πληρώσας ἐν ᾧ καὶ περιτομῇ, καὶ ταύτῃ καὶ διὰ τοῦ σταυροῦ τῆς κατάρτας ἀπαλλάξας τῆς ἐπὶ τῇ παραβάσει, οὐκ ἀφῆκε διαπεσεῖν τὴν ἐπαγγελίαν. Ὅταν γὼν λέγῃ, *Διάκονον περιτομῆς*, τοῦτο λέγει, ὅτι ἔθνων, καὶ πάντα τὸν νόμον πληρώσας, καὶ περιτμηθεὶς, καὶ γενόμενος σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ, ἔλυσε τὴν κατάρταν, ἔπαυσε τοῦ Θεοῦ τὴν ὀργὴν, ἐπιτηδείους λοιπὸν ἐποίησε τοὺς μέλλοντας δεχέσθαι τὴν ἐπαγγελίαν, ἅπασι ἀπαλλάξοντας τοῦ προσκεκρουκέαναι. Ἴν' οὖν μὴ λέγωσιν οὗτοι οἱ ἐγκαλούμενοι, Πῶς οὖν ὁ Χριστὸς περιετέμενε, καὶ πάντα τὸν νόμον ἐφύλαττεν; εἰς τούταντιον αὐτὸ περιτρέπει. Οὐ γὰρ ἵνα μείνῃ ὁ νόμος, τοῦτο ἐποίησε, φησὶν, ἀλλ' ἵνα αὐτὸν λύσῃ, καὶ σὲ ἀπαλλάξῃ τῆς ἐπιχειμένης κατάρτας, καὶ ἐλευθερώσῃ καθόλου τῆς ἀρχῆς τῆς ἐκείνων.

* Unus codex, ἵνα μὲνῃ.

Ἐπειδὴ γὰρ σὺ παρέβης τὸν νόμον, διὰ τοῦτο ἐκεῖνος ἐπλήρωσεν, ὅχι ἵνα σὺ πληρώσῃς, ἀλλ' ἵνα σοὶ τὰς ἐπαγγελίας βεβαιώσῃ τὰς πρὸς τοὺς πατέρας, ἃς ὁ νόμος διαπεσεῖν ἐποίησε, δεικνύς σε προσκεκρουκέα καὶ τῆς κληρονομίας θνητὰ ἀνάξιον· ὥστε καὶ σὺ κατὰ χάριν ἐσωθῆς· καὶ γὰρ ἀποβεβλημένος ἦς. Μὴ τοῖνον στασίαζε, μηδὲ φιλονεικίαι ἀντεχόμενος ἀκαίρω τῷ νόμῳ, ὃς καὶ τῆς ἐπαγγελίας ἐξέβαλεν ἂν, εἰ μὴ τοσαῦτα ἔπαθεν ὑπὲρ σοῦ ὁ Χριστός. Ἐπαθε δὲ ταῦτα, οὐκ ἐπιβὴ σὺ ἀξίος ἦς σωτηρίας, ἀλλ' ὥστε ἀληθεῦσαι τὸν Θεόν. Εἶτα, ἵνα μὴ τοῦτο φυσήγῃ τὸν ἐξ ἔθνῶν, φησὶ· *Τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἑλέου δοξάσαι τὸν Θεόν*. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Οἱ μὲν Ἰουδαῖοι κἄν ἐπαγγελίας ἔειπον, εἰ καὶ ἀνάξιοι ἦσαν· σὺ δὲ οὐδὲ τοῦτο, ἀλλ' ἀπὸ φιλανθρωπίας ἐσωθῆς μόνης. Εἰ καὶ τὰ μάλιστα οὐδὲ ἐκείνοις τι πλεόν ἐγένετο ἀπὸ τῆς ἐπαγγελίας, εἰ μὴ παρεγένετο ὁ Χριστός· ἀλλ' ὅμως ἵνα αὐτοὺς κερᾶσῃ, καὶ συγχωρήσῃ κατεξαντίασθαι τῶν ἀσθενῶν, μέμνηται τῶν ἐπαγγελιῶν· περὶ δὲ τούτων φησὶν, ὅτι ἔλεει ἐσωθῆσαν μόνῃ· διὸ καὶ δίκαιοι ἂν εἴεν μάλιστα δοξάζειν τὸν Θεόν. Δόξα δὲ Θεῷ, τὸ συνηφθαι, τὸ ἠνωθῆσαι, τὸ ὁμοθυμαδὸν εὐφραμεῖν, τὸ βαστάζειν τὸν ἀσθενέστερον, τὸ μὴ περιορᾶν ἀπορῥηγνύμενον τὸ μέλος. Εἶτα καὶ μαρτυρίας ἐπάγει, ἐν αἷς δεικνυσσιν, ὅτι δεῖ συνηφθαι τοὺς ἐξ Ἰουδαίων τοῖς ἐξ ἔθνῶν, οὕτω λέγων· *Καθὼς γέγραπται· Διὰ τοῦτο ἐξομολογήσονται σοὶ ἐν ἔθνεσι, Κύριε, καὶ τῷ ὀνόματι σου [726] ψαλῶν καὶ, Εὐφράνθητε, ἔθνη, μετὰ τοῦ κυρίου αὐτοῦ καὶ, Αἰσέτε, πάντα τὰ ἔθνη, τὸν Κύριον, ἐπαινεῖτε αὐτὸν, πάντες οἱ λαοὶ καὶ, Ἐστὶν ἡ βίβλα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ὁ ἀριστάμενος ἄρχειν ἔθνων· ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλιποῦσι*. Ταῦτα δὲ πάντα παρήγαγε, δεικνύς ὅτι δεῖ ἠνωθῆσαι καὶ δοξάζειν τὸν Θεόν, ὅμοι καὶ τὸν ἐξ Ἰουδαίων καταστέλλων, ἵνα μὴ ἐπαίρηται κατὰ τοῦτου, τῶν προφητῶν πάντων τοῦτου καλούντων, καὶ τὸν ἐξ ἔθνῶν πείθων μετριάξεν, τῷ δεῖξαι πλείονος ὑπεύθυνον θνητὰ χάριτος.

β'. Εἶτα πάλιν ἐπὶ εὐχῇ κατακλείει τὸν λόγον, λέγων· *Ὁ δὲ Θεὸς τῆς ἐλπίδος πληρώσαι ὑμᾶς πάσης χάριτος καὶ εἰρήνης ἐν τῷ πιστεύειν, εἰς τὸ περισσεύειν ἐν τῇ ἐλπίδι, ἐν δυνάμει Πνεύματος ἁγίου*. Τουτέστιν, ἀπαλλαγείτε τῆς πρὸς ἀλλήλου· ἀθυμίας, καὶ μὴ καταβληθεῖτέ ποτε ὑπὸ τῶν πειρασμῶν· τοῦτο δὲ ἔσται ἐν τῷ περισσεύειν ὑμᾶς ἐν

β Morel, minus recte, καὶ ἐπαγγελίας. γ Unus cod., ὅτι ἐλεῶ ἐσωθῆσαν μόνῃ. δ Unus cod. et marg. Savil., καὶ ἐπαινεσάτωσαν.

rant; sed dicebat: *Si quidem hoc peccatum illis dimittis, dimitte; sin minus, et me dele.* Dei enim amicus et imitator erat. Ne itaque gloriemur in iis, ob quæ nos pudere deberet; neque dicamus ea, quæ dicunt forenses et infimum vulgus, Innumeros avversari scio: sed etiamsi quis alius hoc dixerit, irideamus illum et os illi obstruamus, quia in iis gloriatur, de quibus pudere illum oporteret. Quid, quæso, dicis? avversaris hominem fidelem, quem, infidelis cum esset, Christus non respuit? Quid dico, non respuit? Ita illum, inimicus et deformis cum esset, dilexit, ut etiam pro illo moretur. Ille, inquam, eum qui talis erat, ita dilexit; tu vero nunc, dic mihi, cum

speciosus et mirabilis factus est, illum respuit, qui membrum Christi et corpus Dominicum factus est? annon cogitas quid dicas? annon sentis quanta audeas? Caput habet Christum et mensam et vestimentum, et vitam et lucem et sponsum, et omnia ipsi ille est, et dicere audes, illum respuo? neque illum tantum, sed et innumeros alios cum illo? Cohibe te, o homo, et seda furem: agnosce fratrem, disco hæc verba stulti esse atque lymphati, et contraria dicito: Etsi millies me respuat, ego non discedam: sic et fratrem lucraberis, et ad gloriam Dei vitam duces, atque futura consequeris bona, quæ utinam omnes adispiscamur, gratia et benignitate, etc.

HOMILIA XXVIII.

CAP. 15. v. 8. *Dico autem Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis pro veritate Dei, ad confirmandas promissiones patrum.*

1. Rursus de Christi cura et sollicitudine disserit, eidem adhuc capiti inhærens, et ostendens quæcumque ille propter nos fecerit, et quomodo sibi ipsi non placuerit. Posteaque illud probat, eos ex gentibus qui credebant magis debitores esse Deo. Si ergo magis debitores sunt, tenentur Judæos infirmantes sustinere. Postquam enim illos vehementer perstrinxerat, ne hinc isti sublatis animis essent, ipsorum rursus arrogantiam deprimit: Judæis quidem ex promissione patribus facta, bona data fuisse ostendens; gentilibus vero ex sola misericordia et benignitate: ideo dicebat, *Gentes autem super misericordia glorificare Deum.* Ut vero clarior res sit, ipsa rursus verba audi, ut discas quid sit, *Pro veritate Dei Christum fuisse ministrum circumcisionis, ad confirmandas promissiones patrum.* Quid ergo est, quod dicitur? Promissio Abrahamo facta fuerat, dicens: *Tibi dabo terram et semini tuo*, et, *In semine tuo benedicentur omnes gentes* (*Gen. 12. 7. et 22. 18*). Verum postea quotquot ex semine Abrahæ erant, facti sunt pœnis obnoxii. Violata quippe lex iram in illos concitavit, et promissione patribus facta demum illos privavit. Adveniens vero Filius cum Patre cooperatus est, ut promissiones illæ veræ deprehenderentur, et ad effectum adducerentur. Cum enim legem omnem et circumcisionem adimplevisset, atque sic et per crucem quoque a maledictione per transgressionem allata liberasset, non permisit ut promissio caderet. Cum ergo dicit, *Ministrum circumcisionis*, hoc sibi vult, ipsum, cum venisset et totam legem implevisset, ac circumcisis fuisset, semen Abrahæ factum, maledictionem abstulisse, iram Dei sedavisse, illosque demum idoneos effecisse, qui promissionem accepturi erant, semel ab offensa sua liberatos. Ne ergo dicerent ii, qui accusabantur, Quomodo ergo Christus circumcisis fuit, et totam legem implevit? in contrarium istud invertit. Non ut maneret lex, hoc fecit, inquit, sed ut illam solveret teque ab imminente maledictione criperet, atque a legis dominio te prorsus liberaret. Quia enim tu le-

gem transgressus fueras, ideo ipse illam implevit, non ut tu impleres, sed ut tibi promissiones patribus factas confirmaret, quas lex abrogaverat, ostendens te offendisse et hereditate indignum esse. Itaque et tu per gratiam salutem nactus es: nam ejectus eras. Ne itaque disceptes neque contendas, intempestive legi adhærendo, quæ te a promissione amovisset, nisi tanta pro te passus esset Christus, Hæc porro passus est, non quod tu salute dignus esses, sed ut Deus verax agnosceretur. Deinde ne hoc gentilem inflaret, ait: 9. *Gentes autem super misericordia glorificent Deum.* Hoc est, Judæi quidem saltem promissiones habuere, etsi indigni essent; tu vero neque hanc habebas, sed ex sola benignitate salute donatus es. Tametsi illis nihil amplius ex promissione accessurum erat, nisi advenisset Christus: attamen ut illos temperet, nec sinat insurgere contra infirmos, promissiones commemorat: de gentilibus vero dicit, quod ex misericordia solum salutem nacti sint: ideoque magis debent Deum glorificare. Gloria autem Deo est, quando coadunamur, quando jungimur, quando unanimiter illum celebramus, quando infirmum portamus, quando abruptum membrum non contemnimus. Deinde et testimonia inducit, in quibus ostendit conjungi debere Judæos fideles cum gentilibus credentibus, ita dicens: *Sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in gentibus, Domine, et nomini tuo cantabo* (*Psal. 17. 50*); 10. et, *Lætamini, gentes, cum populo ejus*; 11. et, *Laudate, omnes gentes, Dominum, et collaudate eum, omnes populi* (*Psal. 116. 1*); 12. et, *Erit radix Jessæ, et qui exsurget imperare gentibus: in ipso gentes sperabunt* (*Isai. 11. 10*). Hæc porro omnia produxit, ostendens ipsos debere simul conjungi et glorificare Deum; simulque Judæum reprimit, ne contra gentilem insurgat, cum prophetæ omnes gentiles advocent; illique, qui ex gentibus est, modeste agere suadet, ostendens illum majori esse gratiæ obnoxium.

2. Deinde sermonem rursus in precationem concludit, dicens: 15. *Deus vero spei impleat vos omni gaudio et pace in credendo, ut abundetis in spe in virtute Spiritus sancti.* Id est, ut liberemini ab hæc mutua rixa, et numquam a tentationibus dejiciamini!

hoc erit, si vos abundaveritis in spe. Hoc autem omnium causa est honorum. Hoc a Spiritu sancto erit: nec simpliciter a Spiritu sancto, sed si ea, quæ penes nos sunt, conferamus. Ideo ait, *In credendo*: sic enim potestis repleti gaudio, si credatis, si speretis. Sed non dixit, Si speretis, sed; *Si abundetis in spe*: ita ut non modo consolationem malorum reperiat, sed et gaudio exsultetis propter abundantiam fidei et spei. Sic et Spiritum attrahetis: sic postquam ille advenerit, bona omnia servabit. Quemadmodum enim vitam nostram esca continet, atque hanc vita dispensat: sic si bona habeamus opera, Spiritum habebimus: si Spiritum habeamus, bona habebimus opera; sicut e contrario, nisi opera habeamus, Spiritus volat. Si autem a Spiritu sancto vacui fuerimus, etiam circa opera claudicabimus: abeunte siquidem illo, spiritus immundus accedit: quod palam est ex Saule. Quid enim, si nos non suffocat perinde atque illum? Sed alio modo proficit per mala opera. Cithara ergo Davidis opus nobis fuerit, ut divina cantica animæ concinamus, et ea quæ ad illum pertinent, et ea quæ ex bonis operibus procedunt. Nam si vel alterum fecerimus, et cantionem audientes, canenti per opera repugnemus, ut tunc Saul faciebat; pharmacum nobis in damnationem erit, et immanior fiet insania. Nam antequam audiamus, timet malignus dæmon, ne audientes corrigamur: cum autem audientes iidem ipsi manemus, ipsi metus abscedit. Psallamus canticum per opera, ut peccatum ipso dæmone deterius ejiciamus. Dæmon enim non omnino privat nos regio cælorum, sed et aliquando vigilantem prodest; peccatum autem omnino excludit. Peccatum enim dæmon est voluntarius, ac spontanea inania; ideoque non habet qui misericordiam et veniam tribuant. Hoc ergo incantationis genere cantemus animæ sic affectæ, et ab aliis Scripturis et a beato Davide: psallat os et mens erudiatur. Neque enim illud spernenda res est: nam si linguam canere doceamus, illa cauente animam pudebit contraria volentem. Neque enim illud tantum boni hinc decerpemus, sed et nos multa sciemus, quæ nobis utilia erunt: nam et de præsentibus et de futuris tibi David loquitur, de visibili et de invisibili creatura. Si de cælo discere velis, an nempe maneat vel mutetur; clare tibi respondet et dicit: *Cæli sicut vestimentum veterascent, et sicut amictum involves eos, Deus, et mutabuntur* (Psal. 101. 27). Si de forma ejus audire velis, audies: *Extendens cælum sicut pellem* (Psal. 103. 2). Si de dorso ejus plura quis scire cupiat, dicit tibi rursum: *Qui tegis aquis superiora ejus* (Psal. 103. 5). Neque hic sistit, sed etiam de latitudine et de altitudine tibi disserit, hæc paria ostendens: *Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras. Secundum altitudinem cæli a terra, corroboravit Deus misericordiam suam super timentes se* (Psal. 102. 12. 11). Quod si terræ quoque fundamenta scrutari volueris, neque illa tibi celabuntur; sed audies psallentem et dicentem: *Quia super mariis fundavit eam* (Psal. 23. 2). Si discere cupias unde veniant

terræ motus, te omni dubio liberabit, sic dicens: *Qui respicit terram, et facit eam tremere* (Psal. 105. 32). Si noctis usum requiras, illum ab ipso disces: *In ipsa pertransibunt omnes bestię silvæ* (Psal. 103. 20). Si quæras cui rei montes sint utiles, respondet tibi: *Montes excelsi cervis*. Et cur petreæ sint, dicit tibi, *Petra refugium chæcærylliis et erinaciis*. Cur sint infructuosæ arbores discet: *Illic passerces nidificabunt* (Psal. 105. 18. 17). Cur in desertis fontes? *Ibi volatilia cæli habitabunt, et bestię agri* (Ibid. v. 12. 11). Ad quid vinum? Non tantum ut bibas; nam ad id satis esset aqua; sed ut lætificeris et placide agas: nam *Vinum lætificat cor hominis* (Ibid. v. 15). Ita doctus scies quousque vino uti debeat. Unde alantur volatilia, et agrestes feræ? Audies dicentem: *Omnia a te expectant, ut des illis escam in tempore* (Ibid. v. 27). Si diveris, Ad quid jumenta? respondet tibi hæc etiam propter te facta esse: *Qui producit, inquit, jumentis fenum et herbam servituti hominum* (Ibid. v. 14). Quænam lunæ utilitas? Audi illum dicentem, *Fecit lunam in tempora* (Ibid. v. 19). Et quod omnia fecerit, sive visibilia, sive invisibilia, clare docuit dicens: *Ipsæ dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt* (Psal. 32. 9). Et quod etiam mortis solutio futura sit, illud te docet dicens: *Deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me* (Psal. 48. 16). Unde nobis corpus? Et hoc dicit, *Recordatus est quoniam pulvis sumus* (Psal. 102. 14). Quo denum abit? *Revertetur in pulverem suum* (Psal. 103. 29). Cur hæc omnia? Propter te: *Gloria et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum* (Psal. 8. 6). An nos homines quid commune habemus cum angelis? Et hoc dixit ita psallens: *Minuisti eum paulo minus ab angelis* (Ibid.). De dilectione Dei: *Quomodo miseretur pater filiorum, miseratus est Dominus timentium se* (Psal. 102. 15). De iis, quæ post hæc nos exceptura sint, et de tranquilla sorte illa: *Convertere, inquit, anima mea, in requiem tuam* (Psal. 114. 7). Cur adeo magnum est cælum? Hoc quoque dicit: *Cæli enarrant gloriam Dei* (Psal. 18. 2). Ad quid facta est nox et dies? Non ut illa luceat, et hæc quietem det tantum, sed ut nos instituant: *Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum* (Ibid. v. 4). Quomodo mare circumdet terram? *Abyssus sicut vestimentum amictus ejus* (Psal. 105. 6): ita siquidem Hebraicum habet.

3. Ab iis quæ dicta sunt, initio ducto, alia omnia ediscetis, quæ circa Christum, quæ circa resurrectionem, quæ circa futuram vitam, de requie, de punitione, deque iis quæ ad mores spectant, de dogmatibus omnia, et innumeris repletum bonis librum invenietis. Si in tentationes incideris, multam inde referes consolationem: si in peccata, innumera pharmacata hic reperies: si in paupertatem, si in arumnam, multos videbis portus: si justus fueris, multam cautionem et securitatem inde lucraberis: si peccator fueris, multam consolationem. Si justus sis, et gravia patiaris, audies dicentem: *Propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oves occisionis* (Psal.

παραμυθίαν. Ἄν τε γὰρ δίκαιος ἦς, καὶ πάσης δεινῆ, ἀκούση λέγοντος, οὗ *Ἐνεκεν σοῦ θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν, ἐλογίσθημεν ὡς πρόσβατι σφαγῆς. Ταῦτα πάντα ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐπιλαθόμεθα σου. Κἂν ἐπάρη σε τὰ κατορθώματα, ἀκούση λέγοντος· Μη εὐδελθῆς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δουλοῦ σου, οὗ ἐν δικαιοσύνῃ ἔνωπιόν σου πᾶς ζῶν· καὶ εὐθέως ταπεινωθῆς. Κἂν ἁμαρτωλὸς ᾖς, καὶ ἀπεγνωκὸς ἑαυτοῦ, ἀκούση συνεχῶς ἐπιδόντος· *Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσῃτε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ· καὶ ἀναστήσῃ ταχέως. Κἂν διέδωκε ἔχη ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ μέγα φρονῆς, μαθήσῃ οὗ ὃν σώζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, καὶ γίγας οὐ σωθήσεται ἐν πλίθει ἰσχύος αὐτοῦ· καὶ δυνήσῃ μετριάσειν. Ἐὰν πλούσιος ᾖς καὶ ἐπίδοξος, πάλιν ἀκούση Ψάλλοντος· *Οὐαὶ οἱ πεποιθότες ἐπὶ τῇ δυνάμει αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τῷ πλίθει τοῦ πλοῦτου αὐτῶν κενύμενοι· καὶ, οὗ ἄνθρωπος, ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ, ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ, οὕτως ἐξαθήσῃ· καὶ, οὗ συγκραθήσεται ἡ δόξα αὐτοῦ ὅπωσιν αὐτοῦ· καὶ οὐδὲν ἠγήσεται μέγα εἶναι τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Τὸ γὰρ πάντων λαμπρότερον, ἡ δόξα αἱ δυναστεία, ὅταν οὕτως εὐτελῆς ᾖ, τί ἔτερον ἄξιον ἂν εἴη λόγου καὶ ἐπὶ τῆς γῆς; Ἄλλ' ἐν ἀθυμίᾳ κατέστης; Ἀκούσον αὐτοῦ λέγοντος, *Ἴνα τί περιλυπὸς εἶ, ἡ ψυχὴ μου, καὶ Ἴνα τί συντριμμένη εἶ με; Ἐλπίσον ἐπὶ [729] τὸν****

Θεόν, οὗ ἐξομολογήσομαι αὐτῷ. Ἄλλ' ὀρθῶς εὐδοκίμοῦντας παρ' ἀξίαν; εἶπε, *Μὴ παραζηλοῦ ἐν κονηρευομένοις, οὗ ὡσεὶ χόρτος ξηρανθήσονται, καὶ ὡσεὶ λάχαρα χολῆς ταχὺ ἀποκεσοῦνται. Ὀρθῶς καὶ δίκαιοι καὶ ἁμαρτωλοὺς κολαζομένους; Ἀκούσον οὗ οὐχ ἡ αὐτῆς αἰτία· Πολλὰ γὰρ, φησὶν. αἱ μάλιστα τῶν ἁμαρτωλοῦ. Ἐπὶ δὲ τῶν δικαίων οὐκ εἶπεν, Αἱ μάλιστα, ἀλλὰ, *Πολλοὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων, καὶ ἐκ πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτοὺς· ὁ Κύριος· καὶ πάλιν, Θάνατος ἁμαρτωλῶν ποιηρὸς· καὶ, *Τίμιος ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν δούλων αὐτοῦ. Ταῦτα λέγε συνεχῶς; ἐντεῦθεν παιδεύου· τούτων γὰρ ἕκαστον τῶν βήμάτων πάλαιξ ἀγανάξ ἐχει νοημάτων. Ἡμεῖς μὲν γὰρ ἀπλῶς αὐτὰ παρεδράμομεν· εἰ δὲ βουλευθῆτε μετὰ ἀκριβείας διερευνησάσθαι τὰ εἰρημένια, πολὺν ὕψεσθε τὸν πλοῦτον. Ἄλλὰ τέως καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων δυνατὸν καθαίρεσθαι τῶν ἐπιεικίμων παθῶν· ὅταν γὰρ μήτε φρονεῖν εἴη, μήτε λυπεῖσθαι καὶ ἀθυμεῖν ἀκαίρως, μήτε ἠγεῖσθαι τι πλοῦτον μήτε θλίψιν μήτε πέναν, μηδὲ αὐτὴν τὴν ζωὴν νομίζειν τι εἶναι, πάντων σε ἀπαλλάττει τῶν παθῶν. Ὅτι περὶ τούτων εὐχαριστήσωμεν τῷ Θεῷ, καὶ τὸν θεσαυρὸν μεταχειρισθῶμεθ, *Ἴνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν Γραφῶν τὴν ἑλπίδα ἔχωμεν, καὶ τῶν μελλόντων ἀπολαύσωμεν ἀγαθῶν· ὧν γένοιο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τὰ ἐξῆς.****

ΟΜΙΛΙΑ ΚΘ'.

Πέπεισμαι δὲ, ἀδελφοί μου, καὶ αὐτὸς ἐγὼ περὶ ὑμῶν, οὗ καὶ αὐτοὶ μιστοὶ ἐστε ἀγαθωσύνης, πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως, δυνάμενοι καὶ ἄλλους νοθετεῖν.

α'. εἶπεν, οὗ *Ἐφ' ὅσον εἰμι ἐθνῶν ἀπόστολος, τὴν διακονίαν μου δοξάζω* εἶπεν, οὗ *Μήπως οὐδὲ σοῦ φείσεται*· εἶπε, *Μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς*; καὶ πάλιν, *Σὺ δὲ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου;* καὶ, *Σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἄλλοτερον οἰκέτην;* καὶ ἔτερα πολλῶ πλεῖονα τοιαῦτα. Ἐπεὶ οὖν πολλαχού τὸν λόγον τραχύτερον ἐποίησε, Θεραπεύει λοιπόν· καὶ ὅπερ ἀρχόμενος ἔλεγε, τοῦτο καὶ τελειούων. Ἀρχόμενος μὲν ἔλεγεν· *Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, οὗ ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ*· ἐνταῦθα δὲ, *Πέπεισμαι*, φησὶν, οὗ *μιστοὶ ἐστε ἀγαθωσύνης, δυνάμενοι καὶ ἄλλους νοθετεῖν*· ὅπερ πλέον ἐστὶν ἐκεῖνου. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἴκονσα, ἀλλὰ, *Πέπεισμαι*, καὶ οὐδέ μοι παρ' ἑτέρο μαθεῖν, ἀλλ' αὐτὸς ἐγὼ, τοῦτέστι, ὁ ἐπιτιμῶν, ὁ ἐγκαλιῶν. Καὶ *Ὅτι μιστοὶ ἐστε ἀγαθωσύνης*. Τοῦτο πρὸς τὴν ἑναγχοῦ γενομένην παραίνεσιν· ὡσανεὶ ἔλεγεν, οὗ *Οὐχ ὡς ὡμοῖς οὐδὲ μισοδέμοις ταῦτα προήνεσα προσλαμβάνεσθαι, καὶ μὴ εἴη ἡ μηδὲ καταλύειν τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ*· οἷα γάρ, οὗ μιστοὶ ἐστε ἀγαθωσύνης. Δοκεῖ δὲ μοι ἐνταῦθα καὶ ὀλόκληρον τὴν ἀρετὴν οὕτω καλεῖν. [730] Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐχετε, ἀλλὰ, *Μιστοὶ ἐστε ἀγαθωσύνης*. Καὶ τὸ ἐξῆς μετὰ τῆς αὐτῆς ἐπιτάσεως· *Πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως. Τί γὰρ εἰ φιλόστοργοι μὲν ἦσαν, οὐκ ἤθεσαν δὲ πῶς δεῖ τοῖς φιλοχόμενοις κερήσθαι; Διὰ τοῦτο προσέθηκε, Πάσης γνώσεως, δυνάμενοι καὶ ἄλλους νοθετεῖν· οὐχ ἰμόνον μανθάνειν, ἀλλὰ καὶ διδάσκων. Τομνηρότερον δὲ ἔγραψε ὑμῖν ἀπὸ μέρους.* Ὅρα Παύλου ταπεινοφροσύνην, ὅρα σοφίαν, πῶς, καὶ βαθείαν ἔδωκε τὴν τομὴν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, καὶ ἐπειδὴ κατίωρθωσαν ὅπερ ἐδούλετο, πολλῇ κέρχη·

ταὶ τῇ θεραπείᾳ πάλιν. Ἴκανὸν γὰρ καὶ χωρὶς πῶν εἰρημένων, αὐτὸ τοῦτο τὸ ὁμολογήσαι τετομνηκῆναι, χαλάσαι αὐτῶν τὸν τόνον. Τοῦτο καὶ Ἑβραῖοις ἐπιστέλλων ποιεῖ, λέγων οὕτω· *Πεπεισμέθα δὲ περὶ ὑμῶν, ἀγαπητοὶ, τὰ κρείττονα καὶ ἐχόμενα σωτηρίας, εἰ καὶ οὕτω λαλοῦμεν*. Καὶ Κορινθίους πόλιν ὁμοίως, *Ἐπιμῶ δὲ ὑμᾶς, οὗ πάντα μόν μνησθε, καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν τὰς παραδόσεις ὁ, οὕτω κατέχευτε*. Καὶ Γαλάταις δὲ ἐπιστέλλων ἔλεγε, *Πέποιθα εἰς ὑμᾶς, οὗ οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε*. Καὶ πανταχοῦ δὲ τῶν ἐπιστολῶν τοῦτο εὐροι τις ἂν τὸ θεώρημα δαψιλές· ἐνταῦθα δὲ καὶ μειζύων. Καὶ γὰρ ἐν ἀξιώματι ἦσαν πλείων, καὶ ἔδει φεγμαίνουσαν τὴν διάνοιαν αὐτῶν καταστῆλαιν, μὴ τῷ στυφῆν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ χαλῆν· καὶ γὰρ διαφόρος αὐτὸ ποιεῖ. Διὸ καὶ ἐνταῦθᾳ φησι, *Τομνηρότερον ὑμῖν ἔγραψα*. Καὶ οὐδὲ τοῦτῳ ἀρκεῖται, ἀλλὰ προσέθηκεν, *Ἀπὸ μέρους, τοῦτέστιν ἡρέμα*. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστιν, ἀλλὰ τί φησὶν; Ὅς *ἐπιταμιμνήσκων ὑμᾶς*. Καὶ οὐκ εἶπε, διδάσκων, οὐδὲ, ἀναμιμνήσκων, ἀλλ' *ἐπιταμιμνήσκων, τοῦτέστι, μικρόν τι ἀναμιμνήσκων*. Ὅρθῶς τὸ τέλος τῷ προοιμίῳ συμβαῖνον; Ὅσπερ γὰρ ἐκεῖ ἔλεγεν, οὗ *Ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ*, οὕτω καὶ ἐν τῷ εἰς τῆς Ἐπιστολῆς· *Ἡ γὰρ ἡμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίσκετο*. Καὶ ὡσπερ ἀρχόμενος ἔλεγεν· *Ἐπιποθῶ γὰρ ὑμᾶς ἰδεῖν, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν εἰς τὸ στερηχηθῆναι ὑμᾶς*· τοῦτο δὲ ἐστὶ, συμπαράκληθῆναι· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, Ὅς *ἐπιταμιμνήσκων*, ἔλεγε. Καὶ ἀπὸ τοῦ θρόνον καταβὰς τοῦ διδασκαλικού, καὶ ἐκεῖ καὶ ἐνταῦθα ὡς ἀδελφοῖς διαλέγεσθαι, καὶ φίλοι; καὶ ὁμοῖοι;· ὁ δὲ μάλιστα ἐστὶ διδασκάλου, διαποικιλλεῖν τὸν λόγον πρὸς τὴν τῶν ἀκούοντων ὠφέλειαν. Ὅρα γοῦν πῶς εἰπῶν,

• Morel, καὶ εἴην, male. • Cuius codex, τὸ ποικιλῆν.

43. 22. 18). *Hæc omnia venerunt super nos, nec oblitus sumus te.* Si vero facta tua te extollant, dicentem audies: *Ne intres in iudicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens (Psal. 142. 2);* et statim humilis evades. Si peccator sis, et de te ipso desperes, audies frequenter canentem: *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione (Psal. 94. 8. 9);* et statim te eriges. Si diadema in capite gestaveris, et altum sapias, discas: *Non salvatur rex per multam virtutem, et gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ (Psal. 52. 16);* et poteris modeste agere. Si dives sis et gloriosus, rursus audies psallentem: *Væ qui confidunt in virtute sua, et in multitudine divitiarum suarum gloriatur (Psal. 48. 7);* et, *Homo, sicut sœnum dies ejus, tamquam flos campi sic efflorescit (Psal. 102. 15);* et, *Non descendet post eum gloria ejus (Psal. 48. 18);* nihique in terra magnam esse putabis. Nam quod omnium splendidissimum est, gloria et potentia, cum tam vile sit, quid aliud in terra existimatione dignum fuerit? An in mœrore versaris? Audi illum dicentem: *Quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deum, quoniam confitebor illi (Psal. 41. 12).* Sed quosdam vides præter meritum cele-

bres? Dic: *Noli æmulari in malignantibus, quoniam tamquam sœnum arescent, et quasi olera herbarum cito decident (Psal. 36. 1 et 2).* Viden' justos et injustos plecti? Audi quod non eadem de causa; nam ait: *Multa flagella peccatoris (Psal. 31. 10).* De justis autem non dixit, flagella, sed, *Multæ tribulationes justorum, et de omnibus his liberabit eos Dominus (Psal. 35. 20);* et rursus, *Mors peccatorum pessima; et, Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus (Psal. 115. 15).* Hæc frequenter dicit, hinc erudiaris: nam singula verba sensuum pelagus immensum habent. Nos quidem illa perfunctorie transcurramus: si autem volueritis dicta accuratius examinare, multas videbitis divitias. Sed interim ex dictis instantes prævi actus reprimi poterunt. Cum enim nec invidere permittant, neque dolore et mœrore intempestive afflci, neque divitias quidpiam esse putare, nec æumnas nec paupertatem, neque vitam ipsam tanti facere, omnibus te passionibus liberant. Pro his autem omnibus gratias agamus Deo, et thesaurum hunc ita tractemus, *Ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus,* et futuris fruamur bonis: quæ utinam omnes consequamur gratia et benignitate, etc.

HOMILIA XXIX.

CAP. 15. v. 14. *Certus sum autem, fratres mei, et ego ipse de vobis, quoniam et ipsi pleni estis bonitate, repleti omni scientia; ita ut possitis alterutrum monere.*

1. Dixerat, *Donec sum gentium apostolus, ministerium meum glorificabo;* dixerat, *Ne forte nec tibi parcat;* dixerat, *Ne sitis prudentes apud vosmetipsos;* et rursus: *Tu vero quid judicas fratrem tuum? et, Tu quis es, qui judicas alienum servum (Rom. 11. 15. 21. et 12. 16. et 14. 10. 4)?* et alia longe plura his similia. Quia ergo multis in locis asperiore usus est sermone, iis medetur demum: et quod initio dixerat, in fine repetit. Initio quidem dixerat: *Gratias ago Deo meo pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiat in universo mundo (Id. 1. 8);* hic vero: *Certus sum, inquit, quoniam pleni estis bonitate; ita ut possitis alterutrum monere:* quod magis est quam illud prius. Nec dixit, *Audivi, sed, Certus sum, nec Opus habeo ab alio discere;* sed, *Ego ipse, id est, qui increpo, qui accuso. Quod pleni estis bonitate.* Hoc ad illam admonitionem spectat, quam paulo ante fecerat; ac si diceret: non quasi immites ac fratrum osiores vos sic hortatus sum, ut eos suscipiatis, nec dimittatis neque dissolvatis opus Dei: scio enim quod pleni sitis bonitate. Videtur autem mihi hic universam virtutem sic vocare. Et non dixit, *Habetis, sed, Pleni estis bonitate.* Et quod sequitur cum eadem emphasi profert, *Repleti omni scientia.* Quid enim si dilexissent quidem, sed nescivissent quo pacto oporteret cum dilectis agere? Propterea adjecit, *Omni scientia; ita ut possitis etiam alios monere;* nec modo discere, sed etiam docere. 15. *Audacius autem scripsi vobis ex parte.* Vide Pauli humilitatem, vide sapien-

tiam, quomodo in præcedentibus profundam infllexit plagam, et postquam quod volebat perfecit, multa deinceps utatur medela. Præter ea enim, quæ dicta sunt, sufficiebat quod se asperius audaciusque loquutum fateretur, ut illorum animum mitigaret. Hoc et ad Hebræos scribens facit, ita loquens: *Confidimus autem de vobis, dilectissimi, meliora et viciniora salutis: tametsi ita loquimur (Hebr. 6. 9).* Et Corinthiis similiter: *Laudo vos, quia per omnia mei memores estis: et sicut tradidi vobis traditiones, ita tenetis (1. Cor. 11. 2).* Galatis autem scribens dicebat: *Confido in vobis, quod nihil aliud sentiat (Gal. 5. 10).* Et ubique in ipsius epistolis hanc sententiam frequenter videas; hic vero maxime. Nam in majore erant dignitate constituti, opusque erat tumentem illorum animum deprimere, non perstringendo solum, sed etiam remittendo; nam diversa illud ratio ne facit. Propterea hoc loco dicit, *Audacius vobis scripsi.* Neque hoc satis ille fuit, sed adjecit, *Ex parte, hoc est, sensim.* Neque hic constitit, sed quid ait? *Tamquam in memoriam vobis reducens.* Nec dixit, *Docens, sed, In memoriam reducens, id est, paululum commemorans.* Viden' finem cum exordio consentire? Sicut enim illic dicebat: *Fides vestra annuntiat in universo mundo:* sic et in epistolæ fine: *Obedientia vestra ad omnes pervenit.* Et sicut in exordio dicebat: *Desidero enim videre vos, ut aliquam vobis spirituales gratias imperiar ad confirmandos vos (Rom. 1. 8. 11);* id est, ad mutuam capiendam consolationem: ita et hoc loco dixit, *Tamquam in memoriam vobis reducens.* De throno namque doctoris hic et illic descendens, tamquam fratres alloquitur, et amicos et æquales: id-

quod maxime doctoris est, ad auditorum utilitatem sermonem varie tractare. Vide ergo, quomodo cum dixisset, *Audacius scripsi, et, Ex parte, et, Tamquam in memoriam revocans*, non hæc satis habuerit, sed adhuc humiliter loquens dicat: *Propter gratiam, quæ data est mihi a Deo*: quod etiam in principio dicebat, *Debitor sum*. Id est, non honorem mihi arripui, neque prior in illum insilivi, sed Deus jussit, et hoc per gratiam, non quasi dignum ad hoc deputans. Nolite igitur exasperari: neque enim ego in vos insurgo: Deus est qui præcipit. Et sicut illic dicit, *Cui servio in evangelio Filii ejus*: ita et hic cum dixisset, *Per gratiam quæ data est mihi a Deo*, subjunxit: 16. *Ut sim ego minister Jesu Christi in gentibus, sancte administrans evangelium Dei*. Postquam enim supra dicta multis probaverat, ad id, quod gravius erat, sermonem vertit, non simpliciter cultum ponens, ut in principio, sed liturgiam et sacrum ministerium: Hoc est enim mihi sacerdotium, prædicare et annuntiare: hoc offero sacrificium. Sacerdoti autem nemo vitio vertit, quod curet immaculatam offerre hostiam. Hoc porro dicebat, ut simul eorum animos erigeret, et ipsos esse hostiam ostenderet, ac sese purgaret, quod ita præceptum fuisset. Gladius enim meus, inquit, est evangelium, prædicationis verbum; causa vero, non ut ego gloriam nanciscar, non ut ego splendidi videar; sed, *Ut fiat oblatio gentium accepta et sanctificata in Spiritu sancto*. Id est, ut animæ discipulorum acceptæ sint. Non tantum, ut me honoraret, Deus in hoc adduxit, quantum ut vestri curam gereret.

2. Et quomodo fuerit acceptabilis oblatio? In Spiritu sancto: non enim fide tantum opus est, sed etiam spirituali vitæ instituto, ut Spiritum sanctum semel datum retineamus. Neque enim ligna et ignis, non ara et gladius, sed Spiritus omnia apud nos est. Propterea nihil non ago, ut ne ignis ille exstinguatur: hoc enim mandatum mihi fuit. Cur ergo iis loqueris, quibus non est opus? Propter hoc ipsum, inquit, non doceo, sed commonefacio: ut sacerdos adstat ignem accendens, sic et ego animum vestrum excitans. Et vide, non dixit, *Ut fiat oblatio vestra, sed Gentium*. Cum vero dicit, *Gentium*, orbem dicit, terram et mare in universum, illorum reprimens animos, ut ne dedignentur illum habere doctorem, qui ad terminos terræ contenderet: quod etiam initio dicebat, *Sicut et in reliquis gentibus Græcis et barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum. Habeo igitur gloriam in Christo Jesu ad Deum*. Quia enim sese valde humilem exhibuerat, sermonem rursus origit, idque in ipsorum gratiam facit, ne contemptibilis esse videatur. Dum autem sese extollere videtur, moris sui non oblitus sic dicit, 17. *Habeo igitur gloriationem*. Glorior, inquit, non in me ipso, neque in nostra diligentia, sed in Dei gratia. 18. *Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Christus in obedientiam gentium verbo et factis*, 19. *in virtute signorum et prodigiorum, in virtute Spiritus Dei*. Neque enim possis dicere, inquit, quod hæc ex fastu

loquar: nam hæc sacerdotii mei sunt symbola, et ordinationis meæ signa multa proferenda habeo; non tunicas talares, non mitram aut tiaram, non tintinnabula, sicut illi veteres, sed longe iis horribiliora signa et miracula. Neque enim dici potest, me ordinatum quidem fuisse, sed jussa non exsecutum esse: imo potius non ego feci, sed Christus. Ideo in hoc glorior, non de vulgaribus rebus, sed de spiritualibus: hoc enim significant verba, *Ad Deum*. Quod enim ea, propter quæ missus sum, perfecero, et non ex fastu verba prodeant, ostendunt miracula et gentium obsequentia. *Non enim ausim quidpiam loqui eorum, quæ Christus non operatus est per me, ad obedientiam gentium, verbo et opere, in virtute signorum et prodigiorum, in virtute Spiritus Dei*. Vide quanta vi contendat ut omnia ostendat esse Dei, et nihil sui ipsius. Sive enim quid loquar, sive faciam, sive miracula operer, omnia Deus, omnia Spiritus sanctus facit. Hoc autem dicit, ostendens Spiritus dignitatem. Viden' quomodo hæc veteribus illis mirabilia et terribiliora sint, sacrificium, oblatio, symbola? Cum enim dicit, *In verbo et opere, in virtute signorum et prodigiorum*, hoc significat, nempe doctrinam, regni Dei philosophiani, operum et institui vitæ specimen, suscitatos mortuos, pulsos dæmones, cæcos sanatos, salientes claudos, alia prodigia, quæ omnia operabatur Spiritus sanctus in vobis. Deinde horum demonstratio (quia hæc interim prolata fuerant), discipulorum multitudo. Ideo subjunxit: *Ita ut ab Jerusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim evangelium Christi*. Numerat igitur et urbes et regiones et gentes et populos, non eos tantum qui sub Romanis, sed etiam eos, qui sub barbaris erant. Ne mihi enim solam Phœnicem et Syriam et Ciliciam et Cappadociam adeas, sed etiam quæ retro sunt cogita, Saracenos, Persas, Armenios, aliosque barbaros. Ideo enim dixit, *Per circuitum*, ut non solum viam tritam carpas, sed etiam australem Asiam mente percurras. Et sicut imbrem miraculorum uno verbo prætercurrit dicens, *In virtute signorum et prodigiorum*: sic et innumeris urbes, gentes, populos, regiones, hoc uno verbo comprehendit, *Per circuitum*: erat enim ab omni fastu procul. Et hæc illorum gratia dicebat, ut ne altum de se saperent. Et in exordio quidem dicit, *Ut aliquem fructum in vobis habeam, sicut et in reliquis gentibus* (Rom. 1. 13); hic vero sacerdotii necessitatem ponit. Quia enim asperius loquutus fuerat, potestatem suam clarius ostendit. Ideo ibi quidem simpliciter dicit, *Sicut et in reliquis gentibus*; hic autem locum omnem memorat, ut illorum fastum undique succidat. Nec simpliciter dicit, *Ut predicaverim evangelium*, sed *Ut impleverim evangelium Christi*. 20. *Ita vero studens evangelizare, ubi non est nominatus Christus*.

3. *Pauli modestia*. — Ecce aliam hyperbolen, quod non solum tot gentes evangelizaverit et converterit, sed quod non eos adierit qui jam didicerant. Adeo scilicet abstinere, quominus sese projiceret in alienos discipulos, atque gloriæ causa hoc faceret, quia

οἱ *Τολμηρότερον ἔγραψα*, καὶ ὅτι ἄπο μέρους, καὶ ὅτι ὡς *ἐπιταγήσων*, οὐδὲ τοῖς αἰσθητοῖς ἠρέσθη, ἀλλὰ ταπεινότερον ἐστὶ ποιῶν τὸν λόγον, ἐπήγαγε· *Διὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ*· ὁ καὶ ἀρχόμενος ἔλεγεν, *Ὁφειλέτης εἰμι*. Ὡσανεὶ ἔλεγεν, Οὐκ ἑμαυτῷ ἤρπαξα τὴν τιμὴν, οὐδὲ ἐπιπέδησα τούτῳ πρῶτος, ἀλλ' ὁ Θεὸς τοῦτο ἐπέταξε, καὶ τοῦτο κατὰ χάριν, οὐχ ὡς ἄξιον εἰς τοῦτο ἀφορίσας. Μὴ τοίνυν τραχύνεσθε· οὐ γὰρ ἐγὼ κατεξανίσταμαι· ὁ Θεὸς ἐστὶν ὁ ἐπιτάττων. Καὶ ὡς περ ἐκεῖ φησιν, *Ὁ λατρεύω ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ*, οὕτω καὶ ἐνταῦθα εἰπὼν, *Διὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ*, [731] ἐπήγαγεν· *Εἰς τὸ εἶραυ μὲν λειτουργῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ ἔθνη, ἰεροουργούτα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ*. Μετὰ γὰρ τὴν πολλὴν τῶν εἰρημένων ἀπόδειξιν, ἐπὶ τὸ σεμνότερον ἄγει τὸν λόγον, οὐχ ἀπλῶς λατρείαν λέγων, καθάπερ ἐν ἀρχῇ, ἀλλὰ λειτουργίαν καὶ ἰεροουργίαν· Αὐτὴ γὰρ μοι ἱερωσύνη τὸ χρηρῶνται καὶ καταγγέλλειν· ταύτην προσφέρει τὴν θυσίαν. Ἰερῆ δὲ οὐδεὶς ἀν' ἐγκαλέσειε· τὸ θῆμα σπουδάζοντι ἄμωμον προσενεγκεῖν. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, ἅμα καὶ τούτων πτερῶν τὰ φρονήματα, καὶ δεικνύς θυσίαν ὄντας, καὶ ὑπὲρ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀπολογούμενος, ὅτι τοῦτο ἐπιτέτακται. Καὶ γὰρ μάχαιρά μου τὸ εὐαγγέλιον, φησὶν, ὁ τοῦ κηρύγματος λόγος. Καὶ ἡ αἰτία, οὐχ ἵνα ἐγὼ δοξασθῶ, οὐχ ἵνα λαμπρὸς φανῶ, ἀλλ' *ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἡμισμέτη ἐν Πνεύματι ἁγίῳ*. Τούτέστιν, αἱ ψυχὰι τῶν διδασκομένων ἵνα δεχθῶσιν. Οὐ γὰρ ἐμὲ τοσοῦτον τιμῶν ὁ Θεὸς εἰς τοῦτο ἤγαγεν, ὅσον ὑμῶν κηρόμενος.

β'. Καὶ πῶς ἀν' γενίτοιο εὐπρόσδεκτος; Ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· οὐ γὰρ πίστεις δεῖ μόνως, ἀλλὰ καὶ πολιτείας πνευματικῆς, ἵνα κατέχωμεν τὸ Πνεῦμα τὸ δοθὲν ἕκαστῳ. Οὐ γὰρ ἕλα καὶ πῦρ, οὐδὲ βωμὸς καὶ μάχαιρα, ἀλλὰ Πνεῦμα πάντα παρ' ἡμῖν. Διὰ τοῦτο πάντα ποιῶ, ἵνα μὴ σθεσθῇ ἐκείνο τὸ πῦρ· τοῦτο γὰρ καὶ ἐπιτέτακται. Τί οὖν τοῖς μὴ δεομένοις λέγεις; Δι' αὐτὸ δὴ τοῦτο οὐ διδάσκω, ἀλλ' ἀναμιμνήσκω, φησὶ· καθάπερ ὁ ἱερεὺς παρέστηκε τὸ πῦρ ἀνακαίωτον, οὕτω καὶ ἐγὼ τὴν προθυμίαν ὑμῶν διεγείρων. Καὶ ὅρα· οὐκ εἶπεν, *ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ ὑμῶν*, ἀλλὰ, *τῶν ἐθνῶν*. Ὅταν δὲ εἴπῃ, *τῶν ἐθνῶν*, τὴν οἰκουμένην λέγει, γῆν καὶ θάλασσαν ἅπασαν, καταστέλλων ἐκείνων τὰ φρονήματα, ὥστε μὴ ἀπαξιώσαι καὶ διδάσκαλον ἔχειν τὸν πρὸς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τεινόμενον· ὁ καὶ ἀρχόμενος ἔλεγε, *Καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν*, "Ελλοίη τε καὶ βαρβάρους, σοφοὺς τε καὶ ἀνοήτους ὀφειλέτης εἰμι". *Ἐχω οὖν καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τὰ πρὸς τὸν Θεόν*. Ἐπειδὴ γὰρ σφίδρα ἑαυτὸν ἐταπεινώσας, πάλιν ἐπαίρει τὸν λόγον, καὶ τοῦτο ὑπὲρ ἐκείνων ποιῶν, ὥστε μὴ δέξαι εὐκαταφρόνητος εἶναι. Καὶ ἐν τῷ ἐπαίρειν δὲ αὐτὸν, τοῦ οἰκείου μνήνηται ἦθους, οὕτω λέγων· *Ἐχω οὖν καύχησιν*. Καυχῶμαι, φησὶν, οὐχ ἐν ἑμαυτῷ, οὐδὲ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ σπουδῇ, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι. Οὐ γὰρ *τολμήσω τι λαλῆσαι, ὡς οὐ κατειργάσατο ὁ Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς ὑπακοὴν τῶν ἐθνῶν*, λίγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει Πνεύματος Θεοῦ. Οὐδὲ γὰρ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, φησὶν, ὅτι κόμπος μου τὰ ῥήματα· τῆς γὰρ ἰεροουργίας μου ταύτης τὰ σύμβολα, καὶ τῆς

χειροτονίας ἔχω πολλὰ δεῖξαι τὰ τεκμήρια, οὐ ποδῆρη καὶ κώδωνας, καθάπερ οἱ παλαιοὶ, οὐδὲ μίτραν καὶ κίδαριν, ἀλλὰ πολλὰ φρικωδέστερα τούτων σημεῖα καὶ θαύματα. Οὐδὲ γὰρ ἐστὶν [732] εἰπεῖν, ὅτι ἐνεχειρίσθη μὲν, οὐκ ἐποίησα δὲ τὸ ἐπιταχθέν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐγὼ ἐποίησα, ἀλλὰ ὁ Χριστὸς· διὸ καὶ ἐν αὐτῷ καυχῶμαι, οὐχ ὑπερ τῶν τυχόντων πραγμάτων, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν πνευματικῶν. Τοῦτο γὰρ ἐστὶ, *Τὰ πρὸς τὸν Θεόν*. Ὅτι γὰρ ἦνυσα ἐφ' ὃ ἐπέμωφην, καὶ οὐ κόμπος τὰ ῥήματα, δηλοῖ τὰ θαύματα καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν ὑπακοή. Οὐ γὰρ *τολμήσω τι λαλῆσαι ὡς οὐ κατειργάσατο ὁ Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν*, λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει Πνεύματος Θεοῦ. Ὅρα πῶς βιάζεται τὸ πᾶν δεῖξαι τὸ Θεοῦ, καὶ οὐδὲν ἑαυτοῦ. Εἴτε γὰρ φθέγγομαι τι, εἴτε ποιῶ, εἴτε θαυματουργῶ, πάντα αὐτὸς, πάντα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ταῦτα δὲ λέγει, δεικνύς καὶ τοῦ Πνεύματος τὸ ἀξίωμα. Εἶδος πῶς ταῦτα τῶν παλαιῶν θαυμαστότερα καὶ φρικωδέστερα, ἡ θυσία, ἡ προσφορὰ, τὰ σύμβολα; Ὅταν γὰρ εἴπῃ, *Ἐν λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων*, τοῦτο λέγει, τὴν διδασκαλίαν, τὴν περὶ βασιλείας φιλοσοφίαν, τὴν τῶν ἔργων, καὶ τῆς πολιτείας ἐπίδειξιν, τοὺς νεκροὺς τοὺς ἐγειρομένους, τοὺς δαίμονας τοὺς ἐλαυνόμενους, τοὺς θεραπευομένους τυφλοὺς, τοὺς πηδῶντας χυλοὺς, τὰ ἄλλα τεράτια, ἅπερ ἅπαντα εἰργάζετο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν ἡμῖν. Εἴτε ἡ τούτων ἀπόδειξις, ἐπειδὴ ταῦτα τέως ἀπόφασις ἦν, τῶν μαθητῶν τὸ πλῆθος. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν· *Ὅστε με ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλω μέχρι τοῦ Ἰλλυρικῶν πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ*. Ἀρβῆμει τοίνυν καὶ πόλεις καὶ χώρας, καὶ ἔθνη καὶ δήμους, μὴ τοὺς ὑπὸ Ῥωμαίους μόνους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπὸ βαρβάρους. Μὴ γὰρ μοι τὴν διὰ τῆς Φοινίκης καὶ Συρίας καὶ τῆς Κιλικίων καὶ Καππαδοκῶν ἔθνης ὁδὸν, ἀλλὰ καὶ τὰ ὀπισθεν ἅπαντα λογίζου, τὴν Σαρακηνῶν καὶ Περσῶν καὶ Ἀρμενίων καὶ τὴν τῶν ἄλλων βαρβάρων. Διὰ γὰρ τοῦτο εἶπε, *Καὶ κύκλω*, ἵνα μὴ τὴν κατευθῶ λειψόρον ἔθνης μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν καὶ τὴν κατὰ τὸν νότον Ἀσίαν περιδράμῃς τῇ διανοίᾳ. Καὶ ὡς περ νιφάδας θαυμάτων ἐνὶ λόγῳ παρέδραμεν, εἰπὼν, *Ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων*· οὕτω καὶ πόλεις ἀπείρους, καὶ ἔθνη καὶ δήμους καὶ χώρας ἐνὶ τούτῳ πάλιν συνεῖλε ῥήματι. *Τῷ κύκλω*. Πόρθῳ γὰρ ἦν τύφος παντός· καὶ ταῦτα δὲ διὰ τούτους ἐφθέγγετο, ὥστε μὴ μέγα φρονεῖν ἐφ' ἑαυτοῖς. Καὶ ἀρχόμενος μὲν, φησὶν, *ἵνα τινὰ καρπὸν σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν*· ἐνταῦθα δὲ ἀνάγκην ἱερωσύνης τίθησιν. Ἐπειδὴ γὰρ τραχύτερον ἐφθέγγετο, καὶ σαφέστερον αὐτοῦ δεικνυσι τὴν ἐξουσίαν. Διὰ τοῦτο ἐκεῖ μὲν ἀπλῶς φησι, *Καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν*· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸν τόπον ὃ λέγει πάντα, ὥστε πάντοθεν αὐτῶν ὑποτέμενεσθαι τὸ φρόνημα. Καὶ οὐχ ἀπλῶς εἶπε, *Κηρῶσαι τὸ εὐαγγέλιον*, ἀλλὰ *Πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ*. Οὕτω δὲ *φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι*, ὅπου οὐκ ἠνομήθη ὁ Χριστός.

γ'. Ἴδου πάλιν ἐτέρᾳ ὑπερβολῇ, ὅτι οὐ μόνον τοσοῦτος εὐηγγελίσαστο καὶ ἐπεισεν, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ πρὸς μεταθνήκτας ἀπῆλθε. Τοσοῦτον ἀπέχετο τοῦ ἐπιβρίπτειν ἑαυτὸν ἄλλοτριῶς μαθηταῖς, καὶ δόξης ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖν, [733] ὅτι καὶ ἐσπούδαζε, τοὺς μὴ ἀκη-

Ἐπιτάττων ex uno codice recepinus. Legebatur ἐγκυλίωσι.

ἢ Καὶ τὸν τόπον, recte ut puto. Mss., καὶ τὸν τρόπον. Savil. in marg., καὶ τὸν πόρον. Sed prior lectio cum serie consonat.

κότας διδάσκειν. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Ὅπου οὐκ ἐπίσθησαν, ἀλλ', Ὅπου οὐδὲ ὠρομάσθη ὁ Χριστός· δ' πλέον ἐστὶ. Καὶ τίνος ἐνεκεν τοιαῦτα ἐφιλοτιμεῖτο; Ἰνα μὴ ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οικοδομήσω ε, φησί. Ταῦτα δὲ λέγει, δεικνύς ἑαυτὸν ἀλλότριον ἵνα κενοδοξίας, καὶ παιδεύων αὐτούς, ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ δόξης ἔρῃν καὶ τῆς παρ' αὐτῶν τιμῆς ἐπὶ τὴν γράψαι ἤλθεν, ἀλλ' ὡς διακονίαν πληρῶν, ὡς ἱερουργίαν ἀπαρτίζων, ὡς τῆς σωτηρίας αὐτῶν ἔρων. Ἀλλότριον δὲ τὸ τῶν ἀποστόλων φησίν, οὐ κατὰ τὴν τοῦ προσώπου ποιότητα, οὐδὲ κατὰ τὴν τοῦ κηρύγματος φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τὸν τοῦ μισθοῦ λόγον· ἐπεὶ τὰ κηρύγματα οὐκ ἀλλότρια ἦν, ἀλλ' ὅσον εἰς μισθὸν ἀλλότρια. Ὁ γὰρ τῶν ἑτέροις πεπονημένων μισθός, τούτου ἀλλότριος ἦν. Εἶτα δεικνύσι καὶ προφητεῖαν πληρουμένην, λέγων· *Καθὼς γάρ γέγραπται, Οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, δὴσονται· καὶ οἱ οὐκ ἀκηκόασιν, συνήσουσιν*. Ὅρξ· ἐπιτρέχοντα ὄπου πλεῖων ὁ πόνος, ὄπου μεῖζων ὁ ἰδρώς; Διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. Σκόπει πόλιν πῶς τῷ προοιμίῳ ὁμοίως τὸ τέλος ὕφαινει. Καὶ γὰρ καὶ ἀρχόμενος τῆς ἐπιστολῆς ἔλεγεν, ὅτι *Πολλάκις προεθέμην ἔλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἐκωλύθη ἄχρι τοῦ δεῦρο*· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν αἰτίαν τίθησι, εἰ ἦν ἐκωλύθη, καὶ οὐκ ἄπαξ, ἀλλὰ καὶ δις καὶ πολλάκις. Ὅσπερ γὰρ ἐκεῖ φησί, *Πολλάκις προεθέμην ἔλθεῖν πρὸς ὑμᾶς*, οὕτω καὶ ἐνταῦθα, Ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ ἔλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. Ὅπερ μάλιστα τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ δεικνύσι, τὸ πολλάκις ἐπιχειρεῖν. *Νυνὶ δὲ μηκέτι τόσον ἔχω ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις*. Ὅρξ· πῶς ἴδειςεν, ὅτι οὐ τῆς παρ' αὐτῶν ἐφιέμενος δόξης ἔγραφε τε καὶ παρεγίνετο; *Ἐπιπολιαν δὲ ἔχω ἐν τῷ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ἀπὸ πολλῶν ἑτῶν*. Ὡς ἂν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν, ἐπιπίσω διακορευόμενος θεόσασθαι ὑμᾶς, καὶ ὅψ' ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ, ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ. Ἰνα γὰρ μὴ δόξη ἐξευτελιζειν αὐτούς τῷ λέγειν, ὅτι Ἐπειδὴ οὐδὲν ἔχω ποιῆσαι, διὰ τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς, πάλιν τὸν τῆς ἀγάπης κινήσει λόγον εἰπὼν, Ἐπιπολιαν ἔχω ἐν τῷ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ἀπὸ πολλῶν ἑτῶν. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἐπεθύμησα ἔλθεῖν, ἐπειδὴ σχολὴν ἄγω, ἀλλ' ἵνα τὴν ἐπιθυμίαν, ἣν πάλαι ὤδιον, ταύτην ἀποτέλω. Εἶτα, ἵνα μὴ τοῦτο πάλιν αὐτούς φροσύνη, σκόπει πῶς αὐτούς καταστέλλει, εἰπὼν, Ὡς ἂν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν, ἐπιπίσω διακορευόμενος θεόσασθαι ὑμᾶς. Διὰ γὰρ τοῦτο τέθεικε τοῦτο, ἵνα μὴ μέγα φρονύσιν ὑμῶν γὰρ καὶ τὴν ἀγάπην δεῖξαι βούλεται, καὶ κωλύσαι θρόπτουσαι ἐκείνους. Διὸ συνεχῶς αὐτὸ τίθησι, καὶ ἐφεξῆς ἐναλλάττων τὰ ἑκατέρων τούτων κατασκευαστικά. Διὰ τοῦτο πάλιν, ἵνα μὴ λέγωσιν, Ὅδοῦ πάρεργον ἡμᾶς ποιεῖ, ἐπήγαγε, *Καὶ ὅψ' ὑμῶν προπεμφθῆναι*· τοῦτέστιν, Ἰνα ὑμεῖς μου μάρτυρες ἦτε, ὅτι οὐ καταφρονῶν ὑμῶν, ἀλλ' ἐλκόμενος ὑπὸ τῆς χρείας παρατρέχω. [754] Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτο ἐτι λυπεῖ, λιπαρώτερον αὐτὸ θεραπεύει, λέγων, Ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ. Τῷ μὲν γὰρ εἰπεῖν, Διακορευόμενος, δεικνύσιν οὐκ ἐφιέμενος αὐτῶν τῆς δόξης· τῷ δὲ εἰπεῖν, Ἐμπλησθῶ, δεικνύσιν ἔρων αὐτῶν τῆς ἀγάπης, καὶ οὐκ ἀπλῶς ἔρων, ἀλλὰ καὶ σφοδρῶς· διὸ οὐδὲ εἶπεν, Ἐμπλησθῶ, ἀλλ', Ἀπὸ μέρους. Οὐδέτις μὲν γὰρ χρόνος ἐμπλησθαι δύναται, οὐδὲ ἐμποιῆσαι μοι κόρον τῆς συνουσίας ὑμῶν. Εἶδες πῶς τὴν ἀγάπην δεικνύσιν, ὅταν καὶ

ἐπιγόμενος μὴ πρότερον ἀνίσταται, ὥς ἂν ἐμπλησθῆ; Καὶ τοῦτο δὲ τῆς πολλῆς αὐτοῦ φιλοστοργίας σημεῖον τὸ τοῖς ῥήμασιν οὕτω θερμῶς κερήσθαι. Οὐδὲ γὰρ εἶπε, θεάσομαι, ἀλλ' Ἐμπλησθῶ, τὰ τῶν γονέων μιμούμενος ῥήματα. Καὶ ἀρχόμενος μὲν ἔλεγεν, Ἰνα τινὰ καρπὸν σχῶ· ἐνταῦθα δὲ, Ἰνα ἐμπλησθῶ ἄπερ ἀμφοτέρα ἐφελομένου ἦν. Τὸ μὲν γὰρ ἐγκώμιον αὐτῶν ἦν μέγιστον, εἰ γε καρπὸν αὐτῷ παρέχουν ἐμείλλον ἐκ τῆς ὑπακοῆς· τὸ δὲ, τῆς αὐτοῦ φιλίας δεῖγμα γνήσιον. Καὶ Κορινθίους δὲ ἐπιστελλῶν οὕτως ἔλεγεν· Ἰνα ὑμεῖς με προπέμψητε οὐ ἐὰν πορεύωμαι· διὰ πάντων τὴν πρὸς τοὺς μαθητὰς ἀγάπην ἐνδεικνύμενος, ἥς ἴσον οὐδέν. Διὸ καὶ ἀρχόμενος αἰετὶ τῶν ἐπιστολῶν ἐντεῦθεν προοιμιάζεται, καὶ τελευτῶν εἰς τοῦτο καταλύει πάλιν.

δ. Καθάπερ γὰρ πατήρ φιλόπαις μονογενῆς παιδίον καὶ γνήσιον, ἐφιλεῖ τοὺς πιστοὺς ἅπαντας· διὸ καὶ ἔλεγε, *Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι;* Καὶ γὰρ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων τοῦτο χρὴ τὸν διδάσκαλον ἔχειν. Διὸ καὶ Πέτρος ἔλεγεν ὁ Χριστός, *Εἰ φιλεῖς με, ποίμηνε τὰ πρόβατά μου*. Ὁ γὰρ τὸν Χριστὸν φιλῶν, καὶ τὴν ποίμνην αὐτοῦ φιλεῖ. Καὶ τὸν Μωυσῆα δὲ τότε ἐπέστησε τῷ δήμῳ τῶν Ἰουδαίων, ὅτε τὴν πρὸς αὐτούς εὖνοιαν ἐπεδείξατο· καὶ ὁ Δαυὶδ δὲ οὕτως ἐπὶ τὴν βασιλείαν ἤλθε, πρότερον φιλόστοργος περὶ αὐτοῦ φανείς. Οὕτω γοῦν ἐτι νέος ὢν ἤλγησε οὐκ ἐπὶ λαοῦ, ὡς καὶ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν ἐπιδόουσαι, ἠνίκα τὸν βάρβαρον καθείλεν ἐκείνον. Εἰ δὲ λέγει· *Τί ἐστὶ τῷ ἀνελόγι τὸν ἀλλόφυλον τούτον;* οὐ μισθὸν ἀπαίτων ἔλεγεν, ἀλλὰ πιστευθῆναι βουλόμενος, καὶ ἐγγειρισθῆναι τὴν πρὸς αὐτὸν μάχην. Ὅτε γοῦν εἰσῆλθε πρὸς τὴν βασιλεία μετὰ τὴν νίκην, οὐδὲν ὑπὲρ τούτων διελέγθη. Καὶ ὁ Σαμουὴλ δὲ σφόδρα φιλόστοργος ἦν· διὸ καὶ ἔλεγεν, Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο διαμαρτεῖν τοῦ διαλιπεῖν προσευχόμενον ὑπὲρ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ. Οὕτω καὶ Παῦλος, μᾶλλον δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ πολλῶν πλέον, ἁπάντων περιεκαίετο τῶν ἀρχομένων. Διὸ καὶ τοὺς μαθητὰς οὕτω πρὸς αὐτὸν διέθηκεν, ὡς εἰπεῖν, ὅτι *Εἰ δυνατὸν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐσφράζαντες ἂν ἐδώκατέ μοι*. Διὰ τοῦτο καὶ τοῖς Ἰουδαίων διδατκάλοις τοῦτο πρὸ τῶν ἄλλων ὁ Θεὸς ἐγκαλεῖ λέγων· [755] Ὡ οἱ ποιμένες Ἰσραὴλ, μὴ βόσκουσιν οἱ ποιμένες ταύτους; οὐχὶ τὰ πρόβατα βόσκουσιν; Ἐκεῖνοι δὲ τὸναντίον ἐποίου. Τὸ γὰρ λαλῶν, φησί, *κατεσθίετε, καὶ τὰ ἐρωὰ περιεβάλλεσθε, καὶ τὰ παχὺ ἐσφάζετε, καὶ τὰ πρόβατα οὐκ ἐδόσκατε*. Καὶ ὁ Χριστὸς δὲ ποιμένος ἀρίστου κανόνα ἐκφέρων ἔλεγεν· Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. Τοῦτο ὁ Δαυὶδ ἐποίησε πολλαχοῦ τε ἀλλοχοῦ, καὶ ἠνίκα ἀνωθεν κατὰ τοῦ δήμου παντὸς ἡ φοβερὰ ἐκεῖνη ὄργη κατεφῆρετο. Πάντων γὰρ σφατομένων ἔλεγεν, Ἐγὼ ὁ ποιμὴν ἡμαρτῶν, ἐγὼ ὁ ποιμὴν ἐκακοποίησα· καὶ οὗτοι, τὸ ποιμνιον, εἰ ἐποίησαν; Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῇ αἰρέσει τῶν τιμωριῶν ἐκείνων οὐ λιμὸν εἶλετο, οὐ διώξιν ἐχθρῶν, ἀλλὰ τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ πεμπόμενον θάνατον, δι' ὃν προσεδόκα τοὺς μὲν ἄλλους ἐν ἀσφαλείᾳ καταστήσασαι, αὐτὸν δὲ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων κατενεχθῆσθαι. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο οὐκ ἐγένετο, θρηνεῖ καὶ λέγει· Ἐν ἐμοὶ ἡ χεὶρ σου· εἰ δὲ οὐκ ἀρκεῖ, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς μου. Ἐγὼ γὰρ, φησί, ὁ ποιμὴν ἡμαρτῶν. Ὄσασναι ἔλεγεν, ὅτι *Εἰ καὶ οὗτοι ἡμαρτον, ἐγὼ ὑπεύθυνος ἦμην τῇ τιμωρίᾳ ὁ μὴ διορθούμενος*

* Unus Codex, οικοδομῶ, φησί.

† Morel., ἀνίσταται.

studebat illos docere, qui nondum audivissent. Neque enim dixit, Ubi nondum crediderant, sed, *Ubi nondum nominatus fuerat Christus*: quod majus quidpiam est. Et cur talia sollicitè curabat? *Ne super alienum fundamentum ædificarem*, inquit. Hæc porro dicit, se ab inani gloria alienum ostendens, illisque insinuans se non ex gloriæ amore, neque ut apud illos in honore esset, ad scribendum se contulisse, sed ut ministerium suum impleret, et sacerdotium perficeret, utpote qui illorum cuperet salutem. Alienum vero apostolorum fundamentum dicit, non ex personæ qualitate, neque ex prædicationis natura, sed secundum mercedis rationem. Etenim prædicationes aliene non erant, sed quantum ad mercedem tantum aliene: non merces eorum, quæ alii cum labore operati erant, huic aliena erat. Deinde prophetiam impletam dicit: **21. Sicut scriptum est: Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt; et qui non audierunt, intelligent.** Videntur accurrentem ubi major labor, ubi major sudor erat? **22. Quapropter et impediabar plurimum venire ad vos.** Vide rursus, ut exordio similem finem attaxat: nam epistolam incipiens, dicebat: *Sæpe proposui venire ad vos, sed impeditus sum usque ad hoc tempus* (Rom. 1. 13): hic vero causam memorat, qua impeditus fuit, nec semel, sed bis ac pluries. Nam ut illic ait, *Sæpe proposui venire ad vos*, sic et hoc loco, *Impediabar plurimum venire ad vos*: id quod maxime desiderium ejus declarat, quod pluries tentaverit. **23. Nunc vero ulterius locum non habens in his regionibus.** Videntur quomodo ostendat, se non ut gloriæ apud ipsos sibi pareret, et scribere et eos adire velle? *Cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis jam annis*, **24. cum in Hispaniam profisciscar, spero fore ut in itinere videam vos, et a vobis deducar illuc, si vestri consortio prius ex parte satiatus fuero.** Ne videretur enim illos despiciere si diceret, Quia nihil mihi faciendum incumbit, propterea ad vos profisciscor, rursus dilectionis sermonem movet, dicens, *Cupiditatem habens veniendi ad vos a multis annis.* Non ideo venire cupiebam, quod in otio essem, sed ut concupiscentiam, quam olim parturiebam, jam parerem. Deinde ne et hoc illos inflaret, vide quomodo illos reprimat, dicens, *Cum in Hispaniam profisciscar, spero fore ut in itinere videam vos.* Ideo namque illud posuit, ut ne altum saperent: simul enim et dilectionem suam vult ostendere, et illos a fastu cohibere. Ideo frequenter illud apponit, ac deinceps ea, quæ utraque confirmantur, hinc inde spargit. Ideo rursum, ne dicerent, Nos invidis, quia hæc transeundum est via, subjungit, *Ut a vobis deducar illuc*; id est, ut vos mihi testes sitis, quod non vos despiciens, sed necessitate vocante, vos prætercurram. Quia vero hoc etiam illis aliquid mæroris afferre videbatur, suavius ipsi medetur, dicens: *Si vestri consortio prius ex parte satiatus fuero.* Cum enim dicit, *In itinere*, se gloriæ non ab illis querere ostendit: cum vero dicit, *Satiatus fuero*, se illorum dilectionem magni facere ostendit, nec utcumque amare, sed vehementer: ideoque non dixit tantum, *Satiatus fuero*, sed addit, *Ex parte.* Nullum enim tem-

pus me satiare poterit, nec consortii vestri fastidium ingenerare. Videntur quomodo dilectionem ostendat, quandoquidem vel festinans non prius profecturum se dicat, quam cum satiatus fuerit? id quod magni affectus animi argumentum est, et quod tam ferventibus utatur verbis. Neque enim dixit, *Invisero*, sed, *Satiatus fuero*, parentum verba imitatus. Et in principio quidem dicebat, *Ut aliquem fructum habeam*; hic vero, *Ut satiatus sim*: quæ ambo valde attractum indicant. Maximum enim illorum erat encomium, si ex obedientia fructum illi præbituri erant; amoris vero sui genuinum erat indicium. Et Corinthiis scribens dicebat: *Ut vos me deducatis, quocumque iero* (1. Cor. 16. 6); in omnibus suam erga discipulos dilectionem exhibens, cui par nihil. Ideoque in principio epistolarum sic semper exorditur, et in eadem ipsa desinit.

4. Quemadmodum enim pater prolis amans, unicum et genuinum filium diligit, sic ille fideles omnes diligebat: ideoque dicebat: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror* (2. Cor. 11. 29)? Nam præ aliis omnibus hoc insit oportet in doctore. Ideoque Petro dicebat Christus: *Si diligis me, pasce oves meas* (Joan. 21. 17). Qui enim Christum diligit, gregem quoque illius diligit. Et Moysen tunc Judæorum populo præfecit, quando ille suam erga populum benevolentiam exhibuit: et David quoque tunc ad regnum pervenit, cum prius populi amans compertus fuisset. Sic igitur, cum adhuc juvenis esset, populi causa doluit, ita ut animam exponeret suam, quando barbarum illum prostravit. Etsi vero dixit: *Quid dabitur ei, qui alienigenam illum occiderit* (1. Reg. 17. 26)? non mercedem requirens hoc dicebat, sed ut sibi crederetur, et sibi pugna adversus illum committeretur. Cum ergo post victoriam ad regem ingressus est, de mercede ne verbum quidem fecit. Et Samuel valde populum amabat, ideoque dicebat: *Absit a me ut in hoc peccem, ut cessam precari Domino pro vobis* (1. Reg. 12. 23). Ita et Paulus; imo vero non ita, sed multo plus quam omnes alii ardebat erga subditos sibi. Ideoque discipulos suos usque adeo erga se affectu, ut diceret: *Si possibile fuisset, oculos vestros eruissetis, mihiq; dedissetis* (Gal. 4. 15). Ideo Judæorum præceptores, plus quam omnes alios Deus increpat, dicens: *O pastores Israel! num pascunt pastores seipsum? annon oves pascunt?* Isti vero contrarium fecerunt. *Lac enim, inquit, comeditis, lana vos tegitis, et quod pingue erat mactabatis, et oves non pascebatis* (Ezech. 34. 2. 3). Et Christus optimi pastoris normam effrens, dicebat: *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis* (Joan. 10. 11). Hoc David tum multis in locis fecit, tum etiam cum terribilis illa ira e caelo imminebat contra totum populum: cum omnes enim occiderentur, dicebat: *Ego pastor peccavi, ego pastor inique egi, isti, qui grex sunt, quid fecerunt* (2. Reg. 24. 17)? Ideoque cum eligendum supplicium esset, non famem, non hostium persecutionem elegit, sed a Deo immissam mortem; quod expectaret alios qui-

dem in tanto ponendus esse, ac autem ante alios omnes percutiendum fore. Quia vero illud non ita contigit, luget ac dicit: *In me sit manus tua*; si vero non satis sit, *etiam in domo patris mei*. Ego, enim, inquit, *pastor peccavi*. Ac si diceret, *Etiansi illi peccaverint, ego obnoxius supplicio eram, qui non correxi*: cum vero peccatum sit meum, ego pœnas dare debeo. Etenim culpam augere volens, pastoris nomen usurpavit. Ita ergo iram sedavit, ita sententiam revocari curavit: tantum valet confessio: *Justus enim, in principio sermonis, accusator est sui* (*Prov. 18. 17*): tanta res est sollicitudo et commiseratio optimi pastoris. Etenim ejus viscera discerpebantur illis cadentibus, ac si ejus genuini filii necarentur: ideoque iram in se converti precabatur. Et initio cordis illud fecisset, nisi grassaulem illam ad se quoque venturam sperasset: cum porro vidit illud non fieri, calamitatem vero illos opprimentem non ultra tulit, sed magis accensus est, quam super Annone primogenito suo. Tunc enim mortem sibi non postulavit, nunc vero id precatur ut ante alios cadat. Talem oportet esse principem, magis de aliorum quam de suis calamitatibus dolere. Tale quidpiam quoque erga filium passus est, ut disceres illum non magis, quam subditos, filium dilexisse. Tametsi enim lascivus esset juvenis et parriocida; attamen dicebat: *Quis dabit mihi ut moriar pro te* (*2. Reg. 18. 33*)? Quid dicis, o beate, omniumque hominum mitissime? te filius occidere conatus est, et in mille te mala conjecit; et cum ille de medio sublatus est, et tropœum jam erecum est, tunc mortem optas? Etiam, inquit: exercitus enim meus non mihi vicit; sed nunc vehementius impugnor, quam antea, et viscera mea nunc magis discerpuntur. Hi itaque eos, qui sibi commissi fuerant, curabant.

5. Beatus vero Abraham etiam eorum, qui sibi concrediti non fuerant, magnam gerebat curam, et tantam, ut etiam se magnis exponeret periculis. Quod enim non pro fratris filio tantum hoc faceret, sed pro Sodomitis, non prius destitit a Persarum insequutione, donec omnes liberavit. Quamquam licebat illi recepto fratris filio abscedere, noluit tamen: omnium enim pariter gerebat curam: id quod etiam ex sequentibus declaravit. Cum enim non jam barbarorum exercitus illos obsessurus esset, sed ira divina illorum urbes funditus esset eversura, et non jam armis, nec pugna vel acie opus esset, sed supplicatione, tantam ille adhibuit sollicitudinem, quantam si ipse periturus fuisset. Ideoque semel, bis, ter et pluries ad Deum accedit, et ad naturam confugit, dicens: *Ego autem terra sum et cinis* (*Gen. 18. 27*). Et quia sciebat illos per se iræ Dei traditos, propter alios hos servari precatur. Ideoque dicebat Deus: *Num abscondam a servo meo Abraham, quæ factururus sum?* ut discamus, quam hominum amans sit justus. Neque ille a precando destitisset, nisi Deus prior destitisset. Et videtur quidem ille pro justis precari, sed totum pro

illis aliis faciebat. Nam justorum anime admodum sunt mites ac benignæ, et pro suis atque etiam pro alienis, et usque ad bruta suam extendunt mansuetudinem. Ideoque sapiens quidam dicebat: *Justus miseratur animas jumentorum suorum* (*Prov. 12. 10*). Si autem jumentorum, quanto magis hominum? Sed quia jumentorum mentionem feci, perpendamus illos ovium pastores in Cappadocum regione, quot et quanta patientur ut bruta illa animantia tueantur: sæpe enim nive obruti per tres mansere dies. Dicuntur autem etiam Libyæ pastores, non minoris istis labores subire, per integros menses difficile desertum illud, immanissimis repletum feris, pervagantes. Si autem circa bruta tantæ impenduntur curæ, quam defensionem habebimus nos, qui rationabiles animas nobis concreditas habentes, gravi somno dormiamus? an respirare omnino oporteret? an quiescere, et non undique circumcursare, et mille sese mortibus exponere pro talibus ovibus? An ignoratis gregis istius dignitatem? annon pro illo Dominus tuus innumera operatus est, ac demum sanguinem suum effudit? tu vero quietem quaeris? ecquid deterius fuerit talibus pastoribus? Annon cogitas circa illas oves adesse lupos, lupis vulgaribus multo acerbiores et immaniores? non tecum reputas qua opus habeat anima is, qui talem præfecturam sit administraturus? Sed homines, qui populis præsumt, de vulgaribus rebus consulentes, noctes diebus vigilantes adjungunt; nos vero, qui de ipso celo certamen habemus, in ipso quoque die dormimus? Ecquis nos demum liberabit a supplicio, hisce delictis debito? Nam si corpus trucidandum, si sexcentæ subeundæ mortes essent, annon quasi ad celebritatem eo currere oporteret? Hæc porro non modo pastores, sed etiam oves audiant, ut pastores inde alacriores fiant, ut magis illorum propositum acuant, ut ipsi nihil aliud quam obsequentiam præbeant. Ita et Paulus jussit: *Obedite præpositis vestris, et subditi estote: quia ipsi vigiliant pro animabus vestris, tanquam rationem redduri* (*Hebr. 13. 17*). Cum autem dicit, *Vigilant*, mille dicit labores, curas, pericula. Nam bonus pastor, et qualem Christus optat, cum innumeris conferri potest martyribus: siquidem martyr semel propter Christum moritur, ille millies propter gregem, si talis ille pastor fuerit, qualem decet. Qui talis enim est, quotidie mori potest. Propterea vos, laborem cognoscentes cooperamini precibus, sollicitudine, alacritate, amicitia, ut nos vestra gloriatio, et vos nostra sitis. Ideo enim et apostolorum coryphæo, qui plus quam alii omnes ipsum amabat, gregem commisit, prius seiscitatus, si diligeretur ab ipso (*Joan. 21. 15*), ut discas hoc præ aliis omnibus signum dilectionis erga ipsum ab illo poni: nam hoc virili opus habet animo. Hæc porro a me dicta sunt de optimis pastoribus, non de meipso et de nostri similibus: sed si quis talis sit, qualis Paulus erat, qualis Petrus, qualis Moyses. Hos itaque imitemur et præfecti et subditi: licet enim subdito pro parte pastoris au-

ὅταν δὲ καὶ ἐμὸν τὸ ἀμάρτημα ἦ, ἐγὼ δίκαιος ἂν εἶην δοῦναι τὴν τιμωρίαν. Καὶ γὰρ αὐξήσαι τὸ ἐγκλημα θέλω, τὸ τοῦ ποιμένος ἔθικεν *δογμα*. Οὕτω γοῦν τὴν ὀργὴν ἔσθησεν, οὕτω τὴν ἀπόφασιν ἀνεκαλέσατο· τοσοῦτον ἐστὶν ἐξρημολόγησις· *Δίκαιος* γὰρ *ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογία*· τοσοῦτον κηδεμονία καὶ συμπάθεια ποιμένος ἀρίστου. Καὶ γὰρ ἐσπαράττετο αὐτοῦ τὰ σπλάγχνα πιπτόντων ἐκείνων, καθάπερ παιδῶν γνησίων ἀναιρουμένων· διὸ καὶ ἐπ' αὐτὸν τὴν ὀργὴν ἔλθειν ἤξλου. Καὶ ἐν ἀρχῇ δὲ τῆς σφαγῆς τοῦτο ἐποίησεν ἂν, εἰ μὴ καὶ βαδίζουσαν αὐτὴν ὀδῶ καὶ πρὸς αὐτὸν ἤξεν ἤλαπιζεν. Ὅτε γοῦν εἶδε τοῦτο μὲν μὴ γινόμενον, ἐκείνους δὲ ἐπινεμομένην τὴν συμφορὰν, οὐκέτι ἤνεγκεν, ἀλλ' ἀνήφθη μᾶλλον, ἢ ἐπὶ τοῦ Ἄμνων τοῦ πρωτοτόκου. Τότε γὰρ θάνατον οὐκ ἤτησε, νῦν δὲ ἀξιοὶ πρὸ τῶν ἄλλων πεσεῖν. Τοιοῦτον εἶναι χρὴ τὸν ἀρχοντα, καὶ μᾶλλον ταῖς ἐτέρων, ἢ ταῖς οἰκείαις ἀλέγειν συμφοραῖς. Τοιοῦτον γοῦν τι καὶ ἐπὶ τοῦ παιδὸς ἑπαθεῖν, ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐδὲν πλεόν τῶν ἀρχομένων τὸν παῖδα ἐφίλει. Καίτοι γε ἀκόλαστος ἦν ὁ νεανίσκος καὶ πατραλοῖας, ἀλλ' ὁμως ἔλεγε· *Τίς δώσει μοι θάνατον ἀντὶ σοῦ*; Τί λέγεις, ὦ μακάριε, καὶ πάντων ἀνθρώπων πράτατε; ἀνελεῖν σε ἐσπούδαζεν ὁ παῖς, καὶ μυρίους σε περιέβαλε κακοῖς· καὶ ὅτε ἐκ μέσου γέγονε, καὶ τὸ τρόπαιον ἔστη, τότε εὐχῇ σφαγῆται; Ναί, φησὶν. Οὐ γὰρ ἐμοὶ νενίκηκε τὸ στρατόπεδον, ἀλλ' ἔτι πολεμοῦμαι σφοδρότερον ἢ πρότερον, καὶ τὰ σπλάγχνα μοι διακόπτεται νῦν μειζρόνως. Οὗτοι μὲν οὖν τῶν ἐγκεχειρισμένων ἐφρόντιζον.

ε'. Ὁ δὲ μακάριος Ἀβραὰμ καὶ τῶν οὐκ ἐμπειστευμένων αὐτῷ πολλὴν ἐποιεῖτο τὴν πρόνοιαν, καὶ τοσαύτην, ὡς καὶ κινδύνους ἑαυτὸν περιβαλεῖν χαλεποῖς. Ὅτι γὰρ οὐκ ὑπὲρ ἀδελφιδοῦ μόνου ἐπραττεν ἄπερ ἐπραττεν, [736] ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν Σοδομιτῶν, οὐ πρότερον ἀπέστη τοὺς Πέρσας ἐλαύνων ἐκείνους, ἕως πάντας αὐτοὺς ἠλευθέρωσε. Καίτοι γε ἐξῆν λαβόντι τοῦτον ἀναχωρεῖν, ἀλλ' οὐκ ἠθέλησε· καὶ γὰρ πάντων ὁμοίως ἐκτίθετο. Καὶ τοῦτο καὶ διὰ τῶν μετὰ ταῦτα δῆλον ἐποίησεν. Ὅτε γοῦν οὐ βαρδάρων στρατόπεδον ἐμελλεν αὐτοὺς πολιορκεῖν, ἀλλὰ ἡ Οὐβηλατος ὀργὴ τὰς πόλεις αὐτῶν ἐκ βάθρων ἀνασπᾶν, καὶ οὐκέτι ὄπλων ἦν ὁ καιρὸς, οὐδὲ μάχης καὶ παρατάξεως, ἀλλ' ἰκετηρίας; τοσαύτην ἐποίησατο ὑπὲρ αὐτῶν σπουδῆν, ὅσην ἂν εἰ αὐτὸς ἀπόλλυσθαι ἐμελλε. Διὰ δὴ τοῦτο, καὶ ἅπαξ καὶ δις καὶ τρις καὶ πολλαῖς προσέρχεται τῷ Θεῷ, καὶ ἐπὶ τὴν φύσιν καταφεύγει λέγων· *Ἐγὼ δὲ εἰμι γῆ καὶ σποδός*. Καὶ ἐπειδὴ οἰκοθεν εἶδεν αὐτοὺς προδομένους, δι' ἐτέρουσ αὐτοὺς ἀξιοὶ σώζεσθαι. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ἔλεγεν· *Οὐ μὴ κρύψω ἀπὸ τοῦ παιδός μου Ἀβραὰμ ἢ μᾶλλον ποιεῖν*; ἵνα ἡμεῖς μάθωμεν πῶς ἐστὶ φιλόανθρωπος ὁ δίκαιος. Καὶ οὐδ' ἂν ἀπέστη παρακαλῶν, εἰ μὴ ὁ Θεὸς ἀπέστη πρῶτος. Καὶ δοκεῖ μὲν ὑπὲρ τῶν δικαίων δεῖσθαι, τὸ δὲ πᾶν ὑπὲρ ἐκείνων ἐποιεῖ. Καὶ γὰρ σφόδρα εἰσὶν αἱ τῶν ἀγίων ψυχῶν ἡμέροι καὶ φιλόανθρωποι, καὶ περὶ τοὺς οἰκείους καὶ περὶ τοὺς ἀλλοτρίους, καὶ μέχρι τῶν ἀλόγων αὐτῶν ὁ ταύτην ἐκτείνουσι τὴν ἡμερότητα. Διὰ τοῦτο καὶ

6. Considerate quam sit impudens avaritia, quam inverecunda : non reverita est venerandum illum et beatum apostolorum chorum, quem horrent demones, quorum umbrae morbos fugabant, quorum corpora agritudines sanabant, sub quorum pedibus omnes gentes, reges, dynastæ, et sapientes subjecti erant. Attamen impudens illa insilivit quasi latro et quasi leo rugiens, et rapuit Apostolum, adeo ex duodecim illis electis, præcipuis, qui nec Christi benedictione vel donis vacuus erat perinde atque alii undecim. Cum enim largus et beneficus esset Magister, illum ut reliquos honoravit, deditque illi gratiam curationum, et potestatem contra adversarium. Imo etiam pedes ejus, qui contra Magistrum currebant, ut et ceterorum discipulorum, propriis manibus lavit bonus ille nec memor injuriæ Dominus. Quam putas potestatem accepisse eum a Deo et Domino universorum contra dæmonas et omne genus morborum ? Ego dicam : omnes reges et dynastas superabat, et omni potestate formidabilior erat. Considerate, o avari, si talem ac tantum militem, quasi nudum et ope destitutum malo affecto et cepit ut captivum, quid de nobis fiet, qui nullum præclarum virtutis opus habemus ? Sed quid de apostolis et discipulis loquor ? Ipsum Dominum universorum non reveritus est ; sed in illum etiam manus extendit, et cum qui vendi non poterat, vendidit, et eum qui omni gloria et honore dignus erat, inhonoravit, atque eum qui flecitur omne genu, colaphis cecidit, eum quem trementes cælestes exercitus adorant, sputis inspersit ; atque, ut quod majus est dicam, vite principem, qui omnes vivificat, occidit. Demum nemo gloriaretur in hominibus, nemo se in propria vanitate confirmet, nemo confidat vel dicat, Me vitium numquam superat. In multis enim te vincit ; et te victorem esse putas ?

ἀκούσατε. οἱ τυρμνοῦντες καὶ καταπινοῦντες ἀδελφοὺς, τίνος ὑπηρεταί καὶ ὑπουργοὶ τυγχάνετε, καὶ μαθόντες ὅποιαν ἀνάπαυσιν καὶ δωρεάν ἠτοίμασεν ὑμῖν ἐκεῖθεν, ποταμοὺς, λάκκους, καὶ χάσματα, καὶ ἀκότους ἐξώτερον, καὶ βρωγμὸν ὀδόντων, καὶ ἕτερα ὅμοια, φρίξατε, τρομάξατε, λιγγισάσατε· καὶ καταλιπόντες ταύτην τὴν ἀναίσχυντον καὶ μισθῶσαν καὶ μισάδελφον ἀσπλαγχτίαν γενώμεθα μαθηταὶ τοῦ εὐσπλάγγχου καὶ ἐλεήμονος Θεοῦ τοῦ πάντων ἐλευθέρου καὶ πάντα συγχωροῦντος. Ὅσοι μαθηταὶ καὶ φίλοι ἐστέ τῆς ἀσπλαγγχίας, ἐνδύσασθε σπλάγγχα οἰκτιριμῶν ὡς καιρὸν ἔχοντες, μάθωμεν ἐλεεῖν καὶ συμπαθεῖν, μάθωμεν συγχωρεῖν· οἱ ποτε τυραννήσαντες, παύσασθε, καὶ μηδένα διασεισῆτε, καὶ ἀρχήσθε τοῖς ὀφειλοῦσι ὑμῶν· οἱ τὰ μαλακὰ φρονούντες καὶ τὴν ἀσπλαγγχίαν, ἐνδύσασθε σπλάγγχα οἰκτιριμῶν, καθὼς κελεύει ὁ Χριστὸς διὰ τοῦ στόματος Παύλου· οἱ τὰς μεγίστας οἰκίας οἰκοδομοῦντες, καὶ συνάγοντες ἐκεῖ ἅπαντα τὰ νομιζόμενα ἀγαθὰ διὰ χειρῶν καὶ ἰδρῶτων τῶν πενήτων ἀτίτεια καὶ ἀμισθία, μνημονεύσατε τί ἤκουσεν ὁ πρὸ ὑμῶν ἀγόρευστος πλούσιος ὁ κακοςὺμβουλος, ἀποδουρόμενος δίκην πέντητος ἀπεργασμένου, καὶ λέγοντος, *Τί ποιῆσω, ὅτι οὐκ ἔχω πλαυτέρας ἀποθήκας*; Τοῦτου τὴν ἐκ Θεοῦ ἐλθούσαν ἀπόφασιν εἰς μνήμην ἐλθόντες, ἀνοίξατε τοὺς θησαυροὺς ὑμῶν, καὶ ὅτε ἐλεημοσύνην ποιῆσατε ἑαυτοὺς θησαυρὸν ἀνεκλίπων ἐν τῷ οὐρανῷ, καθὼς προστάσει ὁ Κύριος. Οἱ τὸν ἐμπαίκτην πλοῦτον ἐκ τόκου καὶ ἐξ ἀδικίας συλλέξαντες, ποιῆσατε ἑαυτοὺς φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ, καθὼς παρακαλεῖται ὁ Δεσπότης, ἵνα ὅταν ἐκλίπῃτε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίας σκηνάς· οἱ ἀδικούντες, ἐνοήσατε πάντες τοῦ ποιούντος κρίμα τοῖς ἀδικουμένοις καὶ φρίξατε· οἱ μισθοὺς κπιωτων ἀποστεροῦντες, μνήσθητε τοῦ λέγοντος, *Ὁ ἀποστερῶν μισθὸν μισθοῦ, ὡς ὁ ἐκχέων αἷμα*· καὶ ὅτι ὁ ἀπεστερημένος ἀφ' ὑμῶν κράζει, *Καὶ αἱ βοαὶ τῶν ἀμάρτανων τὰς χώρας ὑμῶν εἰς τὰ ὄτα Κυρίου Σαβαὼθ εἰσεληλυθε*. Οἱ τύπτοντες ἀδελφοὺς, παύσασθε, μᾶλλον δὲ ἀράσατε ὅτι περὶ τὰ ἑαυτῶν πρόσωπα, μνημονεύοντες τὸ ἀφόρητον κρίμα τῶν βαπτισάντων τὸν ἀμάρτητον Κύριον, ἔτι δὲ καὶ τοῦ φλαγελλώσαντος τοῦτου, καὶ στενάξεται, ὅτι πολλὰκις ἐν τῷ τυπτομένῳ ἀδελφῷ ἐγκρύπτεται ὁ Χριστὸς βαπτίζόμενος πάλιν καὶ ὑπὸ σοῦ. Καὶ γὰρ οἱ παρ' ἡμῶν βαπτίζόμενοι τὸν Χριστὸν ἐνδέδονται, καθὼς φησὶν ὁ Ἀπόστολος, ὅτι *Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνδύσασθε, δι' ὧν καὶ ἀπέθανε, μεθ' ὧν καὶ βαπτίζεται*. Ἄρα ταῦτα ἀκούων οὐ φρίττει, οὐ τρέμει, οὐ παύη τύπτει τοὺς συνδούλους; ἄρα ταῦτα ἀκούων, οὐκ ἐνάρχησθε σοῦ ἡ χεῖρα; Ἐγὼ καὶ μόνον λαλῶν ἐντρομῶς εἰμι· σὺ δὲ ὁ ποῶν ταῦτα, ἄρα ποῖου θηρίου γνώμην κέκτησαι, ὅτι ἀδυσώπητος ἔμενας; ἄρα οὐδ' ἐν ψ μετρεῖς, οὐκ ἀντιμετρηθῆσαι σοι; Λοιπὸν κλν μικρὸν παῦσαι ἀπὸ τῆς μεταιότητος, ἵνα μὴ *θησαυρίσῃς ἑαυτῷ ὄρηθρην ἐν ἡμέρᾳ ὄρηθρῆς καὶ ἀποκαλύψῃς καὶ δικαιοκρισίας Θεοῦ*· ὅς ἀποδώσει ἐκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ἄλλὰ πάλιν μικρὸν ἀναλαθῶν ὑπομνήσω ἕκαστον ὡς ὃν κεφαλαιῶν τὰ δέοντα. Οἱ ἀπνηεῖς πλούσιοι οἱ εὐφραίνόμενοι καθ' ἡμέραν, μνήσθητε τοῦ ἀνελεήμονος ἐκείνου πλουσίου, ὃν οὐκ ἀφίστην ἡ ἀσπλαγγχία διαβήναι καὶ ἰδεῖν ἐκεῖνο τὸ χάσμα, ὅπερ ὤρυξεν αὐτῷ ἡ ἀσπλαγγχία, καὶ φρίξατε· οἱ ἐπὶ μόνῃ παρθενείᾳ ἔγκλωμυμενοι καὶ τῇ ἀπνηεῖα πεπληρωμένοι, ἡ ἐπιλάθεσθε τῶν μωρῶν παρθένων· οἱ τὰ σπλάγγχα [772] κλειόντες ἀπὸ τῶν χρηζόντων, ἀεὶ ἐννοεῖτε τὴν περισταμένον ἐξ εὐανθύμων, καὶ μετ' αἰσχύνῃς πολλῆς κάτω νεύοντων, καὶ ἀκούοντων τῆς ὀδυνηρᾶς ἐκείνης φωνῆς, τὸ, *Πορευθεὶς ἀπ' ἐμοῦ, οἱ καταγραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον*, καὶ φρίξατε· οἱ ἀρπάζοντες τὰ ἄλλοτρια, ἀκούσατε τοῦ λαλούντος διὰ στόματος τῶν ἁγίων, *Χεῖρ χεῖρας ἐμβαλίων ὑδίκως, οὐκ ἀτιμώρητος ἐσται*· καὶ πάλιν, *Ἐγὼ Κύριος μισῶν ἄρπια καὶ ἐξ ἀδικίας*· καὶ ἄλλα· *Ἐὰν ἄρπια μὴ ἐπιποθεῖτε*. Οἱ ὄφρανοὺς καὶ χήρας θλίβοντες, ἐνθυμήθητε τίς ὁ τούτων προστάτης καὶ ἐκδικος Θεός· γὰρ, εἶπεν ὁ Δαυὶδ, ὁ πατήρ τῶν ὄφρανῶν καὶ κριτῆς τῶν χήρων οἱ καταπειρόμενοι παρθένου τῶν μεγίστων, μνήσθητε τοῦ εἰπόντος Χριστοῦ διὰ στόματος Παύλου, *Τίμιος ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος*. Οἱ δὲ τὸν ναῦν τοῦ Θεοῦ ἐν πορείᾳ φθείροντες, ἀκούσατε τοῦ αὐτοῦ πάλιν λέγοντος· *Πέτρους καὶ μοιχοὺς*

κρινεὶ ὁ Θεός. Οἱ ἐν ὀδῳ φιλοῦντες, ἀκούσατε καὶ μὴ ἐπιλάθεσθε τοῦ δολίου ῥιλήματος τοῦ παραδύσαντος Ἰούδα τὸν Ἰησοῦν· οἱ κλέπται, ἀκούσατε τί περὶ ὁμῶν ὁ Κύριος πρὸς τὸν προφητὴν Ζαχαρίαν ἐλάλησεν· λέγει οὖν *Τί σὺ ὄρας, Ζαχαρία; Καὶ εἶπεν Ἀρέαρον πετόμενον· μήκος αὐτῷ πήχων εἰκοσι, καὶ πλάτος αὐτοῦ πήχων δέκα. Καὶ εἶπεν Κύριος Ἀυτῇ ἡ ἀρά ἡ ἐκπορευομένη ἐπὶ πρόσπορον τῆς γῆς· δίδτι πὰς κλέπτῃς ἐκ τούτου ἐκδικηθήσεται ἕως θανάτου· καὶ εἰσέλδύσεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ κλέπτου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ ὀμνύοντος τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἐν ψεύδει, καὶ καταλύσει ἐν τῷ μέσῳ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ συντελέσει αὐτὸν, καὶ τὰ ξύλα αὐτοῦ, καὶ τοὺς λίθους αὐτοῦ. Ἄρα ἀρκεῖ ταῦτα, ὡ κλέπται, τοῦ παύσασθαι τοῦ χαλεποῦ δρόμου; ἢ προσεγγίω καὶ ἕτερα θεῖα ῥήματα ἀποτρέποντα καὶ κατακρίνοντα ὑμᾶς καὶ ἐκφοδουνα καὶ ἐπιστροφῆν; Ἀκούσατε οὐκ καὶ τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· *Ὁ κλέπτῃς μηκέτι κλεπτεῖν, ἀλλὰ κοπιᾶτω ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν ταῖς ἰδίαις χερσίν, ἵνα ἔχη μεταδιδόναι καὶ τῷ χεῖρι ἔχοντι*· καὶ πάλιν, ὅτι *Κλέπτῃ βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι*. Καὶ ἀρκεῖ λοιπὸν τὰ εἰρημένα περὶ τῶν κλεπτῶν, εἰ βούλοιντο. Οἱ μνησικαχοι, ἀκούσατε τοῦ ἀποστόλου Πέτρου λέγοντος· *Μὴ ἀποδιδόντες κακὸν ἀντὶ κακοῦ, ἡ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας· ἀλλ' ἀποθέμενοι πάσαν κακίαν, καὶ πᾶσαν καταλαλιὰν, ὡς ἀριεργήγητα βρέφη βιώσατε*. Εἰ ποτε νικηθεῖς καὶ χαυνωθεῖς μισθῆς ἀνθρώπων, μὴ τολμήσῃς εἰπεῖν, ὅτι Ἄγαπῶ τὸν Θεόν· ἀρκετὸν γὰρ σοῦ τὸ βάρος, καὶ τὸ κατάκριμα τῆς μιζαντελείας, ἡ βαρύτερα ἅπανων τῶν βαρμημάτων· καὶ μὴ ἐπάγῃς ἑαυτῷ ψεῦδος· Ὁ γὰρ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῶν, καὶ λέγων, ὅτι Ἄγαπῶ τὸν Θεόν, ψεύστης ἐστίν, καθὼς γέγραπται. Οἱ φιλάργυροι, ἐνοήσατε τί φιλεῖτε, τοῦ Ἀποστόλου βρώντος· εἰ δὲ καὶ τοῦτο οὐ κατέχετε, δεῦτε ἀκούσατε, καὶ διηγῆσομαι ὑμῖν, ὅποιον κακὸν φιλεῖτε· *Ῥίκα πάντων τῶν κακῶν ἡ φιλαργυρία*. Ἄγνοεῖτε τὸ ποθούμενον παρ' ὑμῶν θηρίων καὶ ψυχθόρον; Οὐδεὶς φιλόχρους γέγονε ποτε φιλάνθρωπος, ὁ δὲ μὴ φιλάνθρωπος οὐδὲ φιλόχριστος.*

ς'. Ἐνοήσατε ὅποια ἐστὶν ἀναίδης καὶ ἀναίσχυντος. Οὐκ ἐνετρέπη εἰς τὸν τίμιον ἐκεῖνον καὶ μακάριον χορὸν τῶν ἀποστόλων, ὃν καὶ οἱ δαίμονες φρίττουσιν, ὃν καὶ αἱ σκιά παθῶν φυγαδευτήρια, ὧν τὰ χρώτα νοσήματα λῶντο, ὧν ὑπὸ τοῦ πόδας πάντα τὰ ἔθνη καὶ βασιλεῖς καὶ δυνάσται καὶ σοφοὶ ὑπετάγησαν. Ἄλλ' ὁμοῖς ἡ ἀναίδης ἐπεπήδησεν ὡσπερ ληστής καὶ ὡς λέων ὠρῶμενος, καὶ ἀφῆρπασε τὸν ἀπόστολον, ἀλλ' ἐκ τῶν δώδεκα τῶν ἐκλεκτῶν, τῶν λογάδων καὶ κορυφαίων, οὐκ ἔμοιρον τῆς Χριστοῦ εὐλογίας καὶ δωρεᾶς παρὰ τοῦ ἐνδεκα, οὐδὲ τῶν χαρισμάτων· ἄφθονος γὰρ ὢν ὁ διδάσκαλος, ὡσπερ τοὺς λοιποὺς κἀκεῖνον ἐτίμησεν, καὶ παρέσχετο χάρισμα τῶν λαμάτων καὶ τὴν κατὰ τὸν ἄλλοτρίου ἐξουσίαν. Ἄλλὰ καὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῦς κατὰ τοῦ Διαδοσκέλου τρέχοντας οἰκείας χερσίν, ὡσπερ καὶ τῶν λοιπῶν μαθητῶν, ἐνίψεν ὁ ἀγαθὸς καὶ ἀνεξίκακος Κύριος. Ὅποιαν λοιπὸν δοκεῖς δύναμι ἐχειν λαθόντα τὴν ἐξουσίαν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Δεσπότου τῶν ὄλων κατὰ δειξιμόνων καὶ παντοίων παθῶν; [775] Ἐγὼ λέγω πάντων τῶν βασιλείων καὶ δυναστῶν ὑπερσχύειν τοῦτο, καὶ πάσης ἐξουσίας φοβερώτερον εἶναι. Καὶ λοιπὸν ἐνθυμήθητε, ὡ φιλάργυροι, εἰ τὸν τοιοῦτον καὶ τηλικούτον στρατιώτην ὡς γυμνὸν καὶ ἀδοθητόν καταπέτοντες καὶ ἔλαθεν ὡς αἰγμάλων, τί λοιπὸν πάθωμεν ἡμεῖς οἱ μηδὲν κατόρθωμα ἀρετῆς κακτημένοι; Καὶ εἰ λέγω περὶ ἀποστόλων καὶ μαθητῶν; Αὐτὸν τὸν Κύριον καὶ Δεσπότην τῶν ὄλων οὐκ ἠδέσθη, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας· ἐπέβαλε, καὶ τὸν ἄπρατον ἔπρασε, καὶ τὸν πάσης ὀδῆς καὶ τιμῆς ὑπάρχοντα ἄξιον ἡτίμασε, καὶ ὡ κἀμπτεῖ πᾶν γόνυ, ἐρῆραπτε, καὶ ὡ φρίχη προσκυνούσιν οὐράναι στρατιαὶ, ἐνέπτυσσε· καὶ, ἵνα τὸ μέζον εἴπω, τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, τὸν τὰ πάντα ζωοποιούοντα ἀπέκτεινε. Λοιπὸν μηδεὶς καυχᾶσθω ἐν ἀνθρώποις, μηδεὶς ἐνδοξαμοῦσθω ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ μεταιότητι· μὴ τις θαρβείτω, ὅτι Ἰλλόος οὐ νικᾷ με ποτὲ· εἰς πολλὰ γὰρ νικᾷ σε, καὶ νικητῆς εἶναι δοκεῖς; τὸν ἀπόστολον τοῦ Χριστοῦ ἐνίκησε, καὶ σὺ καταφρονεῖς; τὸν κορυφαῖον ἡχηλάωτεσε, καὶ σὺ ἀμεριμεῖς καὶ μεγαλαυχεῖς; Ὅρα οὖν ὁ δοκῶ!

apostolum Christi vicit, et tu contemnis? coryphaeam captivum duxit, et tu non curas et altum sapis? Vide ne qui te putas stare cadas. Vis ostendam tibi quot in rebus vincaris nescius? vis patefaciam tibi quam multa ex malo facias, et quasi insons vitam agis? Audi iurasti tremendum Dei nomen, quod nec angeli ausint; hoc ex malo est, ut Dominus declaravit: mentitus es; id delictum est: conviciatus es; ergo victus fuisti: pecunias recondidisti, cum frater tuus, imo cum Christus esuriret, et vudus esset; victus, clade maxima et inexcensabili es affectus, quæ tibi hanc ultimam et terribilem accusationem conciliet, *Esurivi, et non dedidisti mihi manducare* (Matth. 25. 41), et cætera: et quod gravius est, fratris Christi clamantis non misertus es. Brevi relictis omnibus eo abiturus es, unde non redibis; sed ex eorum numero eris qui audient, *Discedite a me, maledicti*, etc. Viden' in quantis superatus es, et non intelligis? viden' quot delictis obnoxius sis, et quasi victor et insons in negligentia vivis superatus et miser? Non audisti quod scriptum est: Qui vicerit, heres erit æternorum bonorum, quæ in Apocalypsi Joannes declaravit, et ea narravit quæ ipse vidit: inexplabile gaudium, lætitiã immortalem, vitam cum Domino universorum actam, et cum omnibus sanctis, angelis et archangelis: atque alia multa et mirabilia loquutus, tandem intulit: *Qui vicerit, hæc possidebit* (Apoc. 21. 7). Victoriã præfati sumus, si mente retinetis; sed propter seiores rursus dicamus quam dicit victoriã. Eam victoriã, qua Dominus noster vicit, ut ipse docet: *Confidite, ego vici mundum* (Joan. 16. 33). Audistin' quam dicat victoriã? Qui vicerit, gaudium possidebit. O beatam hæreditatem! o sortem omni gaudio plenam! Multis certaminibus, fratres, opus est, multis sudoribus, multis lacrymis, multa precatione, et humilitate cordis. Quo utemur modo? quam artem excogitabimus? quam inveniemus methodum, ut ne excidamus a præsignificatis illis bonis, quæ revelata sunt beato Joanni? quem interrogabimus, qui doceat nos, quomodo heredes esse possimus ineffabiliũ hujusmodi bonorum, *Quæ præparavit Deus diligentibus se* (1. Cor. 2. 9)? Qui docet hominem scientiam, ipse modum nos docebit, quomodo vincere mundum oporteat. Accedamus confidenter ad eum, et sincere interrogemus: imitemur venerandum illum apostolorum chorum; ac quemadmodum illi accedentes interrogabant eum de condemnatione et de omnibus, et ab ipsa veritate veritatem ediscebant; accedamus nunc ad illum, etiamsi indigni et viles simus, multumque ab apostolorum dignitate remoti. Neque enim procul est, neque distat ab iis, qui in veritate quærent illum, ut ait propheta: *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum in veritate* (Psal. 144. 18). Dic nobis, Domine, dic nobis, quomodo oporteat vincere mundum: *Domine, doce nos facere voluntatem tuam*: Domine, deduc nos in via tua, ne quando absorbeat nos profundum maligni hujus sæculi (Psal. 142. 10. et 68. 16): Domine, Domine, ne derelinquas nos: Domine, præter te alium non novimus; miserere nostri, quia infirmi sumus: Domine, ne relinquas nos orphanos: *Magister bone, quid facientes vitam æternam possidebimus* (Luc. 10. 25)? Ad hæc quid respondeat audiamus: Venite post me, vestra mea sequimini, imitatores mei estote, sponte pauperes sitis, ut ex victoriæ meæ modo divites evadatis. Audite Apostolum enarrantem et dicentem: *Propter nos pauper factus est, cum dives esset* (2. Cor. 8. 9). *Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem* (Philipp. 2. 8). Sic quisquis voluerit vincere, humiliet se: id certe debet præstare, plus quam ego, utpote qui servus sit: alioquin saltem ut ego qui Dominus sum: persecutiones sustineat, contumelias, ignominias, alapas, sputa. Qui ita vivit cum recta confessione, vincit mundum, et hæreditate accipit ea, quæ a Joanne recensita sunt, quæ angeli videre desiderant. Certe nihil fortius illo, qui propter Christum pauper est; nemo ita formidabilis demoni-

bus, ut humilis: qui vult vincere mundum et ea quæ in mundo sunt, et altum sapientem et superbum, mandata mea custodiet, ut ego mandata Patris mei custodivi, factus obediens usque ad mortem, perpressus contumelias, ignominias, alapas, sputa: et sic ille vicit mundum. Hic modus terruit et enervavit diabolum, ejusque dentes confregit, contrivitque ejus fortitudinem vanumque robur ejus: in hoc gloriatur is qui gloriatur, ut scriptum est: *Glorietur frater humilis in exaltatione sua* (Jacob. 1. 9): hic enim est qui vincit mundum. Viden' humilitatis sublimitatem? viden' paupertatis victoriã? viden' invictam aciem ejus qui est humilis corde? O paupertas regibus omnibus opulentior! o humilitas gigantibus potentior, et obedientia telum contra malignum! Vere frustra conturbatur omnis homo, qui alio modo vult vincere mundum. Noli errare, o homo, nemo Christo fortior; sed ipse sic aciem instruxit et vicit, cum nos docuisset modum reportandæ victoriæ insuperabilem: hoc modo superbum illum prostravit, hac arte dejecit eum qui dicebat, *Ero similis Altissimo*; hac methodo vicit mundum et principis mundi dentes confregit, persecutionibus afflictus, insidiis, contumeliis, sputis. Viden' invictam armaturam? viden' et victoriã et artem? viden' invictum robur ejus, quæ secundum Deum est, paupertatis? viden' quam formidabilis sit demonibus is qui humilitate est indutus? Domini, ut diximus, est imitator, angelis desiderabilis, apostolis honorabilis, martyribus connumeratus, demonibus formidabilis, mundi victor, æternorum incorruptibiliumque bonorum heres. Hunc nunquam timor invadit, hunc tota legio demonum fugit et formidat, videns in illo Christum mundi victorem, se conculcanti, ipsorumque vanum robur dejicientem?

7. Demum, filii, tunc edocti modum et artem, nesimus negligentem, sed imitemur Dominum nostrum et per humilitatem virtutesque ipsi similes effecti, ipso cooperante vincamus; cum maxime desideremus bona illa, de quibus sæpe audistis, ne segnes simus, ne demus somnum oculis nostris, ne vincamur a nefario illo mundi principe, ne quando dicat, *Prævalui adversus eum*. Cave ergo, carissime, ne des palpebris tuis dormitionem: cave ne dormitet qui custodit te. In circuitu impii ambulat, *Adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deporet* (1. Petr. 5. 8). Hæc cum sciamus, filii, ipsi nos excitemus, simus parati ad bellum, atque iterum paulo postea simus prompti ad defensionem. Quousque non attendemus verbis Domini dicentis, *Estote parati*, nimirum ad projectionem ex hac vita? Deinde Judice tunc aperiente libros, non alios extraneos quos non novimus, sed hos quos circumferimus ac quotidie legimus et audimus, qui nobis in causis quibuslibet ostendunt ejusque præcepti observationem, quid respondebimus? quomodo eos latebimus, quos persecuti sumus, vel alios quos contempsumus, vel multis affecimus malis, maxime vero eos, qui prope Judicem adstantes clamabunt: *Vindica nos nunc, Domine: Deus enim ultionum es*. Jam quid facto opus sit, dicite si nostis: nam, ut jam demonstratum fuit, impossibile est manus Judicis eflugere, et scimus nihil eum latere. Nam et infernus nudus erit, atque omnia oculis ejus nuda esse scimus: omneque opus sive bonum sive malum, sive parvum sive magnum, in medio illo theatro, præsentibus angelis cunctisque potestatibus, omnique humano spiritu legetur. Didicimus porro quod *Tunc laus erit unicuique a Deo* (1. Cor. 4. 5), et quod unusquisque onus suum portabit, et ii qui parati sunt intrabunt cum eo in æterna tabernacula, et negligentibus porta claudetur; utque quod terribilius est dicam, supplicia linearum non habent, sed in sæcula infinita extenduntur, ut nobis declaratum est; et quod omnes nudi ante tribunal Christi adducendi simus, ut unusquisque referat secundum opera sua; quodque judicium sine misericordia futurum sit, ipseque venturus sit judicare vivos et mortuos, et reddere unicuique secundum

opera sua, quotidie in ore ferimus; omnesque scimus peccatorem omnem, qui de poenitentia agenda non curaverit, in supplicium aeternum immitti. Haec omnia cum certo sciamus, cur non contremiscimus? cur non ligemus? cur non nos mutuo excitamus salutari consilio, quod Deo placeat? Venite igitur, omnes fideles et religiosi: venite, unanimes consensu conveniamus, et cum fieri non possit, ut omnes termini simul convenient, singulae tamen regiones congregentur: quod si illud etiam difficile sit, saltem urbs cum vicinis locis conveniat; multisque congregatis, nos mutuo examinemus circa tremenda illa iudicia; incipiamus exploremusque num parati simus; videamus circa singula delicta; quod iudicium Dominus scripto tradiderit. Ita singuli agnoscentes delictum suum et damnationem illius, sese emendabunt priusquam coetus dissolvatur, nisi inemendabilis maneat. Num si rex quae sibi debentur non dimittit, sed accurate illa expetit, princepsque omnis debita exigit: quanto magis justus Iudex omnia debita nostra repetet? Propterea rogo vestram in Christo caritatem, nemo hinc abeat cum debito. Illic datur excusandi locus, multi sunt modi, multae viae ad vitam agendam. Etiam si enim peccata multa sint, at multo maior est Dei misericordia, ut saepe vobis narra vimus: etiam si res inenarrabilis sit, tamen iterum ea de re alloqui vestram in Christo caritatem; sed attente audiamus cum Dei timore multisque lacrymis. Qui segnes sumus, vigilemus; qui dormitamus, expergiscamur; qui in tentationibus, omnem sollicitudinem mittamus ad Dominum, sicut scriptum est, Quia ipse curam nostrum gerit. Hic mentem colligamus, bonos audiamus mores, mores salutare, artes animae utiles, conversionis et poenitentiae methodum, divinum verbum breviter expositum sinceramque doctrinam. Tantum, ut dixi, mentem adhibeatis, nemo segnitae ac negligenter audiat. Modus enim ille, de quo loquutus sum, omne delictorum genus in mentem revocat adstantibus, ut unusquisque nostrum suum agnoscentes peccatum, fleat, ingemiscat, peccatum emendat, sese ad defensionem parat. In memoriam rursum revocare vobis volo tristitia illa et horrenda supplicia, ut etiam initio sermonis feci: nam cum haec dicimus, nihil damni, imo multam utilitatem vobis afferimus; stilla namque saepe cadendo cavat lapidem, ut scriptum est. Undenam ergo incipiam? quod delictum, quem morbum proferam, ut aptam aegritudini medelam inducam? Primum malum haud dubie est superbia, quae luciferum de caelo in terram detrusit. Audi primo tu, superbe, recordare illius quod scriptum est, *Deus superbis resistit, et procul a te hunc gravem morbum abijce, ut ne Deum tibi resistentem offendas: recordare ejus, qui desursum in terram decidit; et qui cum Deo et reliquis commissiis angelis degebat, jam in infernis, in tenebrosis locis ac perniciosis habitat: cogita semper Dominum gloriae, quomodo cum dives esset, pauper effectus sit: in mentem revoca insidias ipsi structas, calumnias, alapas, et horrore plenus te ipsum deprime, ut salutem nanciscaris, et exalteris in die visitationis: nam prope est Dominus iis, qui contrito sunt corde; et qui se humiliat, exaltabitur. Qui vero in fornicationibus oberrabant, abscedant, neque ultra unquam oberrent; sed recordentur Apostoli clamantis, *Fornicatores et adulteros iudicabit Deus (Hebr. 15. 4)*; et, *Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicator, in corpus suum peccat (1. Cor. 6. 18)*; et, *Fornicatores regnum Dei non possidebunt (Ibid. v. 9)*. Ne obliviscamini autem ejus, qui per fornicationem nuptialem vestem inquinavit, et cum dedecore ex regis nuptiis ejectus est: et, *Poenitentiam agite: appropinquavit enim regnum caelorum (Math. 3. 2)*. Adulteri, formidate divinam vocem dicentem, *Non adulterabis, et Apostolum clamantem, Fornicatores et adulteros iudicabit Deus. Recordamini etiam Salomonis dicentis: Adulter vero ob inopiam mentis interitum animae suae parat (Prov. 6.**

52. 52). Audite quoque Dominum, adulterae dicentem, *Vade et noli amplius peccare (Joan. 8. 11)*. Ut brevius dicam. Poenitentiam agite. Audite etiam Apostolum praedicantem, *Revelatur ira Dei de caelo super omnem impietatem et injustitiam hominum (Rom. 1. 18)*. Mares qui in maribus turpitudinem operamini, contremiscite antequam Iudex adveniat, cum maxime contra naturam audacter agatis, cogitantes quanta supplicia tales facinorosos exceptura sint, nisi cum labore multo et pro ratione delicti poenitentiam agant. Mementote Apostoli clamantis, *Iniqui regnum Dei non possidebunt, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores (1. Cor. 6. 9. 10)* regnum Dei possidebunt. Et qua de causa in tam gravem lapsum proruperunt? dic, Paule. Quia *Non probaverunt habere Deum in notitia (Ibid. v. 28)*, tradidit illos Deus in concupiscentias cordis eorum in immunditiam, ut inhonorentur corpora eorum in ipsis. Vidistin' causam gravis lapsus? ideoque admonet idem apostolus, sed sinis mala concupiscentes, nec servi vitiorum (*Ibid. 10. 6*): *A quo enim quis superatur, hujus et servus est (2. Petr. 2. 19)*. Ideo semper precari oportet, semper lacrymas fundere et lugere, ut nos eruat Dominus ex malo sensu corporis mortis hujus; et ea tandem desideremus, quae vere desiderabilia sunt, quae ipsi angeli respicere desiderant.

8. Haec nos quoque desideremus, et poenitentiae studeamus ut per poenitentiam ita puri efficiamur, ut eramus ante lapsum. Tale namque genus, talis virtus est poenitentiae, quae pretiosa est possessio: in primum quippe honorem, quem habuit ante lapsum, poenitentem restituit. Dicere vero ausim quosdam sublimiores fuisse. Postquam multum laboraverant, multasque lacrymas fuderant, foetorem peccatorum abluerunt, ut dicit ille: *Lavabis me, et super nivem dealbabor (Psal. 50. 9)*. Multa vero cura opus est, quia qua hora nescimus exactor rapiet, et nemo est qui eruat. Quocirca divina vox indesinenter clamat: *Estote parati*. Qui iudicandi munus habes, iudicium proferre devota, dicente Domino, *Nolite iudicare (Luc. 6. 37)*: neque exigas ab eo, qui labora conficitur; sed Domini recordare dicentis, *Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate (Joan. 7. 24)*; et iterum, *Nolite condemnare, ut non condemnemini (Luc. 1. c.)*. Quod si alterum condemnans tu eadem ipsa facis, non effugies iudicium Dei. Audi Apostolum huiusmodi homines increpantem ac dicentem: *Propter quod inexcusabilis es, o homo, qui iudicas (Rom. 2. 1)* eos qui talia faciunt, et tu ipse facis: *in quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas. Qui ergo doces alterum, te ipsum non doces? qui praedicis non furandum esse, furaris? qui dicis non mechandum esse, mecharis (Ibid. v. 21. 22)? Ejice primum trabem de oculo tuo (Math. 7. 4)*, ut dixit Dominus: *In quo enim iudicio, inquit, iudicabitur, iudicabimini*. Vide ergo, qui iudicas, ne accipias dona contra innocentes: scriptum est enim: *Vae qui iustificatis impium propter dona, et quod iustum est a iusto auferitis (Isai. 5. 23)*. Si quis ergo iudex se iis obnoxium repererit, studeat se per poenitentiam irreprensibilem reddere: ecce enim Iudex iudicium stat ad fores. Ne ultra igitur alter alterum iudicet, sed nos mutuo diligamus, mutuo juvenus, pro aliis mutuo precemur, ut hinc per gratiam Domini nostri Jesu Christi sanemur. Si quis ira et furori subditus sit, audiat Apostolum dicentem: *Omnis amaritudo et ira et indignatio tollatur a vobis (Ephes. 4. 31)*; et rursum, *Ira viri iustitiam Dei non operatur (ac. 1. 20)*; et iterum, *Deponite iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro (Col. 3. 8)*. Audi praecipue prophetam sic te hortantem, *Desine ab ira, et derelinque furorem (Psal. 36. 8)*. Insuperque ait Salomon, *Cum viro iracundo ne simul habitet (Prov. 22. 24)*. Nam qui talis est, non est servus Dei, sed vitii se possidentis, ut scriptum est: *A quo enim quis superatur, hujus et servus est (2. Petr. 2. 19)*. Et cito abjecta ira, poenitentiam cum labore agite, ut ne rapti deportemini in

locum illum, ubi congregantur filii iræ, ex quo eruamur gratia Domini nostri Jesu Christi. Qui gulae delecti estis et deliciis, audite Dominum cum minis clamantem: *Væ qui saturati estis, quia esurietis (Luc. 6. 25)*: et prophetam dicentem: *Comedit Jacob et saturatus est, et dereliquit Deum qui fecit eum (Deut. 32. 15)*. Videtis quomodo ii, qui deliciis dant operam, a Deo segregentur, quos Apostolus atheos appellans dicebat: *Quorum Deus venter est, et gloria in confusione visorum, qui terrena sapiunt (Philipp. 3. 19)*. Audi rursum quomodo Deus præmuniat omnes per Moysen dicens: *Attende tibi, ne cum comederis et saturatus fueris, obliviscaris Domini Dei tui (Deut. 6. 12. 15)*; et relicta diligenter voluptate omnium vitiorum et omnis factoris matre, suscipe bonum odorem, nempe temperantiam, fructum Spiritus sancti, ut Apostolus docuit; et attende tibi, ne audias et tu ut ille dives in deliciis vivens, pauperum osor, *Recepisti bona tua in vita tua (Luc. 16. 25)*. In poenitentia persiste, quæ est caput salutis nostræ, quia nescimus diem neque horam, qua Dominus noster venturus est. Qui ebrietati subditi ab immortalis regno cælorum sponte vos segregastis, audite prophetam prædicantem, *Væ ebrii (Isai. 28. 1)*; et Apostolum dicentem, *Ebrii regnum Dei non hereditate accipient (1. Cor. 6. 10)*; et rursus præcipientem, *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria (Ephes. 5. 18)*; ac relicto vino, imo potius ebrietate, quæ excludit a regno, concupiscite vinum illud, quod Deus ex sacris Scripturis miscuit nobis secundum prophetam, vinum compunctionis, quod qui bibitis, in compunctione poenitentiam agite lacrymantes: dulcia enim verba Domini. Qui in carne et in propria vanitate fiduciam habetis, audite Deum per sanctorum ora clamantem: *Omnis caro sanum, et omnis gloria hominis quasi flos sæni (Isai. 40. 6)*; et rursus, *Firmans carnem brachii sui, quia vana salutis hominis (Jerem. 17. 5; Psal. 59. 13)*. Ideo Apostolus scribit: *Ut non confidentes simus in nobis ipsis, sed in Deo (1. Cor. 4. 9)*; ut et propheta similiter dicit: *Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine (Psal. 117. 8)*. Et poenitentiam agite: venit enim Judex qui personam non accipit, ut destruat omnem principatum et potestatem et virtutem (1. Cor. 15. 24): nihil enim illo fortius. Qui curiosa sectamini oculi homicidæ, qui locum homicidarum hereditate accepistis, oculi lupi, et carnales dæmones, inferorum habitatores, æternarum tenebrarum filii, et inextinguibilis ignis proles, audite quid loquatur sanctus evangelista Lucas, de hujusmodi hominibus verba faciens in Actibus apostolorum: *Multi autem eorum, qui erant curiosa sectati, contulerunt libros, et combusserunt coram omnibus: et computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium (Act. 19. 19)*. Vidistin' promptam obedientiam, vidistin' brevi partam salutem? vidistin' quomodo multiplicatæ sunt infirmitates eorum? Sed obedientiæ celeritas omnia emendavit. Et vos qui in similibus erratis et animo decepti estis, hanc respicientes gravem et inhumanam fraudem, et quasi a serpente fugientes, condignam poenitentiam exhibere studeatis, priusquam ad vos veniat intolerabilis illa comminatio et ejulatus: tempus enim prope est, et nolite negligere. Qui curatu difficili morbo laboratis, invidia nempe et livore, recordamini invidorum illorum, qui audierunt: *Amice, non facio tibi injuriam: tolle quod tuum est, et vade (Matth. 20. 13. 14)*. Quonam? Sine dubio in tenebras exteriores. Et hoc abjecto morbo, poenitentiam agite: *Horrendum enim est incidere in manus Dei viventis (Hebr. 10. 31)*. Qui divinas Scripturas contemnitis et contumeliam inferitis Spiritui sancto, qui loquutus est per os eorum, qui in Veteri et Novo Testamento fuerunt: quid faciatis in tremenda illa hora, cum iudicium sedebit, et aperientur libri, quos nunc execramini et aversamini? quo fugietis? ubi vos abscondetis a facie ejus, qui ex omni divina Scriptura loquetur, et omnes sacros libros proferet? Et v. e. et pernicies vos apprehendet, nisi jam celeriter assumpto fletu ac


gemitu exoraveritis eum, quem ad iracundiam provocastis, consolatorem Deum. Non auditis Dominum dicentem: *Scrutamini Scripturas (Joan. 5. 39)*? non auditis quomodo errantes vocet eos qui Scripturas ignorant? Audite Apostolum qui a Deo inspiratum, utilem, verbum sanum et sanitatem afferens, sacras literas et legem libertatis illam appellat. Audite rursus quomodo per Salomonem Spiritus sanctus vos impios vocet his verbis: *Sapientiam et disciplinam impii despiciunt (Prov. 1. 7)*.

9. Hæc audientes poenitentiam agite, vosque præparate ad excusationem, antequam veniat dies Domini. Uique compendio omnia dicam, omnis homo, qui jam sese emendare non festinaverit, sed sine emendatione hinc migraverit, is expectet illud, *Revelatur ira Dei de cælo, non super hoc vel hoc peccatum, sed super omnem impietatem et injustitiam hominis (Rom. 1. 18)*, tam virorum, quam mulierum: non enim est distinctio quia omnes peccavimus. Ideo sanctus Apostolus secundum gratiam sibi datam etiam de mulieribus, scripsit dicens: *Mulieres modestas, ministras fideles in omnibus. Docere autem mulieri non permitto, nec auctoritatem habere in virum (1. Tim. 3. 11. et 2. 12)*; sed in quiete degere, domus curam habere, bene docere, *Ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros suos ament, non multo vino servientes (Tit. 2. 4)*. De vilibus quoque sic scripsit: *Viduas honora, quæ vere viduæ sunt (1. Tim. 5. 3. et 10)*. Si perseverat in obsecrationibus et orationibus, *Si filios educavit, hospites suscepit vel sanctorum pedes lavit, si afflictis ministravit, si omne opus bonum prosequuta est. De senioribus item viris et mulieribus loquutus est Spiritus sanctus per os sanctorum; de servis quoque et dominis præcepta dedit, de regibus, de militibus, de episcopis; nihil utilium prætermisit: quoniam ut dixit, Super omnem impietatem et injustitiam et minorum et magnorum revelatur ira de cælo (Rom. 1. 18)*. Omnia vestræ caritati commemoravi, ut sciatis omnia præcepta, et omnis principatus et potestas omnisque ætas discat consilium et voluntatem Dei, tremendumque ejus de cælo adventum, horrenda supplicia et tristem illam separationem; ac singuli curent emendare vitam suam, seque præparent ad defensionem, neque negligentia sua sese prodant, ut excidant ab ineffabilibus illis æternisque bonis. Vido ergo tu, o segnis, ne perseveres in segnitie tua, ne a fallacia et voluptate supereris: vide ne per divitiarum bonitatis, tolerantiam et patientiam Dei contemnas, et thesaurizes tibi iram in die iræ, ut ait Apostolus. Convertere demum, vigila, attende; satis tibi est præteritum tempus: in deceptione et amore voluptatis ne permanes, nec in iniquitate radices punas. Non vides angelum sequentem et scribentem gesta tua? an nescis per duritiam et perseverantiam tuam gravius ulcus effici, gravius describi, et iram magis incendi? nescis ex frequenti mala operatione effici, ut malum difficilius deleatur; ut in tabella characteres levius impressi, facilius delentur; si profundius vero, difficilius complanantur? Cave contemnas eum, qui te judicaturus est: cave ne perseverans majorem iniquitatem efficias, quam quæ remitti possit. Ideo in omnibus omnes præmunivit paracletus bonusque Spiritus, et de omnibus commonefecit, quomodo fornicator ex regis nuptiis cum ignominia ejiciatur, quomodo quinque fatuæ virgines ob inhumanitatem ex cælesti gaudio exclusæ sint, quomodo dives ille ob voluptatem et immitem animum locum tormentorum sortitus sit; similiterque alius dives, qui horrea sua extendebat, multaque recondebat sine lucro, jure stultus audivit. Nec ignoratis quid audierint ii, qui a sinistris positi erant, quod de bonis suis non erogassent. Furem vero dominus homicidam appellavit, dicens: *Fur non venit, nisi ut furetur et mactet et perdat (Joan. 10. 10)*. Hæc et similia Spiritus sanctus per os sanctorum loquutus est. Ego vos communit, insuperque circa hæc omnia id Apostolus clamat: *Videte ne recusetis loquentem (Hebr. 12. 25)*. Interim

vobis hæc dicta sufficient, maximeque diligentioribus, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, qui omnia in prædicto tempore dispensavit in salutem nostram, nosque advocat ad æternum regnum

suum, precibus sanctorum quos commoravimus, cui gloria et imperium una cum Patre et Spiritu sancto, ut erat a principio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

DOMINICA TYROPHAGI DE POENITENTIA ET ELEMOSYNA. SERMO II.



1. Terreni regis milites ad aciem instruunt tubæ clangentes; cælestis vero Regis Jesu Christi milites ad gloriam Deo referendam et ad ejus timorem excitat divinarum Scripturarum lectio; sed illos ad pugnam adversus hostes sensibiles et ad bella sub sensum cadentia, nos autem adversus invisibiles inimicos et dæmonas, ut ait Paulus: *Non est nobis colluctatio adversus sanguinem et carnem, sed adversus principatus et potestates et mundi rectores tenebrarum hujus sæculi, adversus spiritualia nequitiae in cælestibus* (Eph. 6. 12). Videte, fratres, quales inimicos habeamus: videte cum quibus hostibus pugnemus. Maligni enim sunt, ut conspiciatis, et impudentes, qui ad omne peccatum nos vi pertrahant. Si in hoc a scopo aberrant, ad aliud accedunt; si in alio similiter, in aliud trans-eunt: et ut summam dicam, non cessant ab alio in aliud invadere, donec optatum assequantur. Hunc incitant ad fornicationem, illum ad adulterium, alium ad rapinam alienorum, alium ad furtum, alium ad avaritiam insatiabilem, hunc ad invidiam et livorem, illum ad cædem vel injuriam inferendam, alium ad detractionem et fratrum cædem, alium ad gulam et puerorum corruptionem, alium ad templorum exspoliationem et impudentiam, hunc ad hominum captandam gratiam et ad vanam gloriam, illum ad immisericordiam et inhumanitatem, alium ad abnegationem et juramentum, alium ad contumeliam et infamiam, alium ad iram et furorem, alium ad usuram, ad æmulationem et contentionem; alium ad blasphemiam et immunditiam: et aliis quidem suadent ut ne pauperum misereantur, aliis ut vicinorum terminos removeant, aliis ut mercenarios sua mercede privent: quo quid miserabilis fuerit? aliis suadent ut pupillos exuant, aliis ut viduas oppriment, aliis ut ne in ecclesiam intrent: alios in mille vitia præcipitant, quarum non est numerus, quæ si enarrarem, vitæ tempus me deficeret. Videte, fratres, in quot mala quotidie incidamus, neque attendimus. Sed, vix mihi, quid de me fiet, si hæc narravero? Credite mihi, fratres, dum hæc scribo solum, timore et tremore teneor, horror incidit in me, obstupesco, et lacrymari solit, dum cogito, quot pravis et diabolicis vitiis inescerim. Cur ergo negligimus, cur procrastinamus? quod tempus exspectamus? cur salutem nostram despiciamus? cur non curamus exitum nostrum? cur negligimus, cur refugimus? quousque animo deficiemus? quousque deliciae, quousque ebrietas, quousque voluptates, quousque illecebræ, quousque insatiabilitas, quousque rapinæ, quousque injustitia? quousque incursumus in pauperes? quousque præda ex inopibus parva? quousque divitiarum, quousque pecuniarum, quousque aurum? quousque avaritia, animarum laqueus? quousque invidia, quousque mendacium, quousque detraçtio, quousque convicium, quousque turpes et lascivæ concupiscentiæ? Cur erramus? cur exspectamus? cur inopportune laboramus? cur nos ipsos irridemus? cur nos frustra inaceramus? cur aliena invadimus? cur turbamur? cur defatigamur? cur temporanea colligimus? Poenitentiam demum agamus, expergiscamur, vigilemus, queso, fratres: excutiamus gravem peccati somnum, *Venite, audite, et narrabo vobis, omnes qui timetis Deum* (Psal. 65. 16). Venite, audite, et res et verba spiritualia et salutaria: venite, discite consilium salutare et Deo placitum: venite, scitote quomodo constebimus Deo salutari nostro: venite antequam vitæ societates solvatur: venite priusquam ostia vitæ claudantur,

priusquam mors veniat, et vos imparatos reperiat: venite antequam sol occidat et lux obscuratur. *Venite, audite, omnes gentes, auribus percipite, omnes qui habitatis orbem: venite, Terrigenæ, filii hominum, simul in unum dives et pauper* (Psal. 48. 1. sqq.): venite, nobiles et gloriosi, servi et liberi: venite, omne genus, ætas omnis, viri simul et mulieres, parvi et magni, juvenes et senes: venite, sacerdotes homini, et omnis plenitudo Ecclesie: a terminis usque ad terminos orbis terrarum. Venite, *Juvenes et virgines, senes cum junioribus* (Psal. 148. 12): venite, reges terræ sive sapientes, sive idiotæ: venite, *Procidamus ante Dominum qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster, nos autem populus pabuli ejus et oves manus ejus* (Psal. 94. 6. 7). Venite, fratres, et sciamus nihil nobis profuturos esse terminos terræ: venite, videte nos nudos ingressos, nudos decessuros esse: venite, confiteamur Domino in lacrymis, gemitibus, elemosynis et miserationibus pauperum; et ipse docebit nos quomodo salutem consequamur. Dicamus et nos illi: Domine, peccavimus in cælum et coram te: suscipe conversionem et poenitentiam nostram, suscipe gemitum et lacrymas, suscipe nostrorum peccatorum poenitentiam, gemitum et stertum usque ad mortem: suscipe nos miseros, qui turpiter viximus: suscipe nos, o benigne, qui nullum te ad iram provocavimus: suscipe nos, Domine, qui in luxuria et omni iniquitate et immunditia vitam totam transegitimus: suscipe, Domine Deus, eos qui præcepta tua transgressi sunt: suscipe nos, Domine, indignos servos tuos, et ne reddas nobis secundum opera manuum nostrarum. Confitemur, Domine, nos ne vita quidem dignos esse ob peccata nostra: confitemur, Domine, ne dignos quidem esse qui solem respiciamus, quia nullum peccatum est, nullum mali genus, quod non miseri fecerimus. Sed suscipe nos, Domine, ut filium prodigum, ut latronem, ut meretricem et publicanum. Domine, converte nos; Domine, prudentiam nobis largire, et ne irascaris, sed propitius esto peccatis nostris. Tu es Deus noster, et præter te alium non novimus. Domine, erue nos de inimicis nostris, et ne intres in iudicium cum servis tuis: Domine, tu es Deus, et nos populus tuus. Peccavimus enim, inique egimus, iniquitatem et malum fecimus, peccavimus in omnibus, et mandatis tuis non obedi-vimus: ideo longe a te aberravimus. Sed miserere, Domine, opera manuum tuarum: miserere, Domine, eorum, qui fallacia serpentis ex paradiso ejecti sunt; miserere nostri, et iude nos tunicam lætitiæ, salutarem vestimentum: miserere nostri, quos diabolus auxilio tuo nudavit. Misericors, miserere eorum, qui te reliquerunt, et illi servierunt: miserere errantium, miserere eorum qui præcepta tua non observarunt, et dæmonum malignitatibus ministrarunt: miserere eorum qui peccatis contaminati sunt: miserere eorum qui sub diaboli tyrannide fuerunt: miserere eorum qui luxuria sordidati sunt: miserere misericors, miserere benigne, miserere longanimis, quia omne malum; omni-um immunditiam, avaritiam, iniquitatem manus nostræ exercuerunt. Polluimus enim animam, quam ad imaginem tuam fecisti, polluimus corpus et sensum. Lingua nostra gladius acutus fuit contra proximum: oculi nostri ignem respiciunt, manus nostræ sanguine plene sunt: pedes nostri veloces ad malum inferendum: os nostrum conviciis foedatum est, et, ut summam dicam, contaminavimus terram et ærem. Iniquitates enim nostræ ad

cælum usque accesserunt, rapinæ nostræ plus quam montes exaltate sunt, avaritia nostra nubes prætergressa est, nequitia nostræ ad cælum pertigerunt, peccata nostra irremissibilia sunt, lapsus nostri consolationem nullam habent, erratum nostrum inconsolabile est, et ecce terra mala nostra ferre non potest. Ideo, Domine, misericordia tua egemus. Agnoscis infirmitatem naturæ nostræ: miserere, Domine, operis manuum tuarum: tuam enim miserationem imploramus, ne tua nos prives ope: nobis indignis misericordiam tuam mitte, patrocinio tuo nos peccatores fove, ostende faciem tuam et salvi erimus. Hæc, fratres mei, dicentes et facientes, fugiamus omnem nequitiam et omnem inmunditiam; fugiamus omnem iniquitatem et avaritiam; fugiamus vanam gloriam, ebrietatem, insatiabilitatem; fugiamus crapulam malorum omnium matrem; fugiamus pecuniæ amorem, principium et radicem omnis peccati; fugiamus odium fratrum et inhumanitatem; fugiamus detractionem et convicium; fugiamus fornicationem, adulterium et omnem blasphemiam; fugiamus furtum et rapinam; fugiamus vanam gloriam, personarum acceptionem, contentionem, æmulationem, et reliquam fallaciam hujus inanis vitæ: ne veniens Dominus noster Jesus Christus inveniat nos negligentes, et dissecet nos, ac sententiam contra nos ferat, dicens: *Ligatis manibus et pedibus auferet eos, et injicite in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium* (Matth. 22. 13). O quantum tunc flebimus, fratres, quantum lamentabimur et lugelimus, nosque macerabimus sine ulla utilitate! Væ nobis, si in illa tremenda hora sine penitentia reperiamur. Melius nobis fuisset non nasci, quam illo in statu inveniri. Acerbe lugeamus, fratres, ne illic immortalis supplicio tradamur: miseremur, ut misericordiam consequamur et veniam: pecunias dispergamus, ne post mortem nostram alii ex nostro labore convivantes, bibentes et delicias, ita psallant: *Thesaurizat dives, et ignorat cui congregabit ea* (Psal. 38. 7); ac rursum, *Ecce homo, qui non possit Deum adiutorem suum* (Psal. 51. 9). Quæ enim utilitas, fratres, ex laboribus nostris, si alii illis fruuntur? Præmittamus illuc, ut inveniamus. *Quod enim seminat homo, hoc et metet* (Gal. 6. 8). Nemo excusans se dicat, Uxorem habeo et filios, nec possum pecunias dispergere, ne moriens mendicos illos relinquam.

2. Ne, fratres, ne, quæso vos omnes, hæc curemus: est enim Deus in cælo misericors, qui curet et foveat et uxorem et filios quos ille creavit. Nos tantum curemus, nos lugeamus, nos præparemus, nos præmuniamus circa illa tunc judicis et tribunalia. In illa quippe hora nec filii, nec uxor, nec pater, nec mater, neque frater, neque cognatus; imò nec Abraham, vel Noe, vel Daniel, vel Petrus, vel Paulus, poterunt nos redimere ab incomprehensibilibus illis tormentis; sed sola opera nostra. De cælo venit qui judicaturus est vivos et mortuos, venit qui scrutatur corda et renes; venit, et quis effugere poterit manus ejus? venit qui sedet super thronum Cherubimorum, et intuetur abyssos; venit Deus deorum et Dominus dominantium; venit Princeps principum, et Judex judicum; venit Rex regum et Censor censorum: venit qui publicat et redarguit omne pravum et absconditum mysterium; venit qui manifestat et revelat delicta abscondita; venit is qui cogitationes, opera, verba et sensum quemlibet coram omnibus traducit; venit verus et lusingis oculus, iudex qui personam non accipit, scrutator qui dona non admittit, qui omnem fœdam actionem et turpem voluptatem comburit et in gehennam mittit; venit qui pacem amat, et omne verbum malum odit, omnem rapinam, omne peccatum, omnesque, qui offendicula parant, æternum exeruciat; venit is a cujus conspectu terra fugit, mare siccatur, cælum volvitur ut liber, stellæ cadunt, aer agitur, sol obscuratur, luna non dabit lucem suam, virtutes cælorum commovebuntur, Cherubini tremunt, Seraphini stupent, angeli ex-

horrescunt, archangeli contremiscunt, superna et inferna moventur et omnia concutiuntur; venit is qui non accipit personam hominis, qui non miseratur pauperem in iudicio; venit qui reddit unicuique secundum opera sua, qui redarguit et confutat omnis spiritus consilia et proposita; venit qui miseratur misericordes, damnat inhumanos, *Terribilis in consiliis super filios hominum* (Psal. 65. 5); venit is, cui flectitur omne genu cælestium, terrestrium et infernorum; venit is cujus thronus flamma ignis, et rotæ ejus ignis accensus; venit, ut justos salvos faciat et glorificet, peccatores vero puniat; venit, ut sitientes beatos, satiatos autem miseros prædicet; venit, ut honoret eos, qui decertant et vigilant in orationibus et psalmodiis, in gratiarum actione, obsecratione, patientia; segnes vero ac negligentes in tormentis suppliciaque mittat; venit ad peccatores quidem tremendus et durus, quos minis adhibitis puniet; ad justos vero mitis, hilaris, mansuetus: et quid ait illis? *Venite, benedicti Patri mei, hereditate accipite paratum vobis regnum a constitutione mundi* (Matth. 25. 34); non quia divitias multas in terra habuistis, nec quia multos servos et ancillas, nec quia ingenui et nobiles fuistis, nec quia multos agros et vineas possedistis, nec quia horrea et amplas ædes construxistis, nec quia multa juga boum et greges ovium habuistis, nec quia lautam et copiosam mensam, nec quia splendidi vestibus induti fuistis, nec quia unguentis et aromatis vos unxistis, nec quia ab omnibus honorati fuistis, non quia gloria et magnitudine sublimes fuistis, non quia jejunastis, aut vigilastis, non quia virginitatem servastis vel ærumnas subistis; sed *Quia esurivi et dedistis mihi manducare, sitiivi et dedistis mihi bibere* (Ibid. v. 35): vidistis me hospitem, et me in domos vestras collegistis, magnamque mihi consolationem attulistis; vidistis me nudum, et texistis; infirmum jacentem, et visitastis, magnoque ministerio dignati estis; vidistis me in carcere, et cum magno studio ad me venistis. Respondent justi: Domine, quando te vidimus esurientem, et nutrivimus; sitientem, et potum tibi dedimus; hospitem, et collegimus; nudum, et teximus; infirmum aut in carcere, et ministravimus? Judex autem ait illis: Amen, amen dico vobis, in quantum fecistis uni horum meorum minimorum, pauperum, abjectorum, hospitem, humilium, despectorum, mutilorum, eorum qui in calamitate versabantur, in necessitate, in fame et siti, eorum qui vulnerati sunt, qui affliguntur, infirmantur, mala habent; in quantum feceritis uni ex his omnibus, mihi fecistis; membra mea fovistis, mihi ministrastis, animæ meæ quietem dedistis: ideo *Venite, benedicti Patri mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi*. Venite in primis ii, qui fidem immaculatam et intermeratam servastis; venite qui propter me pauperes fuistis spirituali paupertate; venite qui in desertis, in montibus, in speluncis et in foraminibus terræ cum feris propter nomen meum habitastis; venite qui lugeti et afflicti estis; venite qui propter me esuriistis et sitiivistis; venite qui persecutionem passi estis propter justitiam; venite qui probra et odia tulistis propter nomen meum: venite mundi corde, venite misericordes, venite largitores, venite miserantes, venite pupillarum nutritii, venite hospitem exceptores, venite viduarum patroni, venite inopum susceptores, venite infirmorum consolatores, venite qui incarceratos visitastis, venite debitorum sponsores, venite qui animas esurientium et sitientium propter nomen meum implevistis, venite orum, qui injuste in captivitate redacti sunt et periclitati sunt, patroni ardentes, venite exulum et acerbe servitium misericordes liberatores, venite qui initem et quietam vitam propter me duxistis, venite qui in virginitate, exercitatione et honesta vita usque ad mortem decertastis, venite qui in continentia et castitate corpus et animam immaculatam servastis; venite qui in jejuniis, vigiliis, psalmodiis, totam vitam vestram

peregistis; venite qui quotidie in ecclesia diem ac noctem transigitis, venite qui aras meas ornatis et curatis, venite qui terrena despexistis, caelestia apprehendite; venite qui propter me reliquistis patres, matres, filios et filias, domos, agros et cognatos, ac bona caelestis Jerusalem accipite: venite et videte gloriam meam, gaudete et exsultate, quia merces vestra multa est in caelis; venite et videte qualis Domini servi sitis, gaudete et exsultate, quia vestrum est regnum caelorum. Intrate in gaudium Domini vestri, accipite bona illa, quae oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt: intrate in pœnaria Patris mei, quo angeli respicere concupiscunt: accipite prœmia et coronas mercedumque certaminum vestrorum. Portastis pondus et æstum diei; accipite regnum caelorum: tolerastis famem et sitim, humicationem et cibos aridos; fruimini ergo gloria ineffabili et lætitia inenarrabili, quam vobis amicis prœparavi; requiescite demum in atris paradisi, in mansionibus splendidis, in deliciis et gaudio sine fine, in tabernaculis conspicuis et gloriosis: intrate in loca lucida, et requiescite a laboribus vestris, quos propter me sustinistis; requiescite cum sanctis angelis meis, cum apostolis, cum prophetis et sanctis qui mihi a sæculo placuerunt; intrate in inenum palatium, ubi nec labor nec tristitia nec gemitus, nec fletus, sed æterna vita et immortalis. Talia largior dona iis, qui sermonem meum servarunt; sic ego honoro eos, qui me honorarunt, sic glorifico eos, qui me glorificarunt: hanc requiem do iis, qui membra mea, pauperes et inopes fovērunt, sic ego beo eos, qui ecclesias meas curarunt; sic ego reddo largiter et centuplum, vitam æternam. Dedistis mihi fragmentum panis, accipite regnum caeleste: dedistis mihi argentum, accipite paradysum voluptatis: dedistis mihi vestimentum vetus, vos induo luce quæ numquam exiit: dedistis mihi calicem aquæ, accipite aquam viventem illius requiei: introduxistis me sub tectum, ecce do vobis ut eum angelis sitis: dedistis mihi corruptibilia, accipite incorruptibilia: dedistis mihi temporanea, accipite æterna: mensa vestra me dignati estis, accipite delicias æternas: erulistis me de carcere, me infirmum visitastis, famem et sitim mihi abstulistis, pedes meos lavistis, rigentem calefacistis; ecce vobis largior sinum Abrahamæ. Acepi lutum, do margaritas; acepi fœnum, do aurum; vestra enim omnia quæcumque sint, donis meis collata, fœnum sunt et lutum; vestra enim terrena, mea caelestia sunt; vestra omnia marcescunt, mea sunt lux, vita, gaudium, requies. Scio ego quæ mihi feceritis, novi quantum ex ore vestro detraxeritis, ut animam meam impleretis: scio, nec oblitus sum quoties me hospitem exceperitis, et propter hæc omnia, quæ in cælo et quæ in terra sunt bona vobis amicis meis largior in sæculum sæculi.

3. Vidistis, fratres, eleemosynæ lucrum: ejus vim nostis, ejus virtutem didicistis et utilitatem intellexistis. Deinde dicit Dominus iis, qui a sinistris sunt, imisericordibus illis, qui turpiter vitam egerunt: *Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare; sitivi, et non dedistis mihi bibere, etc.* (Matth. 25. 42). Quoties veni ad januam vestram quærens præceptum, et me re infecta repulistis? quoties veni in domos vestras, et vidi mensam omnibus bonis refertam, quæ scorta, saltatores et adulatores alebat; et me ne quidem frusto panis dignum judicastis? Num vestra quærebam? Vel ex meis non dedisti mihi manducare. Quoties veni in domos vestras gravi instante hyeme, nudus, sine calceis, ne loqui quidem valens ob vim frigoris; vos autem cum contemptu me foris reliquistis, nec quasi unum ex catellis reputastis? Ideo discedite a me, maledicti, in ignem exteriorem, ubi vermibus numquam dormiens et stridor dentium: quia non solum mei miserti non estis, sed etiam eos qui mei misereri vellent colubistis dicentes: Pauperes fures sunt, cur eorum miseremini? Canes alius, equos curatis, jumenta, asinos, porcos, oves:

horum, inquam, curam geritis; membra autem mea, pauperes et inopes numquam miserati estis: sic neque vos misericordiam consequemini. Nescitis, o miseri, quemque hominem per pauperes salutem consequi? non legistis me ipsos fratres meos appellasse? non audistis Scripturam dicentem, *Qui miseretur pauperis, fœneratur Deo* (Prov. 19. 17)? Non didicistis illud, *Judicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam* (Jacob. 2. 13)? O quantum clamaverunt pauperes, fratres mei, lamentantes, lugentes, fletus! quem clamorem non adhibuerunt, ut cor vestrum durum flecterent, Miseremini, auxiliamini dicentes, date benefici, date misericordes, date, amici Dei, date, o mansueti, et sexcenta illa verba modosque adhibuerunt, quæ potuissent vel lapides emollire, et feras in mansuetudinem vertere: vos autem viscera obdurastis, nec modo non miserti estis nec consolati illos estis, sed etiam persecuti estis a loco in locum; ita ut multi ex fame et frigore interirent. O quot pupillos injuste lesistis! quot viduas oppressistis! quot inopes attrivistis! quot afflictos, nudos et captivos fecistis! quot mercenariorum mercedes retinistis, quorum causa in æternum cruciabitur! Non didicistis ex quinque virginibus fatuis omnem virtutem sine eleemosyna nihil prodesse? Sive virginitatem dixeris, sive jejunium, sive orationem, sive vigiliam, sive aridum cibum, famem, sitim, quidquid sine eleemosyna protuleris, nihil est. Quid demum dicam contra inhumanum vestrum morem? Ideo *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum* (Matth. 25. 41). In meum enim palatium immisericos non ingreditur, caelestibus mansionibus inhumanus non dignatur, in paradysum meum improbus, blasphemus et versipellis non intrat: thalamo meo fornicator, adulter et masculorum concubitor non dignabitur: ad mensam meam inhumanus et illiberalis non recumbet: in supernis mansionibus rapax et avarus non ambulabit: ad regiam meam fur et convicator non accedet: ad supernum altare mendax, maledicus et ebrius non intrabit: in domo mea avarus et raptor non requiescet: sub caelesti velo impurus, lascivus et profanus non transit: in æternam requiem segnis, somniculosus et homicida non transit: ad cœnam meam iracundus, murmurator, et qui injuriam recordatur, non accedet: in cubiculum meum nuptiale vaniloquus, fabulator et scurra non habitabit: in æterna tabernacula impudens vel invidus hereditatem non habebit. Neque decipiatur, nullus injustus aut ipsi affinis in regnum caelorum admittetur; sed hi soli intrabunt, largitores, pauperes spiritu, qui lugent, mites, qui esuriant et sitiunt iustitiam, qui mundo sunt corde, pacifici: hi intrabunt in regnum caelorum, et gaudebunt et exsultabunt, quia merces eorum multa est in cælo. Vos autem, inhumani et imisericordes, ite in ignem exteriorem, paratum diabolo et angelis ejus: sicut enim miserti non estis, sic nec misericordiam consequemini. Demum discedite a me, operarii iniquitatis, ite in tenebras sempiternas, maledicti et perosi, ubi vermibus insomnis, et ignis qui non exstinguitur: ibi erit fletus et stridor dentium. *Et ibunt hi in supplicium sempiternum, justi vero in vitam æternam* (Matth. 25. 46). Hæc cum didicerimus, fratres, venite et convertamur a via nostra mala: pœnitentiam agamus, ingemiscamus, pectus tundamus, vigilemus qui dormitabamus, expergiscamus, peccata nostra lugeamus: ac si quem calumnia impetivimus, si rapuimus, restituamus, ne condemnemur. Misereamur, ut misericordiam inveniamus: et si quid contra quempiam vel pauperem vel divitem habeamus, omnia ex toto corde nostro donemus, ut jussit Christus, ne condemnemur et nos in die iudicii, ut et illi imisericordes et hominum osores. Simus alii erga alium humani, placidi, mites, amici, modesti, patientes, alii operi ferentes, alios tolerantes, alii condonantes, nos mutuo emendantes, admonentes, alter alterius onera portantes: ut et meiorati supplicii experimentum fa-

giamus, et presentem vitam cum remissione peccatorum transigentes, æterna consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria

et imperium cum Patre et Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

DE PŒNITENTIA. SERMO III.

•••••

Describamus, dilecti, pœnitentiæ pharmaca, ut ad salutis portum appellamus. Peccato vulnerati sumus; pœnitentia sanemur: per peccatum nos diabolus vulneravit; per pœnitentiam nos Christus sanavit: ille per peccatum radices posuit; Dominus per securim pœnitentiæ peccatum radicibus abscidit. *Ecce enim, inquit, securis ad omnem arborem posita est. Omnis ergo arbor, quæ non sicut fructum bonum excidetur, et in ignem mittetur (Matth. 3, 10).* Diabolus peccatum ut zizanium seminavit; Christus falce pœnitentiæ zizanium sive peccatum abscidit. Malum vitium est peccatum, sed bona res est pœnitentia. Fugiamus ergo illud tremendum, et amplectamur illam desiderabilem. Per peccatum diabolus ad gehennam; per pœnitentiam Christus ad cælum ducit. Peccasti? Quiesce: non enim peccare tam grave est, sed in peccato perseverare malum est: illud enim excusationem habet, hoc vero irremissibile supplicium infert. Quandoquidem Petrus negando peccavit, et Paulus Christum persequens deliquit, Davidque adulterium et eadem exsequutus, dignam morte rem paravit. Verum etsi ut homines peccaverint; at ut sancti pœnitentiam egerunt: etsi incaute in retia peccati inciderunt, sed incredulitatis pernicie ex oculis mentis amota, ad pœnitentiam accurrerunt, ut per illam, remissionem delictorum referrent. Venite ergo, et nos accurramus ad pœnitentiam. Etsi enim nos diabolus peccato oneravit; at exonerat nos Dominus Jesus Christus, qui natus est a sancta Virgine Maria ob pœnitentiam onus peccati in se suscipiens: nam ait, *Ecce Agnus Dei qui tollis peccatum mundi (Joan. 1, 29)*. Diabolus enim peccatum hominibus imposuit; Dominus vero peccatum ex hominibus abstulit: ille dedit peccatum, ut per illud hominem perderet; Dominus abstulit peccatum, ut humanam naturam a delicto liberaret. Ante Christi adventum formidabilis erat diabolus; ante crucem intolerabile erat peccatum: nunc vero crux peccati stimulus confregit. In terra Christus apparens diabolum quasi fulgur compressit: nam *Videbam, inquit, Satanam quasi fulgur de cælo cadentem (Luc. 10, 18)*. Mors Christi mortis regnum destruxit: etenim etsi *Mors regnaverit ab Adamo usque ad Moysem, etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ, qui est forma futuri (Rom. 5, 14)*; attamen post mortem Domini vel pueris mors res ludicra facta est. Quapropter post Christi resurrectionem mortis fastui illudentes dicimus, *Ubi est, mors, stimulus tuus? ubi est, inferne, victoria tua (1. Cor. 15, 55)?* Ante crucem serpentis consilium mortem insufflavit: post crucem vero, post Christi passiones, ecce senes et mulieres, adolescentes et ephæbi, quasi uvarum calcatores, sic et illi calcant supra serpentes et scorpiones, et supra omnem virtutum inimici. Hæc dixi, ut ostendam peccati lapsum, et pœnitentiæ vim. Ne actus ergo contra te peccati stimulum, ne segnitias tua eos peccati efficiatur. Non condemnaris quia peccasti, sed puniris quia post peccatum pœnitentiam non egisti. Sicut enim cum infirmitatem corporis nosset Dominus, medicinæ scientiam hominibus indidit, et effecit ut terra herbas ad medelam aptas emitteret: ita cum animam sciret ad lapsum pronam, et peccati vulnera nosset, quasi animarum pharmacum pœnitentiam dedit, et in divinis spiritualibusque libris pœnitentiæ modos quasi herbas inseruit, ut hinc singuli nostrum medicinæ emplastrum habentes, a morbo eflugerent, ipsum sibi per fidem imponentes. Verum ne in verbis solum stet

nobis pœnitentia: absurdum enim esset in verbis solum pœnitentiam sistere, nec rebus ipsis Ecclesiam Jesu Christi Domini nostri exardificare. Confitere delicta tua, o homo, declara peccatum tuum, ut peccati veniam accipias. Si confitearis, remissionis peccatorum donum consequeris. Testis accedat David qui dicit: *Dixi, Confitebor adversum me injustitiam meam Domino, et tu remisisti impietatem cordis mei (Psal. 51, 5)*. Si nunc delictum tuum declaraveris, veniam invenis; nam præsens tempus clementiæ est: in futuro autem sæculo inutilis fletus emittes, et etiamsi te pœniteat, remissionem non consequeris: nam *In inferno quis confitebitur tibi (Paul. 6, 6)*? Etiamsi vero tunc peccatum confiteris, nihil hoc tibi proderit. Nam dives ille cum vidit Lazari egestatem in prosperitatem mutatam fuisse, suamque opulentiam in penuriam ingentem, ingenuit, sed non consequutus est misericordiam; flevit et lamentatus est, sed consolationem non impetravit; quærebat misericordiam, sed non accepit, quia cum ab ipso peteretur, concedere noluit. Hic dives, illic pauper fuit; hic de divitiis admodum inflatus erat, illic in paupertate miserabilia loquebatur; hic vini torrentes et unguentorum fontes habebat, illic stillam aquæ quærens non accipiebat, sed huc illuc se versabat, igne subtili combustus. Accurramus ergo nos ad pœnitentiam: nam tempus est pœnitentiæ: peccati flammam rore pœnitentiæ extinguamus. Cave ne Dei longanimitati attendens, cor impœnitens serves. Ne ergo animum tuum induret benignitas Dei: nam benignitas Dei ad pœnitentiam te excitat et adducit. Vide ergo ne *Secundum duritiam tuam et impœnitens cor thesaurizes tibi iram in die iræ revelationis et justi iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus (Rom. 2, 5, 6)*. Peccasti? Pœnitentiam age, ne per segnitiam insanabilem morbum reddas. Tenebræ mutantur adveniente luce; peccatum deletur apparente pœnitentia. Agricola tuus esto; peccatum ut zizanium avelle, ut spiciam excerpte iniquitatem, ut oleastri ramum, ut infrugif-ram plantam, sic peccatum succide. Gaudent demones peccatum videntes, exsultant angeli pœnitentiam conspicientes: lætantur enim angeli Dei, secundum dominicam vocem, super uno peccatore pœnitentiam agente (*Luc. 15, 7*). Ne te exuas, o homo, ne projicias illam sancti Spiritus armaturam, ut ne capti facilis sis inimicis tuis: pœnitentiæ scutum arripe, et concupiscentiæ tela excute. Dulcis est fornicatio, sed noxia; dura est continentia, sed utilis. Fornicatio cooperantem habet corporis naturam; continentia adplicitem obtinet Spiritus gratiam. Ubi ergo fornicatio est, ibi diabolus habitat; ubi continentia, ibi Dominus noster Jesus Christus requiescit. Ideo beatus Paulus dicit: *Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus; et rursus, Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Abst (1. Cor. 3, 17, et 6, 15)*. Peccati igitur impetum per ancoram pœnitentiæ retineamus, ne frequentior concupiscentiarum flatus naufragium pati cogat. Sed nauta naufragium in aquis patiuntur; peccatores vero in fluvio igneo, qui fluit ante tribunal Christi quasi plumbum demerguntur, non cum curribus et equis, sed cum cogitationibus et sententiis. Revereamur ergo Christi benignitatem ejusque passiones, ne vanas reddamus ejus plagas; ne turpem voluptatem ejus præclaræ voluptati et præcepto anteponamus; ne mala benefico rependamus, ne accipiamus ejus membra, ut faciamus membra meretricis: non sumus quippe heri domini qua

nostris : pretio redempti sumus (1. Cor. 6. 20). Quis nos vendidit, quis nos emit? Diabolus nos vendidit per peccatum; Christus non emit per justitiam. Quomodo nos emit? an auro argenteve? Nequaquam; sed proprio sanguine, qui est super aurum et lapidem pretiosum multum; omnia enim peccata nostra emit: quæ multa certe sunt, et varie diversisque modis salutis nostræ obsistunt. Quæ peccata? Legis: at lex non est peccatum, absit; sed quia sine lege peccatum non nossem. Quia ergo lex me ut transgressorem maledicto obnoxium faciebat; ideo veniens Christus Jesus redemit me de maledicto legis, factus pro

nobis maledictum (Gal. 3. 13). Ne ergo popularem diaboli providentiam præferamus œconomiae Christi: ne peccati causa prætermittamus poenitentiae decorem. Si minas times, confuge ad præceptum: si futuram damnationem vis effugere, *Declina a malo, et fac bonum* (Psal. 33. 15); id est, depone peccatum, et poenitentiam operare; ut qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat, animæ tuæ studium amplexus, remissionem tibi peccatorum largiatur. Nos autem pro supra dictis laudem et gloriam referamus Patri et Filio et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

IN ORATIONEM SEQUEMTEM.

Hanc Chrysostomi esse non posse, vel primo conspectu quis emunctæ naris homo statim pronuntiabit, sed alicuius Græculi, qui opusculum suum tanto doctori adscribere ausus est; cujusmodi fuere

Græci multi, qui tantam adulteratorum farraginem nobis induxerunt. Hanc emendavimus ex Codice Romano, qui illam breviorē exhibet.

DE ELEMOSYNA.



Prata variis ornantur floribus, quorum alii ad oculorum, alii ad narium delectationem, alii ad curam hominum exercendam apti, singulique sunt hominibus idonei: sic et Ecclesia divinarum Scripturarum lectionem habet evangelicam, apostolicam et propheticam, cæterosque divinos libros: singula autem ad Christum referuntur. Verum in vulgaribus pratis exortus sol flores exsiccat, illorumque decorus aspectus auferitur: in hoc autem prato sol justitiæ exoritur, qui alium temperantem reddit, alium justificat, alium miseratur. Exortus porro nobis est hodie per evangelium dicens: *In quantum uni ex his fratribus meis fecistis, mihi fecistis* (Matth. 25. 40). Rursus pauperum commemoratio, rursus divitum opprobrium. Non dignitati exprobro, absit, sed intemperanti animo; non divitiis vitupero, sed eos qui ipsis male utuntur: bonæ namque sunt divitiæ iis, qui illas recte administrant: bona quoque est paupertas iis, qui illam patienter tolerant. Quoniam et Abraham dives erat, et adversus neminem superbiebat; et Lazarus pauper erat, et nunquam id impatienter tulit, etsi in tanta necessitate constitutus. Cur autem duos hic testes attuli? Age, accedat hic beatus Job, qui utriusque experientiam habuit; qui cum dives esset, inquit, *Omni homini aperiebatur domus mea; qui cum pauper esset, ait, Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est* (Job. 31. 52. et 1. 21). Quantum impugnavit illum diabolus, nec justum decussit! Phœtrem telis evacuavit, et militem non vulneravit; machinas admovit, et turrim non concussit; arborem excussit, et fructum non decerpit; ramos fregit, et radicem non avulsit; murum perforavit, et thesaurum non diripuit. Thesaurum dico, non auri et argenti, sed inconcussam ejus fidem: hunc enim ejus thesaurum volebat diabolus diripere. Vidisti fructum multiplicatum? vidisti fidem firmam quasi petram? vidisti turrim inconcussam? vidisti militem in acie stantem? diabolum eliminatum? vidisti Deum præmia largientem? vidisti diabolum pudore suffusum? Quo nomine justum illum vocem ignoro. Athletam appellabo? Sed multa ille subiit certamina. Militemne dicam? Sed corde firmior et validior est quam miles. Turrimne dicam? Sed sensu sublimior est. Petram? Sed firmiter est petra. Arborem? Sed speciosior est. Thesaurum? Sed opulenter est. Quo nomine justum illum appellem nescio. Audiant divites, audiant pauperes, quomodo dives hic rebus prosperis divitiis

suas dispensaverit, et quantam in paupertate tentationem sustinuerit; neque spes, quam in Deum habebat, dejecta fuit. Viden' quam bonæ sint divitiæ recte dispensantibus, et quam bona paupertas recte tolerantibus? Ne mihi dicas, Paupertatem timeo. Paupertatem times, et Deum non times? Inopiam times, et peccatum non times? Ne timeas paupertatem, sed prævaricationem matrem supplicii. Si regem amicum habeas, te ditabit: et si Christum et pauperes diligas, te ille ditabit. Ipse divites et pauperes facit, humiliat et exaltat: suscitavit de terra inopem, et de stercore erigit pauperem. Dominus petit præceptum, et tu non das? Cum enim audis eum dicentem, *In quantum uni ex his minimis meis fecistis, mihi fecistis*, vides te, si pauperi dederis, Deo dare. Si non dederis ei, quomodo ab illo petas in die illa, ut tui misereatur? annon te sic accusabit: *Esurientem me vidisti, et non pavisti; sitientem, et non potum dedisti; nudum, et non induisti? Quid ergo respondebis illi? quam veniam consequeris? Tu sericis, leporinis et caprinis vestibus indutus es; et pauper pannum non habet: tu phasianos, gallinas et anseres similiaque comedis; et pauper non potest pane et oleribus ventrem suum implere: tu parietes habes auratos, marmora Laconica varia, columnas et capitella columnarum aurea; et pauper non habet tugurium. Interdum vero domum ex rapina habes, et postea moreris, ac nihil habens demigras, manetque domus tua perpetua accusatrix, quæ opera tua redarguat. Quisque enim transiens dicturus est: Hæc domus illius est raptoris, avari: quot viduas oppressit! quot pupillos læsit! quot bona rapuit! quot pauperes spoliavit! Ne mihi dicas, Præfectus sum: dignitatem nec novi, nec incuso; sed tantum improbos, qui bonis male utuntur. Bonum est esse divitem: quæ Deus fecit, omnia valde bona sunt. Vides pauperem, et superbis, nec cogitas et te et pauperem hominem esse; hominem, animal quod Deus admodum curat; hominem, propter quem cælum extensum fuit; hominem, propter quem sol cursus suos perficit; hominem, propter quem luna occasum nescit; hominem, propter quem stellæ dant splendorem suum, propter quem mare effusum est, terra fundata est super aquas; propter quem montes, saltus, colles; propter quem nemora, sylvæ, convalles, planities; propter quem fontes, fluvii, lacus; propter quem terra germinavit herbam fœni, et aquæ emittunt animas viventes; propter quem juvenia,*

δραμασι και ἵπποις, ἀλλὰ σὺν λογισμοῖς και γνώμασι. Αἰδεσθῶμεν οὖν τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀγαθότητα, ἐντρέπωμεν αὐτοῦ τὰ πάθη, μὴ ματαιώσωμεν αὐτοῦ τοὺς μύλωνας, μὴ τὴν αἰσχρὰν ἡδονὴν τῆς καλῆς αὐτοῦ προκρίνωμεν ἡδονῆς και ἐντολῆς, μὴ κακοῖς τὸν εὐεργέτην ἀμειψώμεθα, μὴ λάβωμεν αὐτοῦ τὰ μέλη, και ποιήσωμεν πόνης μέλη· οὐκ ἔσμεν γὰρ ἑαυτῶν κύριοι· τιμῆς ἠγοράσθημεν. Τίς δὲ ἡμᾶς ἀπέδοτο, ἢ τίς ἡμᾶς ὠνήσατο; Ὁ διάβολος ἡμᾶς ἀπέδοτο διὰ τῆς ἁμαρτίας, ὁ Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασε διὰ τῆς δικαιοσύνης. Πῶς δὲ ἡμᾶς ἠγόρασε; χρυσοῖον, ἢ ἀργύριοιον δούς; Οὐχί, ἀλλὰ τὸ οὐρανόθεν αἷμα τὸ ὑπὲρ χρυσοῖον και λίθον τίμιον πολλῷ· πάσας γὰρ ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας ἠγόρασε· πολλαὶ δέ εἰσι, και ποικίλως και διάφορως ἐνοχλοῦσαι ἡμῶν τὴν σωτηρίαν. Ποίας ἁμαρτίας; Τὰς τοῦ νόμου· ἀλλ' οὐχ ὅτι ὁ νόμος ἁμαρτία, μὴ γένοιτο· ἀλλ' ὅτι ἐκτὸς νόμου ἁμαρτῖαν

οὐκ ἦδεν. Ἐπεὶ οὖν ὁ νόμος ὡς παραβάτην με ἐνοχον κατάρσας ἐποίησε, διὰ τοῦτο ἐλθὼν ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς ἐξηγόρασέ με ἐκ τῆς κατάρσας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρσας. Μὴ τὴν πάνδημον οὖν πρόνοιαν τοῦ διαδόλου προκρίνωμεν τῆς οἰκονομίας τοῦ Χριστοῦ· μὴ πρὸς χάριν τῆς ἁμαρτίας παραδράμωμεν τῆς μετανοίας τὸ κάλλος. Εἰ φοβῆ τὴν ἀπειλήν, καταφυγε ἐπὶ τὴν ἐντολήν· εἰ μὲν μέλλουσαν χρῆσιν ἀποδορᾶσαι ἔδειξαι, ἐκκλίνον ἀπὸ κακοῦ, και ποιήσον ἀγαθόν· τούτῃστιν, ἀπόθου τὴν ἁμαρτίαν, και ἐργάτης γένου τῆς μετανοίας, ἵνα ὁ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τῶν ἁμαρτωλῶν ὡς τὸ ἐπιστρέψαι και ζῆν αὐτοῦς, ἀποδεξάμενος σου τῆς ψυχῆς τὴν προθυμίαν, χαρίσθηται σοὶ τὴν ἀφῆσιν τῆς ἁμαρτίας· ἡμεῖς δὲ ὑπὲρ τῶν εἰρηζόμενων αἰνὸν και δόξαν ἀναπέμπωμεν τῷ Πατρὶ και τῷ Υἱῷ και τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν και ἀεὶ, και εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

[789] Περὶ ἐλεημοσύνης.

Οἱ λειμῶνες ἔχουσι ποικίλα και διάφορα ἄθη, και τὰ μὲν εἰς τέρψιν ὀφθαλμῶν, τὰ δὲ εἰς εὐωδίαν, τὰ δὲ εἰς ἐπιμέλειαν, ἕκαστα δὲ αὐτῶν ἀρμόττει τῷ ἀνθρώπῳ· οὕτω και ἡ Ἐκκλησία ἔχει τῶν θείων Γραφῶν τὴν ἀνάγνωσιν, εὐαγγελικά τε και ἀποστολικά και προφητικά, και τὰς λοιπὰς τερὰς βίβλους· ἕκαστα δὲ αὐτῶν ἀρμόττει τῷ Χριστῷ. Ἀλλὰ μὴ ἐπὶ τῶν ἔξω λειμῶνων ἀνατέλλει ὁ ἥλιος, και μαραινέται τὰ ἄθη, και ἡ ἐμπρέπεια τῶν προσώπων αὐτῶν ἀφανίζεται· ἐν δὲ τῷ λειμῶνι τούτῳ ἀνατέλλει ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, και τὸν μὲν σκιερῶνίζει, τὸν δὲ δικαιοῖ, τὸν δὲ ἔλεει. Ἀνέτειλε γὰρ ἡμῖν διὰ τοῦ εὐαγγελίου σημερον λέγων· Ἐφ' ὅσον ἐνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου ἐποιήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε. Πάλιν πενήτων ὑπόμνησις, πάλιν πλουσίων θυετός. Οὐκ ἀξίωμα διαβάλλω, μὴ γένοιτο, ἀλλ' ἀόλαστον γνώμην· οὐ πλοῦτον διαβάλλω, ἀλλὰ τοὺς κακῶς πλουτούντας· καλὸν γὰρ ὁ πλοῦτος τοῖς καλῶς διοικουσὶν αὐτόν· καλὴ ἡ πενία τοῖς καλῶς ὑπομένουσιν αὐτήν. Ἐπεὶ και Ἀβραάμ ἦν πλούσιος, και οὐδένα ὑπερηφάνησε, και Λαζαρος πένης ἦν, και οὐδέποτε ἐδυσπέτησε, και μάλιστα ἐν τῷ αὐτῷ ἀνάγκῃ. Ἴνα τί δὲ δύο πρόσωπα μαρτύρων ἦνεγκα; Φέρε μοι ἐνταῦθα τὸν μακάριον Ἰωβ ἐκατέρων τὴν πείραν εὐχρηστότα. Καὶ ὅτε πλούσιος ἦν, ἔλεγε, Παντὶ ἀνθρώπῳ ἠνέφκτό μου ὁ οἶκος· και ὅτε ἐπέπετο, ἔλεγε· Ὁ Κύριος ἔδοκεν, ὁ Κύριος ἀφείλατο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω και ἔγένετο. Πόσα ἐπάλασεν ὁ διάβολος, και τὸν δίκαιον οὐκ ἐβάρησε; Τὴν φαρέτραν τῶν βελῶν ἐκένωσε, και τὸν στρατιώτην οὐκ ἐτρῶσε· τὰ μηχανήματα προσήνεγκε, και τὸν πύργον οὐκ ἐσάλευσε· τὸ δένδρον ἐτίναξε, και τὸν καρπὸν οὐκ ἐτρέγγησε· τοὺς κλάδους ἔκλασε, και τὴν ῥίζαν οὐκ ἀνέσπασε· τὸν τῶν κλόνων δῶρως, και τὸν θησαυρὸν οὐκ ἐσύλησε. Θησαυρὸν δὲ λέγω οὐ χρυσοῦ και ἀργύρου, ἀλλὰ τὴν ἀσάλευτον αὐτοῦ πίστιν· τούτων γὰρ τὸν αὐτοῦ θησαυρὸν ἐβόλευτο συλῆσαι ὁ διάβολος. Εἶδες τὴν καρπὸν πτηθῆναι; εἶδες τὴν πίστιν ὡς πέτραν ἐστηριγμένην; εἶδες τὸν πύργον ἀβήρητον ἐστῶτα; εἶδες τὸν στρατιώτην παρατατόμενον, εἶδες τὸν διάβολον ἀφανισμένον; εἶδες τὸν Θεὸν βραβεύοντα, εἶδες τὸν διάβολον αἰσχυνόμενον; Ποῖον ὄνομα καλέσαι τὸν δίκαιον οὐκ οἶδα. Ἀθλήτην αὐτὸν εἶπω; Ἀλλὰ πολυάθλος τοῖς πηλασίμασι. Στρατιώτην αὐτὸν εἶπω; Ἀλλὰ δυνατώτερος τῆ καρδία. Πύργον αὐτὸν εἶπω; Ἀλλ' ὑψηλότερος τῷ φρονήματι. Πέτραν αὐτὸν εἶπω; Ἀλλὰ στερεώτερος. Δένδρον αὐτὸν εἶπω; Ἀλλ' ὠραιότερος. Θησαυρὸν αὐτὸν εἶπω; ἀλλὰ πλουτερώτερος. Ποῖον ὄνομα ἔχω ἐπιθεῖναι· τῷ δικαίῳ οὐκ οἶδα. Ἀκούεσθων [790] οἱ πλούσιοι, ἀκούεσθων και οἱ πένητες, πῶς ὁ μακάριος οὗτος ἐν

μὲν τῇ εὐημερίᾳ αὐτοῦ διόκησε τὸν ἑαυτοῦ πλοῦτον, ἐν δὲ πενία πειρασμῶν ὑπομείνας, οὐκ ἐλύθη ἢ ἐλίπισ αὐτοῦ ἀπὸ Θεοῦ. Ὅρας ὅτι καλὸν τὸ πλουτεῖν τοῖς καλῶς διοικουσὶν, και καλὴ ἡ πενία τοῖς καλῶς ὑπομένουσιν; Μὴ μοι λέγε, ὅτι Πενίαν φοβοῦμαι. Πενίαν φοβῆ, και τὸν Θεὸν οὐ φοβῆ; Πτωχεῖαν φοβῆ, και ἁμαρτίαν οὐ φοβῆ; Μὴ φοβηθῆς πενίαν, ἀλλ' ἁμαρτίαν τὴν μητέρα τῆς κολάσεως. Ἐὰν ἔχης φίλον τὸν βασιλέα, πλουτίσει σε· και ἐὰν ἀγαπᾷς τὸν Χριστὸν και τοὺς πτωχοὺς, πλουτίσει σε. Αὐτὸς πλουτίζει και πτωχίζει, ταπεινοῖ και ἀνυψοῖ, ἀνίστα ἀπὸ γῆς πένητα, και ἀπὸ κορπιάς ἀνυψοῖ πτωχόν. Ὁ Δεσπότης αἰεὶ ἐντολὴν, και οὐ δίδως αὐτῷ; Ὅταν γὰρ ἀκούσης αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι Ἐφ' ὅσον ἐνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων ἐποιήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε, ὅρας ὅτι ἐὰν δίδως τῷ πένητι, τῷ Θεῷ δίδως. Ἐὰν μὴ δώσης οὖν αὐτῷ, πῶς και σὺ αἰτήσεις αὐτόν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἵνα σε ἐλεήσει; Ἄρα οὐκ ἐγκαλέσει σοι, ὅτι Πενιῶντά με εἶδες, και οὐκ ἐχόρτασας; διψώντά με εἶδες, και οὐκ ἐπότισας; γυμνόν εἶδες, και οὐκ ἐένδυσας; τί ἄρα ἐρεῖς αὐτῷ; ποῖαν ἔχεις συγγνώμην; Σὺ σπικὰ και λαγῦσα και ἀγίατα περιέβλησαι, και ὁ πένης βράκος οὐκ ἔχει· και σὺ μὲν τρώγεις φασιανούς ἢ θρνεὶς και χήνας και ὅσα ἔστιν ἐν ἐδέσμασι· και ὁ πένης οὐκ ἰσχύει τὴν ἑαυτοῦ κοιλίαν χορτάσαι ἄρτων και λαχνάσι· σὺ ἔχεις τοίχους χρυσοφόρους και μάρμαρα λακεδαίμονια ποικίλα, και κίονα· και περικεφαλαίας κίωνων χρυσᾶς· και ὁ πένης οὐκ ἔχει καλύβην. Καὶ ἐνίοτε ἔχεις τὸν οἶκον ἀπὸ ἀρπαγῆς, ἀπὸ πλεονεξίας· και σὺ τελευτᾷς, και ὑπάγεις μὴδὲν ἔχων, και μένει σου ἡ οἶκος διηνεκής κατήγορος ἐλέγχων τὰς σὰς πράξεις. Ἐκαστος γὰρ παρερχόμενος μέλλει λέγειν· Οὗτος ὁ οἶκος ἔστιν ἐκείνου τῶ ἀρπαγῶν, τοῦ πλεονέκτου· πόσας χήρας ἐκάκωσε; πόσους ὄρφανους κατεπόνησε; πόσα ὑπάρχοντα διήρπασε; πόσους πένητας ἐπλεονέκτησε; Μὴ μοι λέγε, ὅτι Ἵπαρχος εἰμι. Οὐκ οἶδα ἀξίωμα ἐγὼ, οὐδὲ διαβάλλω, ἀλλὰ τοῖς κακοῖς τῷ καλῷ κακῶς χρωμένους. Καλὸν τὸ πλουτεῖν ἐστὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἐποίησε, πάντα καιάτα λίαν. Βλέπεις πένητα, και ὑπερηφάνεις, και οὐκ ἐνοεῖς, ὅτι ἀνθρώπος εἶ, και ὁ πένης ἀνθρώπος ἔστιν· ἀνθρώπος, τὸ περισπούδαστον ζῶον τοῦ Θεοῦ· ἀνθρώπος, δι' ὃν οὐρανὸς ἐταπύθη· ἀνθρώπος δι' ὃν ὁ ἥλιος δρόμους τρέχει· ἀνθρώπος, δι' ὃν ἡ σελήνη ἐπιγινώσκει δυσμὰς· ἀνθρώπος, δι' ὃν ἄστρα δίδουσι τὸ φέγγος αὐτῶν, δι' ὃν θάλασσα ἠπλώθη, δι' ὃν ἡ γῆ ἐβελιμώθη ἐπὶ τὴν ὑδάτῃ· δι' ὃν βρη και νάπα; και βουνοὶ, δι' ὃν ἄιση και δρυμοὶ και φάραγγες και πεδιάδες, δι' ὃν πηγαὶ και ποταμοὶ και λίμναι, δι' ὃν ἡ γῆ ἀνέτειλε βοτάνην χορτόν, και τὰ ὑδάτα ἐκόλλουσι ψυχὰς ζώσας, δι' ὃν κτήνη, τε-

quadrupedes, reptilia, aves; propter quem tempora, anni, menses, dies, horæ et noctes; propter quem angeli, archangeli, principatus, potestates, throni, dominationes, Cherubim et Seraphim. Quid plura dicam? Propter quem Dominus sanguinem suum fudit. Homo pretioso sanguine redemptus est, et illum despicias? nonne homo est ut tu, licet pauper sit? ideone in illum superbis? nonne pauperes elegit Deus? num divites elegit? Petrus apostolorum coryphæus, fundamentum Ecclesiæ, qui vere et re et nomine Petrus, nonne pauper erat? nonne miserabilis et abjectus? nonne vilis et despectus? nonne piscator erat? Similiter Jacobus et Joannes, nonne pauperes erant et piscatores? *Et præteriens Jesus vidit eos et patrem eorum Zebedæum reficientes retia sua dirupta (Marc. 1. 19).* O paupertatem summam! usque adeo pauperes erant, ut non possent retia emere ad piscationem, sed vetera reliciebant; et arte artem futeiebant, sutoria piscatoriam. Similiterque Mathæus nonne publicanus erat? *Et pertransiens Jesus vidit illum sedentem in telonio, et dicit illi: Surge, et sequere me. Et surgens sequutus est eum (Matth. 9. 9).* Non cogitavit se regium officium habere, sed se eum reputavit, se a Rege regum vocari: et qui olim aliena rapiebat, nunc se a rebus suis removit; olim lupus, nunc ovis. Abiecit Petrus retia, et accepit claves cælorum: dimisit Mathæus telonium, et accepit evangelium. Similiter et Paulus, nonne artifex erat? nonne cultrum subtorium tenebat, ac pelles secebant? nonne accepit epistolas a principibus synagoga, ut veniens sanctos captivos duceret? Et apparuit illi Jesus in via, *Et lux circumfulsit eum, et ait, Saule, Saule, quid me persequeris? Ille vero conversus dixit: Quis es, Domine? Et dixit: Ego sum Jesus Nazarenus, quem tu persequeris (Act. 9. 4. 5).* Et lapsus in faciem, exæcatus est. Cur addidit, *Nazarenus?* Ne putaret alium esse Jesum illum, et alium qui se de cælo vocaret. Dicebant enim Judæi Jesum non assumptum fuisse, sed discipulos ejus furatos illum esse. Ideo dixit, *Jesus Nazarenus, ut sciret hinc ipsum et tunc et nunc esse.* Ingressus est ergo Paulus manu ductus Damascum, et abiit ad Ananiam, qui imposuit manus in oculos Pauli, et sanavit eum. Longa est historia, sed paucis volo eam vobis enarrare. Recepto visu ille statim docebat in nomine Jesu. Audientes autem Judæi Paulum docere in nomine Domini nostri Jesu Christi, quærebant eum comprehendere. Id videntes Pauli discipuli, injecerunt illum in sportam, et demiserunt eum per murum, et sic effugit et abiit Jerosolymam. O beatam illam sportam, quæ tale obsonium orbi misit! Similiter et beatus Joannes, nonne desertum incoluit, et postea cæli civis effectus est? nonne locustas et mel sylvestre comedit? annon omnes prophetae et apostoli pauperes erant? et per hos pauperes hominibus salutem paravit? Quot reges, quot tyranni, quot consules, quot principes, quot præfeti a sæculo mortui, jam omnes oblivioni traditi sunt? et hi miseri, abjecti, viles, despiciabiles, non in oblivionem venerunt. Sed hic rex, purpura indutus, diademate redimitus et gloria, galeam auream gestans, militibus stipatus, migrat in sepulcrum piscatoris, pauperis, miseri, despecti, ipsum amplectitur, flet et precatur eum, qui ipsi gloriam indidit. Quis regi suadet ut talia faciat? quis? Ego dicam. Attendite mihi, quæso, dictis animum adbibete. Qui dixit illis: *Evangelizate omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Et ego vobiscum sum omnibus diebus vite vestræ usque ad consummationem sæculi (Matth. 28. 19. 20).* Ille est, qui ipsi talem artem indidit. Vident quantum valeant pauperes? Neque solum hoc, sed etiam demoniaci ad eorum sepulcra abeunt, et curantur. Vident mortuos esse vivos potentiores? Ne ultra pauperes rejicias. Intrat pauper in atrium tuum quærens eleemosynam, et duas insunt horas nihil accipiens, et interdum servo mandas ut foras illum ejicias. Nescis,

si illum foras ejicias, te Christum persequi? Ipse namque dixit: *In quantum fecistis uni ex istis minimis, mihi fecistis.* Vident te si contumeliam pauperi inferas, Christum dehonestare? Quæcumque enim pauperi facis, in Christum referuntur, ut ipse dixit. Hæc dico, nec dicendi finem faciam: *Mihi enim dicere non pigrum est, vobis autem tutum (Philipp. 3. 1).* Non cessabo vos docere, donec meliores evadatis: scriptum est enim: *Beatus qui loquitur in aures audientium (Eccli. 25. 12): Inobedientia mortem operatur.* Vides pauperem, nec misereris ejus? quomodo pergis in ecclesiam, et precaris? quomodo os tuum aperis, et Deum invocas? non erubescis? non tremis? non exhorrescis? Intras in ecclesiam Dei ad precandum? Da eleemosynam, ut inscribatur simul eleemosyna et precatio tua. Interdum quidam precatorem emittunt ad terrenum regem, ac ducentes aureos impendunt, et plerumque nihil proficiunt, verum illud cæci schedulam retinent, et tu non vis duos obolos adscribi supplicationi tuæ? Hic rex terrenus inscribit, et sæpe contraria subscriptio est: at Rex regum si subscribat, res firma et stabilis est. Vidistin' supplicationem duobus subscriptam obolis? Ideo duo lavacra sunt ante portas ecclesiæ; alterum aquæ, quo manus lavas; alterum manus pauperis, quo animam tuam abstergis. Intra in ecclesiam, et ablu manus tuas: depone oholum in manum pauperis, et ablu animam tuam. Sin ingressus te laveris et oraveris, nihilque pauperi dederis, quæ tibi hinc utilitas? Divitiæ sunt tibi, et illas in terra occultas, quæ sæpe fures noctu veniunt et effodiunt et furantur thesaurum tuum: et exurgens mane vides abreptum illum. Vis non abripi? Id fac, quod tibi dico, et nunquam tibi abripietur in æternum. Thesaurum habes? Depone illum in ventrem pauperum, et esto securus: nunquam enim potest abripi. Si effodias in terram, perdes illum: quod si non perdidideris, sed servetur, post mortem tuam alii de bonis tuis divites erunt. Quæ tibi hinc utilitas, quod labores et defatigeris, ut alii bona tua invadant, a quibus mercedem non recipies, dum ipsi iis deliciis gaudebunt. Non audisti prophetam dicentem, *Thesaurizat dives, et ignorat cui congregabit ea (Psal. 58. 7)?* Idem rursus alibi dicit: *Inspiciens et stultus peribit, et relinquent alienis divitias suas; et, Ne timueris cum dives factus fuerit homo, vel cum multiplicata fuerit gloria domus ejus. Quoniam cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria ejus (Psal. 48. 11. et 17. 18).* Et in Evangelis Dominus insipienti diviti dicit: *Stulte, hac nocte repetent animam tuam; quæ vero parasti, cujus erunt (Luc. 12. 20)?* Vides quanta patiantur ii, qui thesauros sibi colligunt in terra. Sed thesaurizat in cælo, ubi neque ærugo neque tinea demolitur (Matth. 6. 20), et thesaurus manet tuus. O miser et infelix! tu terræ fidem habes, et Deo non credis dicenti: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis?* Nescis quosdam agricolas esse pauperes, miserabiles, qui quotidianum panem ex propriis laboribus parant, et sationis tempore non habent unde serant: tunc accepta sua vel uxoris tunica, imo sæpe ipso instrumento quo ad agriculturam utuntur, illa dant in pignus pro uno modio vel duobus vel tribus, vel quot potest ejus arvom capere: acceptumque propignore granum spargit in terram, et terræ committit, expectatque tempus, donec fructus ex terra emerget? Ille pignore acceptum terræ non reddidit, tu autem Deo non credis? ille conservo suo credidit, et tu Domino non credis? Quam, quæso, veniam impetrabis? Hæc dico, non ut vos de tanta inhumanitate damnem, absit; sed ut vos concitem et paratos reddam ad eleemosynam serendam. Aurum amas sanguinarium, ab omnibus optatum, omnibus inimicum, ab omnibus dilectum, omnibus insidiatum, fugitivum, ingratum. An vœcitis, quod sit ejus contubernium? Ut meretrix infida huic alloquitur, illi annuit; alium admittit hodie, cras ad alium transibit; hodie princeps es, cras subditus; hodie dives,

cras pauper; hodie jus dicis, cras condemnaberis. Vides vitæ mutationem, quomodo sicut umbra prætercurrat, et fumo subtilior dissolvatur? annon ut aranea dissipatur? Non finem faciam vos monendi: sive agatis, sive non agatis, ego tamen dicam, neque cessabo: scriptum est enim, *Beatus qui loquitur ad aures audientium: inobedientia mortem operatur.* Imitamini saltem viduam illam inopem, quæ duos obolos iniecit: quomodo ex præclaro proposito justificata fuit. Non duos habes obolos? Unum dato. Nec unum habes? Da panem. Si neque panem habeas, saltem ingemisce, cum vides pauperem, et oratio tua accepta erit. Nam qui novit occulta cujusque mentis, qui omnia scit antequam fiant, bene novit te, si habuisses, daturum fuisse. Propositum animi

vult; cor scrutatur et novit: homo enim in faciem, Deus autem in cor respicit. Rogo igitur, servate præceptum, quod vobis trado: *In hoc enim discipuli mei eritis, si diligatis invicem.* Hæc ipsius Domini vox est, quam dixit discipulis; et rursus, *Diliges Dominum Deum tuum ex totis viribus tuis, et proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis tota lex et prophetæ (Marc. 12. 50. 51; Matth. 22. 37. 59.40).* Rogo igitur, ut sitis mutuo humani, hospitalis, pauperum amantes: præcipue vero Dei dilectionem perpetuo habeamus, ut possimus digni haberi æternæ vitæ: quam utinam nos omnes assequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium cum Patre et Spiritu sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

IN SEPTEM SERMONES DE JEJUNIO.

Non est quod lectorem moneamus, hosce de Jejunio sermones brevissimos non esse Chrysostomi, sed dujisdam imperiti Græculi et plerumque nugacis, qui hæc ab se consarcinata Chrysostomo adscri-

psit. Hæc Latine convertimus, nec sine fastidio et labore; nam scriptor hic res interdum sic enumerat, vix ut intelligatur, quod est in oratione vitium vel maximum, inquit Tullius.

IN PRÆICATIONEM JEJUNII. SERMO I.

Ad medelam hodie Deus genus nostrum advocat. Per prophetam enim jejunium medicinam esse definiit: *Sanctificate jejunium*, inquit, *predicite medelam* (Joel 1. 14). Quia enim vidit Deus Adamum multis vulneribus confectum ex paradiso ejectum fuisse; huic medelam jejunium assignavit, et quidem recte. Quid enim non sanat jejunium? quod animæ vitium non delet? Intemperantiæ satietate eliminata, cor renovat; vitæ humore evacuato, iræ ardorem comprimit, invidiæ durtitiam emollit, concupiscentiarum tumoribus medetur, voluptatum febrem fugat, vanæ gloriæ fastum pellit, sollicitudinis vigiliæ ejicit, oculorum lippitudines purgat, corporis et animæ sensus emundat: artifex enim illa desuper medendi vim accepit a Creatore. Qui ergo sanitatem amat, jejunio sese prompte dedat: non enim exigit adhibita medicina pretium; imo etiam mercedem addit. Quam mercedem? hoc enim operæ pretium fuerit ediscere. Dat mercedem, non obolos, sed temperatas cogitationes; non aurum, sed bonos mores; non argentum, sed membrorum puritatem; non lapides pretiosos, sed pios cogitatus; non splendidas vestes, sed integros carnis sensus. Dat meretricibus mercedem, castitatem, ebriosis abstinentiam, avaris liberalitatem, auri amatoribus amorem pauperum, fratrum osoribus fratrum dilectionem et hospitalitatem, pusillanimitis longanimitatem: quodque majus est, dum vivificat, Deo conjungit. Non possunt enim, non possunt cum Deo versari, qui non prius jejunii medelam adhibuerint. Ita enim a sæculo alii inimici, alii amici Dei comprobati sunt, intemperantia vel temperantia utrumlibet efficiente. Adam concedendo a Deo fugit ut inimicus; Cain, qui primos fructus Deo non dederat, ingemiscebat et tremebat ut Dei inimicus; delictis se dedentes Noë coætanei, Judicem contra se excitarunt: voluptatibus incumbentes Sodomitæ, ut inimici Dei superna excepere tonitrua; comestio impedivit Esaû, quominus dilectus et primogenitus vocaretur: cibus et potus Israël constituit inimicum ejus, qui ipsum cum signis et prodigiis duxerat: per vinum et siceram propheta populum accusavit: vinum et ebrietas Herodem Joannis et Christi amicitia privavit. Nostin' eos, qui per intemperantiam inimici Dei facti sunt? Discite

eos, qui per jejunium in Dei amicitiam sunt admissi. Non enim quod gustasset Abel, sed quod Deo obtulisset, se Dei amantem ostendit: Moyses quia jejunaverat, amicus celebris et fidelis vocatus est: postquam jejunasset Elias, quasi amicus assumptus est: cum jejunasset propheta, ut amici Dei mysteria noverunt: postquam jejunaverat Isaïas, Seraphinus sex alarum vidit et descripsit: jejunus Ezechiel multis oculis instructos Cherubinos mente percepit: eos in Babylone qui jejunaverant visitavit Deus, mittens angelum iis, qui in fornace erant, et prophetam Habacuc ei, qui inerat in lacu: ex inimicis Ninivite per jejunium amici facti sunt: similiterque David ex inimico amicus est effectus. Nam cum Uriæ uxorem amavit, inimicus erat Deo; cum autem in jejunio humiliavit animam suam, audivit illud: *Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum* (Act. 15. 22) Joannes filius Zachariæ sponsi amicus fuit. Quare? Quia in deserto manebat locustas colligens, et mel sylvestre. Anna cur Deo accepta? Quia jejuniis et orationibus incumbens, nocte et die ministrabat Deo. Petrus et Joannes amici quare? Quia jejuni ascenderunt in templum ad horam orationis novam. Paulus amicus erat quare? Quia carnem castigans in servitute redigebat. Amicus Timotheus cur? Quia per potum aquæ voluptatum exstinxit rogam. Amicus Cornelius quare? Quia jejunus per ministerium Petri salutem accepit. Amici erant Christi martyres quare? Quia carnem et temporaneam vitam contempserunt. Vides quomodo non solum ad medelam obtinendam, sed et ad divinam amicitiam Deus per jejunium genus nostrum advocet, curans ut Adam sanctus et sanus efficiatur, continens, amicus, temperans, mansuetus, modestus et congener? Quid enim est amicus esse Dei, quam ejus congener effici? Esto igitur per jejunium amicus Dei, esto per jejunium Dei congener. Ne maneat intemperans, ne maneat inimicus, ne maneat infirmus, ne maneat vulneratus, ne maneat paralyticus. Ecce enim jan' tibi hodie adstat Christus in hac pulchra ecclesia, nova Jerusalem: ecce adest quadragesima, spiritualem tibi piscinam ostendens, non quæ per annum circulum infirmum unum sanat, sed totum populum: ecce Jerusalem, ecce Christus, ecce quadragesima, piscina spiritualis. Ingredere gaudens,

ἐλεημοσύνης σπόρον. Χρυσὸν φιλεῖς τὸν αιμοδόρον, τὴν πᾶσι ποθεῖν, καὶ πᾶσι πολέμιον, τὸν φιλούμενον ὑπὸ πάντων καὶ τοῖς πᾶσιν ἐπιθυμούοντα, τὸν δραπέτην, τὴν ἀγνώμονα; ἢ οὐκ οἴδατε, τίς ἐστὶν ἡ τούτου συνουσία; Καθάπερ πόρνη ἀσυνείδητος τούτῳ ὀμιλεῖ, καὶ κείνῃ νεύει· ἄλλω συντάσσεται σήμερον, καὶ αὐριον πρὸς ἄλλον μεταβαίνει, σήμερον ἀργῶν, καὶ αὐριον ἀρχόμενος· σήμερον πλούσιος, καὶ αὐριον πένης· σήμερον δικάζεις, καὶ αὐριον καταδικάζῃ. Ὅρας τὴν τοῦ βίου μεταβολὴν, πῶς ὡς σκιά παρατρέχει, καὶ καπνοῦ εὐτελέστερον διαλύεται; οὐχ ὡς ἀράχνη διασπάται; Οὐ παύσομαι ἐγὼ παιδεύων ὑμᾶς· κἂν τι ποιήτε, κἂν δὲ μὴ ποιήτε, ἐγὼ λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι· γέγραπται γάρ· [793] Μικαρίου ὁ λαλῶν εἰς ὡτα ἀκουόντων. Παρακοὴ θάνατον κατεργάζεται. Μιμήσασθε κἂν τὴν χήραν ἐκείνην τὴν πενιχρὰν τὴν τοὺς δύο ὀβολοὺς καταβαλοῦσαν, πῶς ἐδικαιώθη διὰ καλὴν προαίρεσιν. Οὐκ ἔχετε δύο ὀβολοὺς δοῦναι; Ἄδς ἓνα. Οὐκ ἔχετε ἓνα; Ἄδς ἄρτον. Οὐδὲ ἄρτον ἔχετε; Κἂν στέναζον θεασάμενος

τὸν πένητα, καὶ δίδεται σου ἡ δέησις. Ὁ γὰρ ἐπιστάμενος τὰ ἀπόρρητα τῆς διανοίας ἐκάστου, ὁ τὰ πάντα εἰδώς, πρὶν γενέσθαι αὐτὰ, οἶδεν ὅτι, εἰ εἴχες, ἐδίδως. Τὴν προαίρεσιν θέλει, τὴν καρδίαν διερευνᾶ καὶ οἶδεν· ἄνθρωπος γὰρ εἰς πρόσωπον, καὶ θεὸς εἰς καρδίαν. Παρακαλῶ οὖν, φυλάξατε τὴν παραγγελίαν, ἣν παραγγέλλω ὑμῖν· Ἐν γὰρ τούτῳ ἐμοὶ μνηθεῖται ἔσθε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. Αὐτοῦ τοῦ Δεσπότου φωνὴ ἐστίν, αὐτὸς εἶπε τοῖς μαθηταῖς· καὶ πάλιν· Ἀγαπήσιν Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς εαυτόν· ἐν ταύταις δυοῖν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται. Παρακαλῶ τὸν ἐσσεσθαι εἰς ἀλλήλους φιλόανθρωποι, φιλοξένοι, φιλόπταιχοι· ἐξαιρέτως τὴν εἰς Θεὸν διηνεκίως κρατῶμεν, ἵνα δυνηθώμεν ἀξιοθῆναι τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἣς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλοανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

Εἰς κήρυγμα νηστειας. Λόγος α΄.

Ἐπὶ θεραπειᾶν τήμερον ὁ Θεὸς τὸ γένος καλεῖ. Ἰατρεῖαν γὰρ διὰ τοῦ προφήτου τὴν νηστεῖαν ὀρίσατο, Ἀγιάσατε, λέγων, νηστεῖαν, κηρύξατε θεραπειᾶν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν ὁ Θεὸς ἐκ παραδείσου πολυτραυματίστον τὸν Ἀδὰμ βληθέντα, θεραπειᾶν τούτῳ τὴν νηστεῖαν ἀπένειμε· καλῶς. Τί γὰρ οὐκ ἱατρεὺς νηστεία; Πλοῖον δὲ πάθος οὐκ ἀφανίζει τοῦ νοῦ; Τὴν τῆς ἀκρασίας κόρον ἀποδιώξασα, ἀνακαινίζει καρδίαν τοῦ βίου τὸ ὑγρὸν ἐκκενώσασα, τοῦ θυμοῦ τὰς φλεγμονὰς καταστέλλει, τοῦ φθόνου τὴν σκληρότητα καταπλάττει, τῶν ἐπιθυμιῶν τοὺς δγκους χειρουργεῖ, τῶν ἡδονῶν τοὺς πυρετοὺς ἀφανίζει, τῆς κενοδοξίας τὰς φαντασίας ἐλαύνει, τῆς μερίμνης τὰς ἀγρυπνίας ἀποδιώκει, ὀφθαλμῶν τὰς λήμας καθαίρει, σώματος καὶ ψυχῆς τὰς αἰσθησεις ἐκκαθαίρει· τεχνίτις γὰρ αὐτὴ ἄνωθεν τὸ ἱατρεῖον δεξαμένη παρά τοῦ ἀφανίτος. Ὁ τοῖνον ὑγείας ἐραστής ἐτοιμῶς τῇ νηστείᾳ εαυτόν ἐπιπότῳ· οὐ γὰρ ἀπαιτεῖ ἱατρεῦσασα λατρικά, ἀλλὰ καὶ προσδίδωσι μισθόν. Ὅποιον οὖν προσδίδωσι τὸν μισθόν; καλὸν γὰρ καὶ τοῦτο μαθεῖν. Δίδωσι μισθόν, οὐκ ὀβολοὺς, ἀλλὰ σῶφρονας λογισμοὺς· οὐ χρυσὸν, ἀλλ' ἦθος χρηστοῦ· οὐκ ἀργυρον, ἀλλὰ καθαρότητα [794] μελῶν· οὐ λίθους τιμῶν, ἀλλ' εὐλαβεῖς λογισμοὺς· οὐκ ἐσθητάς λαμπράς, ἀλλ' ἀπταιστους· τῆς σαρκὸς τὰς αἰσθησεις. Δίδωσι πόρνας μισθὸν τὴν σεμνότητα, μεθυσίς τὸ νηφάλιον, μικρολόγοις τὸ φιλότιμον, φιλαργύροις τὸ φιλόπτωγον, μισαδέλφοις τὸ φιλάδελφον καὶ φιλοξενον, μικροψύγοις τὸ μακροθύμον· τὸ δὲ μέιστον, ζῶσασα συνάπτει Θεῷ. Οὐ γὰρ ἐστιν, οὐκ ἐστὶν ἄλλως ὀμιλῆσαι Θεῷ, μὴ πρότερον τῷ τῆς νηστείας φαρμάκῳ προσομιλήσαντας. Οὕτω γὰρ ἐξ αἰῶνος οἱ μὲν ἔχθροί, οἱ δὲ φίλοι ἐδείχθησαν Θεοῦ, ἀκρασίας καὶ ἐγκρατείας ἐργασαμένης ἕκαστερον. Φαγὼν γὰρ Ἀδὰμ ἐφυγε Θεὸν ὡς ἐχθρός· τῶν πρωτεῶν Καῖν οὐ παραχώρησα; Θεῷ, ἔστυνε καὶ ἔτρεψε, ὡς ἄφιλος Θεῷ· σπαταλήσαντες οἱ ἐπὶ Νῶε ἤγειραν καθ' ἑαυτῶν τῆς κρίσεως τὸν κριτὴν· θρέψαντες τὰς ἡδονὰς οἱ ἐν Σοδόμοις, ὡςπερ ἔχθροί τοῦ Θεοῦ, τοὺς ἄνωθεν ἐδέξαντο κεραυνούς· βρώσις οὐ συνεχώρησε τὸν Ἡσαὺ λέγεσθαι ἀγαπητὸν καὶ πρωτότοκον· βρώσις καὶ πόσις κατέστησεν ἔχθρον τοῦ Ἰσραὴλ τὸν ἐν σημείοις καὶ τέρασιν ὀδηγήσαντα· δι' οἴνον καὶ σίκερα ὁ προφήτης κατηγόρησε τοῦ λαοῦ· οἶνος καὶ μέθη τῆς Ἰωάννου καὶ τῆς Χριστοῦ φιλίας τὸν Ἡρώδη ἐστέρη-

* Sic est ex conj. correctum, pro eo quod legebatur, ἀλλὰ πεισίστους. Edit.

σεν. Ἐγὼς τοὺς δι' ἀκρασίας ἐχθροὺς γενομένους τοῦ Θεοῦ· μάνθανε καὶ τοὺς διὰ νηστείας φίλους κατασταθέντας τοῦ Θεοῦ. Οὐ γὰρ γενοσάμενος, ἀλλὰ προσεγγένας Ἄβελ Θεῷ, φιλοφρονήσας ἐφάνη Θεόν· νηστεύσας Μωϋσῆς φίλος ὀνομαστὸς καὶ πιστὸς; ἐκλήθη· νηστεύσας Ἥλιος, ὡς φίλος ἀνεκλήθη· νηστεύσαντες προσήται ἔγνωσαν τὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς φίλοι, μυστήρια· νηστεύσας Ἡσαΐας ἰστόρησε τὰ ἐξαπτέρυγα Σεραφίμ· αἷτιος γενόμενος Ἰεζεκιὴλ κατένοησε τὰ πολυόμματα Χερουβίμ· νηστεύσαντας τοὺς ἐν Βαβυλῶνι ὡς φίλους ἐπέσκηπεν ὁ Θεός, τοῖς μὲν ἐν τῇ καμίῳ τὸν ἀγγελον, τῷ δὲ ἐν τῷ λάκκῳ ἀποστείλας τὸν Ἀμβακούμ· φίλοι ἐξ ἐχθρῶν Νινευῖται διὰ νηστείας ἐγένοντο φίλος ἐξ ἐχθρῶν ὁμοίως καὶ Δαυὶδ. Ὅτε μὲν γὰρ τῆς τοῦ Οὐρίου ἥρα γυναικὸς, ἤχηρανε Θεῷ· ὅτε δὲ ἐταπεινὸν ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχὴν, Ἡβρον, ἠκουσε, Δαυὶδ τὸν τοῦ Ἰεσοῦ, ἀνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου. Ὁ Ζαχαρίου Ἰωάννης τοῦ νυμφίου φίλος, διὰ τί; Ἐπειδὴ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐμεινεν ἀκρίδας συλλέγων, καὶ μέλι ἔβριον τρυγῶν. Ἄννα διὰ τί; Ἐπειδὴ ἐν νηστείᾳ καὶ δεήσεισι λατρεύουσα, νύκτα καὶ ἡμέραν ἐλειτούργει Θεῷ. Πέτρος καὶ Ἰωάννης φίλοι διὰ τί; Ἐπειδὴ αἱτοῖ ἀνέβαινον ἐπὶ τὴν ὄραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐνάτην πρὸς τὸ ἱερόν. Παῦλος φίλος διὰ τί; Ἐπειδὴ ὑποτιέζων ἐδουλαγωγεῖ τὴν σάρκα. Φίλος Τιμόθεος διὰ τί; Ἐπειδὴ ὑδροποσιᾶ τῶν ἡδονῶν ἔσθεσε τὴν πυράν. Φίλος Κορνήλιος διὰ τί; Ἐπειδὴ αἷτιος τὴν διὰ Πέτρον σωτηρίαν ἐξεδέχετο. Φίλοι οἱ Χριστοῦ μάρτυρες διὰ τί; Ἐπειδὴ σαρκὸς καὶ προσκαίρου κατεφρόνησαν ζωῆς. Ὅρας ὡς οὐ μόνον ἐπὶ θεραπειᾶν, ἀλλὰ καὶ θεῶν φίλων Θεὸς διὰ νηστείας καλεῖ τὸ γένος, ἅγιον καὶ ὑγιεῖ σπεύδων ἐργάσασθαι τὸν Ἀδὰμ, σῶφρονα, φίλον, ἐγκρατὴ καὶ κοινωνικόν, σεμνὸν καὶ συγγενῆ; Τί γὰρ ἐστὶ τὸ φίλον εἶναι Θεοῦ, ἢ Θεοῦ γενέσθαι συγγενῆ; Γίνου τοῖνον διὰ νηστείας φίλος Θεοῦ, γίνου διὰ νηστείας Θεοῦ συγγενής. Μὴ μέινης ἀκρατής, μὴ μέινης ἐχθρός, μὴ μέινης ἀρρωστος, μὴ μέινης τραυματίας, μὴ μέινης παράλυτος. Ἴδου γὰρ σοὶ καὶ τήμερον ἐπέστη Χριστὸς ἐν τῇ καλῇ ταύτῃ ἐκκλησίᾳ, τῇ νέα Ἰερουσαλήμ· Ἴδου, ἐπέστη τεσσαρακοστῇ πνευματικῇ σοὶ κολουμήθησαν δεικνύουσα, οὐχ ἓνα ἐτησίῳ κύκλῳ ἀρρωστον ἱατρούουσα, ἀλλ' ὀλόκληρον λαόν. Ἴδου Ἰερουσαλήμ, Ἴδου ὁ Χριστὸς, Ἴδου ἡ τεσσαρακοστῇ, κολουμήθηρα πνευματικῇ. Ἐπίθηθι χαίρων, τῶν αὐτῆς ναμάτων ἀπόλαυε γεγηθώς, πλύνον σάρκα, ἀπόπλυνον καρδίαν, σμῆνον ψυχὴν, καθαρον νοῦν [795] ἔσθωεν καὶ ἔξωθεν καὶ ἐσωθεν τὸ τῆς ἀμαρτίας

ῥόπου· ἀπόπλυνον τὸν Ἄδამ, ἀκούσας λέγοντος τοῦ Χριστοῦ. "Ἐγείρε, ἄρον τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπίπτει. Μὴ ὁ πύτων οὐκ ἀνίσταται; Στήθι, πόδας ἔχων εὐαγγελικόν, λογισμούς φιλοθέους, χείρας φιλοτίμων, γόνατα ἀκινή, μηροὺς ἀμοίρους ἡδονῶν, νεφροὺς ἐλευθέρους ἐπιθυμιῶν, ὀφθαλμοὺς καὶ κοιλίαν ἀσφαλισθείσας, μελέτην νόμου Θεοῦ, στήθος, καρδίαν καθαρὰν, τράχηλον, τρόπον εὐπειθῆ, ψυχὴν, γνῶμην εὐλαβῆ, στόμα σεμνόν, κόρην οὐκ ἐκκλίνουσαν, ἀκοήν εὐσταθοῦσαν, χεῖλη προφέροντα τὰ φίλα Χριστῷ. Τοιοῦτος γίνου τῆς τεσσαρακοστῆς, ὡς κολυμβήθρας πνευματικῆς πείραν λαθῶν. Διὰ ταύτης γὰρ σε θέλει ἐπὶ πλεῖον πλῦναι ἀπὸ τῆς ἀνομίας σου Ἰησοῦς· διὰ ταύτης ἀπὸ τῆς ἀμαρτίας καθάραι ὁ αἵρων τὴν ἀμαρτίαν τοῦ κόσμου· διὰ ταύτης ἱατροῦσαι, διὰ ταύτης ἀνακαινίσαι, διὰ ταύτης ἀγνίσαι, διὰ ταύτης πάλιν εἰς μέτρον ἡλικίας ἀγαγεῖν. Καὶ ἴνα σοι καὶ τι ἐπὶ κρυφίον (ἀλλὰ μὴ τοῦτο σε κατεχέτω, διὰ τὸ τοῦ κριτοῦ φιλότιμον, ἐν νυσταγμῷ)· εἴπω εἰς κρυφίον; Διὰ νηστείας σε θέλει Χριστὸς τὸν ἄπαξ ἀναγεννηθέντα ὕδατι καὶ Πνεύματι καὶ θεῖῳ πυρὶ εἰς τὴν ἀρχαίαν εὐγένειαν ἀναγαγεῖν. Ἰδοὺ σοι τοῦ ἱατροῦ καὶ κριτοῦ τὸ μυστήριον ἀπεκάλυψα. Διὸ σε λιτανεύω καὶ δέομαι, μὴ ὡς ἐτόιμωσ ἔχων τὸ φάρμακον, μείνη;

κίπτων συχνά· μὴ ὡς ἐτόιμωσ ἔχων τὴν μεσῆτιν μετανοίαν, μείνης πράττων τὰ οὐ φίλα Θεῷ, κόσμῳ ἐγκλινοῦμενος, καὶ τὴν πρὸς Θεὸν φιλίαν ἀναβαλλόμενος· μὴ ὡς ἔχων τὸ καθάρσιον, ἀναβάλλου. Ἄσῃλον γὰρ τὸ μέλλον, ἄσῃλος ἡ ἀβύρσιον, ἄσῃλος ἡ σήμερον, ἄσῃλος τὸ παρὸν· ὁδοιπόροί ἐσμὲν ἐν κόσμῳ· οὐ δεσπόταί, ἀλλὰ ξένοι, καὶ παρεπιδήμιοι ἡμεῖς καλούμενοι. Ἐκκαλεῖσθαι τὸν κριτὴν οὐκ ἰσχύομεν, παριστάμενοι τὴν ψυχὴν· ἀπατοῦμεθα, χρόνον καὶ καιροὺς ῥοπήν δανεύσασθαι οὐχ εὐρίσκομεν. Μὴ τοίνυν, ἐν τρόπῳ εὐθυμούμενος ὁ πλούσιος^a, εὐρωσὶν ἡμᾶς οἱ τὴν ψυχὴν ἀπατοῦντες παρ' ἡμῶν, ἐν ἀκρασίᾳ νυκτὶ, ἐν κακίᾳ ὄφῳ, ἐν πλεονεξίᾳ σκότῳ· ἀλλ' ἐν ἡμέρᾳ νηστείας, ἐν ἡμέρᾳ σεμνότητος, ἐν ἡμέρᾳ φιλαδελφίας, ἐν φωτὶ θεοσεβείας, ἐν θρηπῶ πίστει, ἐλεημοσύνης τε καὶ εὐχῆς· ἴνα ἡμᾶς εὐρόντες υἱοὺς ἡμέρας, προσαγάγωσι τῷ τῆς δικαιοσύνης Ἠλίῳ, οὐ καταλύσαντας^b τῆς κακίας τὰς ἀποθήκας, ἀλλ' ἐκκενώσαντας καὶ καταλύσαντας, ἑαυτοὺς δὲ διὰ μέτρον καὶ νηστείας ἀνακαινίσαντας, χάριτι τοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

^a Navil. conjicit εὐθυμούμενον τὸν πλούσιον. ^b Idem conjicit οὐκ οἰκοδομήσαντας.

Περὶ νηστείας. Λόγος β'.

Πάλιν ἡμᾶς ἡ ἀγία νηστεία πρὸς ἀπόλαυσιν ἀγαθῶν καλεῖ, πάλιν ἀγωνιστὰς κατασκευάζει. πάλιν ἀνδρείους βούλεται εἶναι, ὅπως νικητὰς τῶν παθῶν ἀναδείξῃ, καὶ τὸ κάλλος τῆς ψυχῆς λαμπρότερον ἀποδείξῃ, καὶ διὰ τῶν πόνων στεφάνους ἡμῶν πλέξῃ ταῖς κορυφαῖς. Τί γὰρ ἐστὶ νηστεία, ἢ ἀγῶνων στέφανος, καὶ μισθῶν πρόξενος, καὶ σωτηρίας ὁδός; Νηστεία γὰρ ἀπὸ δουλείας εἰς ἐλευθερίαν μεθέστητιν, ἀπὸ αἰχμαλωσίας εἰς τὴν πατρίδα ἐπανάγει· νηστεία τὰ τραύματα τῆς ψυχῆς ἰᾶται, νηστεία σαθρωθεῖσαν ψυχὴν ταῖς ἀμαρτίαις ἀνακαινίζει, νευροὶ τὴν ψυχὴν, ἀνδρείοι τὸ φρόνημα, τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ εἰσάγει, ἐκπορθεῖ τὰ πάθη, γαληνῶν τοὺς λογισμοῦς. Ἐν ἡμέραις νηστειῶν ἡδοναὶ σθένουνται, καὶ ἀρεταὶ ἀνθούσι, καὶ σωφροσύνης τὸ κάλλος καθαρώτατον δεικνύσιν, καὶ σῶμα εἰς ψυχὴν μεταβαίνει, πνευματικὸν γενόμενον ὑπὲρ φύσιν. Χαίρει ἐν νηστείᾳ, καὶ μὴ συγγυλάει, ὡς οἱ ὑποκριταὶ· ἀφανίζουσι τὰ πρόσωπα πρὸς ἕαν ἀνθρωπίνην, ἀπολλύντες τὸν μισθὸν τῆς νηστείας. Τοῦ γὰρ Σωτήρος ἐστὶν ὁ λόγος· Ἐν νηστείᾳ βλαψὸν σου τὴν κεφαλὴν, νύψον τὸ πρόσωπον τῆς εὐποιᾶς, [796] λάμπων ταῖς ἀρεταῖς, ὅπως ἐμοὶ μόνῳ φαίνει νηστεύων, τῷ δὲ κρυπτὰ καθορῶνται. Μὴ δυσχερᾶνθῃς, ἀγαπητὲ, πρὸς τὴν νηστείαν, τὴν τῶν ἀρετῶν μητέρα, τὴν ῥίζαν τῶν ἀγαθῶν, τὴν πηγὴν τῆς σωφροσύνης, τὴν φύλακα τῆς εὐσεβείας, τὴν τῶν ἁγίων σύντροφον, τὴν τῶν ἀγγέλων ὁμόσκηνον, τὴν διαδόλου ἐχθραν, τὴν τοῦ Πνεύματος φίλην· δι' ἧς αἱ ἡδοναὶ ἡμᾶς φεύγουσι καὶ δαίμονες ὑπαναχωροῦσι, καὶ θυμὸς ἄνοιει, καὶ ἐπιθυμία νεκροῦται, καὶ ἀρεταὶ ζῶσι καὶ λάμπουσιν ἐν ἡμῖν· δι' ἧς τὰ πάθη ἡρεμεῖ, καὶ καταστέλλεται τὴν ἡδονῶν ὁ τάραχος, καὶ ὡς ἐν γαλήνῃ πλεῖ ὁ νοῦς, τῶν τρικυμιῶν^a τοῦ χειμῶνος τῆς πονηρίας· διὰ τῆς ἐγκρατείας ταύτης καλῶς διανύσας, καὶ τῷ λιμένι τῆς ἀρετῆς τὴν ὁλκάδα προσορμίσας. Ἐχεις λοιπὸν τὸ κέρδος ἀσύλητον, τὸν φρόνον ἀναυαγίτητον, ὅταν ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Πνεύματος ἐμπορεύσῃ, ὅταν τὸν λογισμὸν τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ στηρίξας καὶ τὰ περὸντα διακρούσῃ, ἀκούων τῆς θαλάσσης Ἰραφῆς λεγούσης· Μὴ ἀγαπᾶτε τὸν κόσμον, μηδὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ. Μὴ ἀγαπήσωμεν τοῦ κόσμου τούτου τὴν τρυφήν, ἥτις ὡς φῶτος βαρῦ· τῷ σκάφει τῆς ψυχῆς γνωσμένη ὑποβρύχιον αὐτὸ ἀπεργάζεται. Ἡ οὐκ οἶδας, ὅτι μέχρι φάρυγγος ἴσταται, καὶ ἀργεῖ λοιπὸν μετὰ τὸν φάρυγγα πᾶσα τρυφή· ἢ δὲ ἐξ αὐτῆς τιχτομένη τιμωρία ἀτελεύτητον ἔχει τὴν βάσανον; Τοῦ μὴ νηφονταῖς σκοτοὶ ἢ τρυφῆ, τὸ κάλλος τῆς ψυχῆς ἀμαυροῖ, νεκρὸν ἐμπνουν ἀπεργάζεται· ὅσα οὐ θέμις, ἐκεῖνα πράττειν παρασκευάζεται· διεγείρει τῆς ἡδονῆς τὰ ὄργανα, τὸν πόλεμον ἀΐζει.

^a Forte, inquit Savilius, τὰς τρικυμίας. Sed hic non cum tanto scrupulo quaerenda syntaxis.

διυπνίζει τὰς ἐπιθυμίας· ἀνεργήτος εἶ λοιπὸν πρὸς ἀρετὴν. Τῶν γὰρ μελῶν λυθέντων, καὶ τῆς πολυνομίας τὴν φρένα κλαπεί· οὐκ ἰσχύεις εἶτι ἀναγωνίσασθαι, καὶ εὐπειχέριτος τοῖς ἐχθροῖς γίνῃ, ὡς περ ναῦς ὑπὸ πνεύματος ἐλαυνομένη, μὴ ἔχουσα κυβερνήτην δυνάμενον ταῖς προσβολαῖς τῶν κυμάτων ἀντιμαχήσασθαι, ἥτις ὡδε κάκεισε βάλλεται, καὶ οὐδὲν ἕτερον αὐτῇ ὑπάρχει, εἰ μὴ ναυαγίαν προσδοκᾶν. Μὴ τοίνυν, παρακαλῶ, καὶ μετὰ τὴν νηστείαν τρυφῆ σχολάσωμεν, μηδὲ τοὺς πολλοὺς πόνους ἀμελεῖα κατασβέσωμεν· ἀλλὰ πόνους πόνους σὴνᾶπτοντες, οὕτω προσδοκῶμεν τὴν ἀντίδοσιν. Ὅταν γὰρ τις μισθὸν μισθῷ συνάψῃ, ἔχει πολὺ κέρδος τεθσαυρισμένον. Μὴ σβέσωμεν τῆς νηστείας τὸ ἀνόθος, μηδὲ τρυφῆ ναυαγήσῃ τὴν φρένα πρὸς ἡδονὰς παραγωγῆσωμεν, ἴνα μὴ ἀνιάτους κακοῖς τὴν ψυχὴν ταμειώσωμεν. Κἂν μετὰ τὴν νηστείαν βούλῃ θεραπεύσαι τὸ σῶμα ὡς ἀσθενὲς τυγχάνον, τῆς συμμετρίας θεράπευσον· ἴνα, ὡς περ ὀλκᾶς ἐλαφρὸν φορτίον ἄγουσα, ὑψηλοτέρα ἢ τῶν κυμάτων τῆς πονηρίας ἡ ψυχὴ· κἂν οἱ πειρασμοὶ διεγερθῶσι τῶν ἐπιθυμιῶν, νηψαί δυνηθῇ πρὸς ἀνταγωνισίαν, πρὸς κυβερνήτην λογισμῶν, ἴνα τὸ σκάφος ἀναυαγίτητον διαφυλάξωμεν. Ἐχομεν γὰρ ἀδελφὴν τῆς νηστείας σύμμαχον πρὸς βοήθειαν, εὐχὴν λέγω· κἂν θάνατος ἢ, κἂν πειρασμός, ἢ ἐπείρωι τὸν κακῶν, εὐχὴ καὶ νηστεία διαλύεται. Καὶ εἰ λέγω; Νηστεία δαίμονας φυγαδεύει, καὶ τὴν τοῦ διαδόλου τυραννίδα καταλύει, μάλιστα αἱ τὴν εὐχὴν ἔχει συνεργούσας· νηστεία καὶ εὐχὴ τὸν Ἠλίαν εἰς οὐρανὸν ἀνήγαγε. Νηψεύτας ἐκ θανάτου ἐρρύσατο, νηστεία τὸν Δανιὴλ ἐκ τῶν λέοντων ἀδελθῆ διεφύλαξε, νηστεία τοὺς τρεῖς παῖδας Μωυσαίου ἐν μέσῳ τῆς καμίνου διετήρησε, νηστεία Μωυσεῖα τῆς ἀθεάτου δόξης ἤξεισε, νηστεία Ἐλισσαίον ἀρχόντων τῶν προφητῶν ἀπέτελεσε. Καὶ εἰ εἰ λέγω; Εἰ μὴ ἦν φάρμακον σωτηρίας καὶ πρόξενον ζωῆς, οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς νηστεύειν ἐνετείλατο. Εἰ γὰρ ἐνήστευσεν Ἄδამ, οὐκ ἂν αὐτῷ θάνατος ἤγγιζεν, οὐκ ἂν ἐξέπιπτε τῆς ἀξίας τῆς δωδεκάτης αὐτῷ παρὰ Θεοῦ, καὶ τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς ἐξεβάλλετο, καὶ τὴν ἐπιμύθητον ταύτην ζωὴν κατεδικάζετο· ἀλλ' ἐπειδὴ νόμῳ γαστρὸς ὑπήκουσε, διὰ τοῦτο εἰς θάνατον κατήντησε. Νηστεία ἀγγέλων ὑπάρχει διαίτα· καὶ τὸ δὴ μεζών, ὁ Σωτὴρ ἐνήστευσεν, οὐκ αὐτὸς δεόμενος τοῦ φαρμάκου τῆς νηστείας, ἀλλ' ἴνα ὑπογραμμῶς ἡμῖν νηστείας ἐγκαταστήσῃ πρὸς σωτηρίαν. Λαβε τοίνυν τὴν νηστείαν ὅλου τοῦ βίου συνέμπορον, ἴνα σε διαφυλάξῃ, ἴνα σε ἐκ θανάτου ῥύσῃται, ἴνα σε ἐκ πειρασμῶν διασώσῃ, [797] καὶ εἰσᾶξῃ σε εἰς τὸν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν λιμῶνα, χάριτι τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ut ejus fluentis lætus fruaris; lava carnem, cor abius, animam absterge, mentem exterius et interius a peccati scrlae purga. Ablue Adamum, cum audieris Christum dicentem, *Surge, tolle grabatum tuum, et ambula* (*Marc. 2. 9*). *Num qui cadit, non resurget* (*Jer. 8. 4*)? Sta, pedes habens evangelicos, cogitationes Deo amicas, manus liberales, genua non flexa, femora voluptatis expertia, renes concupiscentiis liberos, lumbos et ventrem tutos, meditationem legis Dei, pectus et cor purum, collum et mores obsequentes, animam et mentem piam, os modestum, papillam non declinantem, auditum recte compositum, labia quæ Christo amica verba proferant. Talis esto, ut quadragesimæ quasi piscinæ spiritualis experientiam sumas: hac enim te vult Jesus iniquitates tuas plurimum ablueri: hac te a peccato purgari optat qui tollit peccatum mundi, hac te medicina sanari, hac renovari et purificari, hac rursus in mensuram ætatis adduci: et ut tibi quidpiam arcanum dicam (sed ne hoc ob Judicis liberalitatem et bonitatem in dormitione detineat): dicamne quidpiam arcanum? Per jejunium te vult Christus semel reatum aqua et Spiritu divino et igni ad piscinam nobilitatem reducere.

Ecce tibi medici et judicis mysterium revelavi. Ideo te rogo et obsecro, ne, ut promptum habens remedium, sæpe labi pergas; ne, ut paratam habens poenitentiam mediatricem, perseveres illa agere quæ Deo non placent, in mundo volutatus, ac Dei amicitiam in aliud tempus remittens; ne differas, ut præsto habens purgationem. Incertum enim est futurum, incertus dies crastinus, incertus hodiernus, incertum præsens tempus; viatores sumus in mundo; non domini, sed peregrini et advenæ vocamur. Advocare judicem non possumus, cum adstamus et rationes expetuntur; nec tempus nec momentum impetrare valemus. Ne igitur, ut divitem illum opulentum, nos inveniant ii, qui animam a nobis repetent, in nocte intemperantiæ, in nequitiae caligine, in tenebris avaritiæ; sed in die jejunii, in die honestatis, in die amoris fraterni, in luce pietatis, in matutino fidei, eleemosynæ et precationis, ut nos diei illius invenientes, Soli justitiæ offerant, non post exædificata horrea malitiæ, sed postquam illa evacuaverimus, nosque per poenitentiam et jejunium renovaverimus, gratia Christi, cui gloria et imperium in sæcula. Amen.

DE JEJUNIO. SERMO II.



Rursus nos sacrum jejunium ad bonorum fructum vocat, rursus certatores apparat, rursus nos strenuos vult esse, ut vitorum victores declaret, et pulchritudinem animæ splendidiorem ostendat, ac per labores coronas nostris nectat capitibus. Quid enim est jejunium, quam corona certaminum, præriorum causa et salutis via? Jejunium enim a servitute in libertatem transferri, a captivitate in patriam reducit: jejunium vulnera animæ sanat: jejunium corruptam peccatis animam renovat, roborat animam, sensum virilem reddit, Dei timorem inducit, vitia destruit, cogitationes sedat. In diebus jejunii voluptates extinguuntur, virtutes florent, et temperantiæ pulchritudo purior apparet, ac corpus in animam mutat, quod præter naturam spirituale efficitur. Gaude in jejunio, nec moestus sis ut sunt hypocritæ, qui exterminant facies suas ad spectaculum humanum, perdoneque jejunii mercedem. Servatoris hic sermo est: In jejunio unge caput tuum, faciem tuam lava bonis operibus, virtutibus resplende, ut jejunans appareas tantum militi, qui occulta video (*Math. 6. 17 et 18*). Næ ægre feras, dilecte, jejunium et abstinentiæ matrem virtutum, bonorum radicem, continentiae fontem, pietatis custodem, sanctorum collactaneam, angelorum contubernalem, diaboli inimicam, Spiritus amicam, per quam voluptates nos fugiunt, dæmones recedunt, ira sedatur, concupiscentia extinguitur, virtutes vivunt et in nobis splendent; per quam passionibus quiescunt, et voluptatum tumultus comprimitur, mensque quasi in tranquillo navigat, tempestatis nequitiae fluctus per hanc temperantiam pulchre trajiciens, et ad portum virtutis naviculam ducens. Habes deinceps lucrum quod diripi nequeat, sarcinam naufragio superiorem, cum in præceptis Spiritus negotiaberis, cum cogitationem timore Dei firmans, presentia depuleris, audiens divinam Scripturam dicentem: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Ne diligamus hujus mundi delicias, quæ sicut onus grave animæ scapham demergunt. An nescis ciborum voluptatem in gutture stare, neque ultra guttur procedere; supplicium autem illa partum, in perpetuum torquere? Illa voluptas eos, qui non jejuant, obtenebrat, animæ pulchritudinem obscurat, spirantem mortuum reddit, inducit ad ea faciendâ, quæ non licet, organa voluptatis excitat, bellum auget,

concupiscentias suscitât. Ad virtutem demum ineptus es: solutus enim membris et mente vino subducta, non potes ultra resistere, et superatu facilis es hostibus; sicut navis a vento agitata, non habens gubernatorem qui possit fluctuum impetui obsistere, quæ huc illic pellitur, et nihil ipsi exspectandum superest, nisi naufragium. Ne igitur, quæso, ne post jejunium gulæ deliciis operam demus, neque multos labores incuriæ extinguamus; sed labores laboribus addentes, sic præmium expectemus. Cum enim quis mercedem mercedi adjicit, multum habet depositum lucrum. Ne extinguamus jejunii florem, neque ciborum deliciis mentem in naufragium pelli sinamus, ne incurabilibus malis animam reservemus. Si post jejunium corpus infirmum vis curare, moderatione cura, ut quasi oneraria levem ferens sarcinam, sic anima sit fluctibus nequitiae superior. Si concupiscentiæ tentationes excitentur, vigilare poterit ad resistendum, ad cogitationes gubernandas, ut scapham sine naufragio servemus. Habemus enim sororem jejunii auxiliatricem, precationem dico: etsi mors sit, etsi tentatio, vel malum aliud quidpiam, oratione et jejunio solvitur. Et quid dico? Jejunium dæmonas fugat, diaboli tyrannidem solvit, maxime si precationem habeat adjutricem: jejunium et oratio Eliam in caelo induxerunt, Nivitas ex morte eruerunt: jejunium Danielem a leonibus illæsum custodivit, jejunium tres pueros in medio fornacis intactos servavit, jejunium Moysen invisibilis gloriæ dignum reddidit, jejunium Elisæum principem prophetarum constituit. Et quid ultra dicam? Nisi jejunium esset pharmacum salutis, non a principio Deus ipsum præcepisset. Si enim jejunasset Adam, mors non ipsum adiisset, non excidisset ille a dignitate sibi a Deo data, nec ejectus fuisset a paradiso voluptatis, neque ad hanc laboriosam vitam damnatus fuisset: verum quia ventris legi paruit, ideo ad mortem pervenit. Jejunium est angelorum victus; quodque majus est, Servator jejunavit, non quod ipse egeret jejunii pharmaco, sed ut nobis exempla jejunii inereret ad salutem. Accipe igitur jejunium per totam vitam socium, ut te custodiat, teque a morte eruat, teque in tentationibus servet, et inducat te in portum regni cælorum, gratia Domini et Dei nostri Jesu Christi, quicum Patri et Spiritui sancto gloria, in sæcula sæculorum. Amen.

DE JEJUNIO. SERMO III.

Nuper ex auctis didicistis, fratres, quam sit sublimis et nobile jejunii procerium. Jejuni namque mundi elementis ceu obsoniis excepti convivio fuimus; nec parvo, imo vehementi conatu Deum mentis oculo contemplati sumus, caelum extendentem, firmamentum ornantem, mare frenantem, ex terra alimenta parantem. Et mihi rem miram considera: mulieres pariunt infantes, et tunc escam proferunt; ita ut nisi infans prodisset, sine lacte mamma fuisset: terra vero, priusquam Adam esset, cibum protulit, et ante partum mensa puero parata erat, ante partum primo parenti mensa prostabat: dixit enim Deus, *Germinet herbam*; et tum hominem formavit de limo (*Gen. 1. 11. et 2. 7*); nec sine causa, sed ut ex terra productus, et in terra ambulans, hanc matrem appellans, hanc respiciens, non altum saperet, sed Abrahamicum illum Deo proferret vocem: *Ego autem sum terra et cinis* (*Ibid. 18. 27*). Hanc enim confessionem Deo supplicans protulit hospitalis ille: hanc quoque nos proferre optimum fuerit. Hæc quippe vox est naturæ frenum tutissimum: hæc non permittit ut inordinate incedat si quis terram amet, cum sit ipse terra. Nam si terram amat, corpus suum in possessionem habeat, frugiferum ipsum exhibeat, virtutes in proventum reddat Agricolaë orbis; *Pater meus agricola est* (*Joan. 15. 1*), inquit. Quando enim aurum concupiscet, qui novit se terram esse? quando vestem splendidam amabit, qui se pulverem vocat? quando in dignitatis amorem studio feretur, qui se terram esse constitetur? Quod is qui hanc vocem meditatur, non dicturus sit proximo malum, linguam aut dexteram contra vicinum non moturus sit, nemini non notum est. Sic sapiens et divina erat hospitalis viri vox: nam dicit, *Ego sum*; non ait: *Figmentum tuum*, quod tamen verum erat; non, *Imago tua*, quod tamen certum; non, *Insuperflatio divina*, quod accurate dictum; non, *Rationabilis statua*, quod tuto dici possit: sed his omnibus missis et silentio traditis, pie se coram Judice terram et cinerem vocat. Hanc vocem quis secum reputans, modestiam exerceat, humilitatem sectetur, proximo primas concedat, in dignitate ne altum sapiat, in potentia ne inflammetur, in balteo ne supercilia attollat, in divitiis ne speret, in bona valetudine ne calcitret, in eloquentia ne arrogans sit. Nam qui hodie in honore est, cras in terra erit; qui hodie in gloria, cras in loculo; qui hodie in solio, cras in luctu; qui hodie in fastu, cras in sepulcro; qui hodie in tribunali, cras in monumento; qui hodie dux est, cras cinis erit; qui hodie conspicuus, cras lutum; hodie insignis, cras execrationi habitus; hodie illustris, cras dejectus; hodie terrorem incutiens, cras pannis sepulchralibus et ligaminibus involutus; hodie eloquens, cras sine loquela; hodie adulatoribus stipatus, cras a vermibus corrosus; hodie formosus, cras deformis; hodie onerosus, cras horridus. Pulchre dixit Sapiens, *Quid superbit terra et cinis* (*Eccli. 10. 9*)? Hæc cum sciret Anna Samuelis propheta mater, precans dicebat filium Deo offerens: *Ne gloriatur fortis in fortitudine sua, et ne gloriatur dives in divitiis suis* (*1. Reg. 2. 10. in Græco*); sed in hoc gloriatur is qui gloriatur, in cognitione Domini. *Ne gloriatur*, inquit, *sapiens*: nam pulvis effectus, insipiens est qui sapiens erat. *Ne gloriatur fortis*: nam cum in sepulcro lutum appareat, quemadmodum sænum, corporis florem amittit. *Ne gloriatur dives*: nam advena et peregrinus divitiis est, ut pallit David. Cum autem dicit, sapiens, fortis, di-

ves, omnium supercilia deprimit eorum, qui in presentis fluctus incertum statum spem reponunt. Etenim presentia fluctus vere sunt et mare, ac cujusque fluis incertus est, ut experientia docet: fluctus sunt presentia et mare, frequentesque procellas et tempestates animæ quotidie excitant. Hunc enim ex honore, illum ex balteo inflat; hunc ex potentia opprimit, alium ex divitiis vel ex forma in præcipitium agit: omnes vero, ut ita dicam, ex spiritus concupiscentiis in vitiorum profundum demersit. Sed tu, fidelis, secundum Apostolum, homo Dei, fuge concupiscentiæ fluctus, declina a vitæ tempestatibus: superior autem vitis, ut procellis, effectus, navi trahice vitæ mare, salutari ligno committens animæ scapham. Malus tibi crux sit, ancora fides, rudens spes, remus oratio, gubernacula rectæ cogitationes, velum Christus, secundum ventus Spiritus sanctus, gubernator universorum Pater. Si ita naviges, non est tibi incertus vitæ terminus: sic enim navigans Noe sine damno universale pelagus illud trajecit: sic navigans Abrahami primas Loto cessit, et se terram appellavit; et hujus rei gratia Isaac quæ optabat consequutus est: sic navigans Jacob, simplex mansit, nec exagitatus, panem solum et vestem, non divitias a Deo petens: nam qui divites esse student, incidunt in tentationem. Sic navigans Joseph, insidiarum et voluptatis procellam effugit: sic navigantes Moyses, Josue et reliquis prophetarum et justorum chorus, quasi in portum fluctibus vacuum, in Domini dexteram, ceu scapha, se receperunt. *Justorum enim animæ*, inquit, *in manu Dei sunt*: quæ postquam recte navigaverint, portum habent divinum dexteram: qui conversantur cum Deo, et se terram et cinerem vocant. Sed, o stuporem, o mentis excessum! cum Deo Abrahami conversabatur, pater gentium constitutus erat, promissionis hæres erat advena, primogenitum suum tamquam ovem offerebat, et se terram et cinerem vocabat: qui vero tunc brevissimi terræ spatii non domini sunt, sed dispensatores, temporanea et diurna dignitate ornati (vera enim dignitas est pietas), balteo ad tempus accincti, temporaneam potestatem habentes; qui cum rege vel cum principe, non cum Deo conversati sunt, cum ex rapina dona Ecclesiæ obtulerunt, vel tantillum pecuniæ pauperibus largiti sunt, statim supercilia attollunt, et quasi nos de cælo respicerent, nos alloquentur, qui vere sunt pulvis et cinis; imo potius terra intrugifera. Spinarum enim locus, fratres, est avaritia, infructuosus ager est pecuniæ amantis anima, infructuosa possessio alieni boni usus fructus, deserta agricultura fornicatoris corpus; præcipitibus plenus locus est superbiorum cogitatio; accusatiorum verba sunt negotiatio sine lucro; vanum negotium est, diabolique consors, proximi sui insidiator. Hæc cum in ecclesia didicerimus, odio habeamus raptores, virtutes exerceamus, nequitiam fugiamus, caritatem sectemur, declinemus a voluptate, castitatem amplexiemur, aversemur dolum, simplicitatem mutuo soveamus: nam ait ille, *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequetur* (*Psal. 100. 5*). Nos ipsos terram frugiferam exhibeamus, justitiæ plantam emittentes, humanitatis, continentie et æquitatis fructum proferentes, confessionis maturam uvam offerentes Deo. *Cum enim*, inquit, *hæc omnia feceritis, dicite, Servi inutiles sumus* (*Luc. 17. 10*). Hæc vox Christi Domini est: ipsi gloria et imperium cum Patre et Spiritu sancto in sæcula. Amen.

DE JEJUNIO. SERMO IV.

Fontes hausti puriorem aquam emittunt, atque omnium usum sitimque explentes ex scaturigine

semper fluunt. Possunt ergo singuli pro necessitate sitim sedare, dives, pauper, sapiens, idiota: omni-

Περὶ νηστείας Ἀδρος γ'.

Πρῶν, ἐξ ὧν ἀκηκόατε, μεμαθήκατε ὅπως φιλότιμον τὸ τῆς νηστείας προοίμιον, ἀδελφοί. Ἀσιτῶντες γάρ, τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις ὡς ὄψις ἐιστιάθημεν, οὐ μικρῶς, μᾶλλον δὲ σφοδρῶς θεασάμενοι Θεὸν ψυχῆς ὀφθαλμῷ ἔκτεινοντα τὸν οὐρανὸν, καλλωπίζοντα τὸ στερέωμα, χαλινούonta θάλασσαν, τροφοφοροῦντα ἐκ γῆς. Καὶ σκόπει μοι τὸ παράδοξον· τὰ μὲν γὰρ γύναια τίκτε· βρέφος, καὶ τότε προσφέρει τροφήν· ὡς ἂν μὴ βρέφος προέβη, ἄκαρπος ἢ θήλη· γῆ δὲ, πρὶν ἢ γενέσθαι τὸν Ἀδὰμ, προήγαγε τροφήν, καὶ πρὸ τόκου τράπεζα προὔκειτο τῷ παιδί, πρὸ τόκου τῷ πρωτοπλάστῳ προὔκειτο τράπεζα. Βλαστησάτω γὰρ, φησὶν ὁ Θεός, βοτάνη, καὶ τότε ἐπλασε τὸν ἄνθρωπον, γούν· οὐκ ἀργῶς, ἀλλ' ἵνα ἐκ τῆς γῆς προσέλθων, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς περιπατῶν, καὶ ταύτην τὴν μητέρα καλῶν, καὶ εἰς ταύτην ὄρων, μὴ ἐπαίρηται, ἀλλὰ τὴν Ἀβραμιαίαν ἐκείνην Θεῷ προσφέρει φωνὴν λέγων· Ἐγὼ δὲ εἰμι γῆ καὶ σποδός. Ταύτην γὰρ τὴν ὁμολογίαν Θεῷ ποτε πρεσβύτων προσήνεγκεν ὁ φιλόξενος· ταύτην καὶ ἡμᾶς προσφέρει καλόν. Αὕτη γὰρ ἡ φωνὴ τῆς φύσεως ἀσφαλέςτατος χαλινός· αὕτη ἄτακτα βαίνειν οὐ συγχωρεῖ, ἂν τις ἀνάχοιτο ἐρασθῆναι γῆς, τυγχάνων γῆ αὐτός. Εἰ γὰρ γῆς ἐρᾷ, κτήμα κεκτήσθω τὸ ἴδιον σῶμα, καρποφόρον δεκνύτω ἑαυτὸν, τὰς ἀρετὰς ὡς εἰσφοράς ἀποδιδόντω τῷ τῆς κτίσεως γεωργῷ. Ὁ πατήρ μου, φησὶν, ὁ γεωργός. Πότε δὲ τις ἐπιθυμήσει χρυσόν, ὁ γῆν ἐπιστάμενος ἑαυτόν; πότε δὲ ἐρασθεῖ ἐσθῆτος λαμπρᾶς ὁ κόνιν καλῶν ἑαυτόν; πότε εἰς πόθον ἀξίας ἐλθεῖν σπουδάσει, γῆν ὁμολογήσας ἑαυτόν; Ὅτι γὰρ ὁ ταύτην μελετήσας τὴν φωνὴν οὐκ ἐρεῖ τῷ πλησίον κακῶς, οὐ κινήσει κατὰ τοῦ πέλας γλιώτταν ἢ δεξιάν, παντὶ που δὴλόν ἐστιν. Οὕτω σοφῆ τις καὶ θεαὴ ἢ τοῦ φιλοξένου φωνή· Ἐγὼ γάρ, ἔλεγε, φησὶν, εἰμι, οὐ πλάσμα σὸν, ἄπερ ἦν ἀληθές, οὐκ εἰκὼν σῆ, ὄπερ ἀψεύδης, οὐκ ἐμφύσιμα θεῶν, ὅπερ ἀκριβές, οὐ λογικῶς ἀνδρείας, ὅπερ ἀσφαλές· ἀλλὰ ταῦτα πάντα δι' εὐλάβειαν σιγήσας καὶ λήθη παραδοῦς, γῆν ἐπὶ τοῦ κριτοῦ καὶ σποδὸν καλεῖ ἑαυτόν. Ταύτην τὴν φωνὴν λογισάμενός τις ἐπιείκειαν ἀσκειῖται, ταπεινοφροσύνην ζηλοῦται, τῷ πλησίον τῶν πρωτείων παραχωρεῖται, ἐν ἀξίᾳ μὴ ἐπαίρῃσθω, ἐν δυναστείᾳ μὴ φλεγμαινέτω, ἐν ζώῃ μὴ ὀφρουσέσθω, ἐν πλούτῳ μὴ ἐλπιζέσθω, ἐν ὑγιείᾳ μὴ λακτιζέτω, ἐν εὐλογίᾳ μὴ ἀλαζονεύεσθω. Ὁ γὰρ τήμερον ἐν τιμῇ, αὐριον ἐν γῆ· ὁ τήμερον ἐν ὄδῳ, αὐριον ἐν θήκῃ· ὁ τήμερον ἐν θρόνῳ, αὐριον ἐν θρήνῳ· ὁ τήμερον ἐν τύφῳ, αὐριον ἐν τάφῳ· ὁ τήμερον ἐπὶ βήματος, αὐριον ἐπὶ μνήματος· ὁ τήμερον στρατηγός, αὐριον σποδός· ὁ τήμερον λαμπρός, αὐριον πηλός· ὁ τήμερον ἐπίβλητος, αὐριον βδελυκτός· ὁ τήμερον ἐμφανής, αὐριον ἀφανής· ὁ τήμερον σοδὸν, αὐριον σπάργαντα περιεικίμενος; ἐπιτάξαι καὶ δεσμά· ὁ τήμερον εὐγλωττος, αὐριον ἀφῶνος· ὁ τήμερον ὑπὸ κολάκων δορυφορούμενος, αὐριον ὑπὸ σκωλήκων δαπανώμενος· ὁ τήμερον εὐειδής, αὐριον ὀυσειδής· ὁ τήμερον ἐπαχθής, αὐριον εἰδεχθής. Καλῶς ἔλεγε ὁ σοφός, *Τὴ ὑπερηφανεύεται γῆ καὶ σποδός*; Ταῦτα εἰδυῖα Ἄννα ἡ τοῦ προφήτου μήτηρ Σαμουὴλ εὐχομένη ἔλεγε, τὸν πατέρα προσφέρουσα Θεῷ· *Μὴ καυχᾶσθω ὁ ἰσχυρός ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, καὶ μὴ καυχᾶσθω ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ*· ἀλλ' ἐν τούτῳ καυχᾶσθω ὁ καυχώμενος, ἐν τῷ συνιστῆναι καὶ γινώσκειν τὸν Κύριον. *Μὴ καυχᾶσθω, φησὶν, ὁ σοφός*· σποδός γὰρ [798] γινόμενος, ἄσοφος ὁ σοφός. *Μὴ καυχᾶσθω ὁ ἰσχυρός*· πηλός γὰρ ἐν τάφῳ φανεί, δι τρώπον χάρτος, ἀποβάλλει τὸ σῶμα τὸ ἄνοθον. *Μὴ καυχᾶσθω ὁ πλούσιος*· πάροχος γὰρ οὗτος τοῦ πλουτοῦ καὶ παρεπίδημος, καλῶς ὁ ψάλλον ἔλεγε Δαυὶδ. Ὅταν δὲ εἴπη, ὁ σοφός, ὁ ἰσχυρός, ὁ πλούσιος, πάντων

τὴν ὄφρυν ἐγάλασε τῶν ἡλικιωτῶν ἐπὶ τῆς τοῦ παρόντος κλύδωνος ἀδηλόγητα. Κλύδων γὰρ ὡς ἀληθῶς τὰ παρόντα καὶ θάλαττα, καὶ τὸ ἐκάστον πέρας ἀδύλον, ὡς ἡ πέτρα διδάσκαλος· κλύδων τὰ παρόντα καὶ θάλαττα· καὶ ἀλλεπάλληλα κύματα καθ' ἑκάστην τῆς ψυχῆς τὴν ζάλην ἐγείροντα. Τὸν μὲν γὰρ ἐπὶ τιμῇ, τὸν δὲ ἐπὶ ζώῃ φυσᾷ, ἄλλον ἐπὶ δυναστείαν ἐκτραχηλίζει, ἕτερον πλούτῳ ἢ κάλλει ἀγει κατὰ κρηνοῦ· πάντας δὲ, ὡς αἰσῶν, ἐν ἐπιθυμίαις πνεύματος εἰς τὸν τῶν παθῶν ὄθησε βυθόν. Ἀλλὰ σὺ, πιστὲ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, φεύγε τῆς ἐπιθυμίας τὰ κύματα, ἐκκλίβε τῶν τοῦ βίου κλύδων· ἀνώτερος δὲ τῶν παθῶν, ὡς κυμάτων γενόμενος, πλέε τοῦ βίου τὴν θάλασσαν, σωτηρίῳ ξύλῳ ἐμπιστεύσας τῆς ψυχῆς τὸ ἐφόλιον. Ἰστός σοι γινέσθω σταυρός, ἄγκυρα πίστις, σχοῖνος ἐλπίς, κώπη εὐχή, οἰακὸς ὀρθοὶ λογισμοί, ὀθόνη Χριστός, οὐριοδρόμον Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κυβερνήτης ὁ τῶν ὧλων Πατήρ. Ἄν οὕτω πλέης, οὐκ ἀδύλον σοι τὸ τοῦ βίου συμπέρασμα. Οὕτω γὰρ πλεύσας Νῆε ἀδαβιῶς τὸ οἰκουμηνικὸν ἐκεῖνο διέπλευσε πέλαγος· οὕτω πλεύσας Ἀβραὰμ τῶν πρωτείων παρεγύρει τῷ Ἄντ, καὶ γῆν ὠνόμαζεν ἑαυτόν, καὶ τοῦτο γάρην ἄμα Ἰσαὰκ ἔτυγεν ὡν ἐπόθησεν· οὕτω πλεύσας Ἰακώβ ἀπλαστός μεμνήθη καὶ ἀχειμάστος, ἄτρον μόνον καὶ ἱμάτιον παρὰ Θεοῦ, οὐ πλουτοῦν αἰτῶν· οἱ γὰρ σπευδόντες πλουτεῖν ἐμππίπτουσι εἰς πειρασμόν. Οὕτω πλεύσας Ἰωσήφ, τῆς ἐπιβουλῆς καὶ τῆς ἡδονῆς τὴν ζάλην διέφυγεν· οὕτω πλεύσας Μωϋσῆς, Ἰησοῦς τε καὶ ὁ λοιπὸς τῶν προφητῶν χορός καὶ δικαίων, ὡς εἰς ὄρον ἀκύμαντον, ἐν τῇ τοῦ Δημιουργοῦ δεξιᾷ, καθάπερ σκάφος παρῆθεντο ἑαυτούς· *Δικαίων, γὰρ, φησὶ, ψυχὰ ἐν χειρὶ Θεοῦ*, μετὰ τοῦ πλεῖν καλῶς τὸ ὄρον ἐκόντων τὴν θελαν δεξιάν, τῶν ὀμιλοῦντων Θεῷ, καὶ γῆν καὶ σποδὸν καλοῦντων ἑαυτούς. Ἀλλὰ γὰρ, ὡ τῆς παραπληξίας, ὡ τῆς τῶν φρενῶν ἐκστάσεως; Θεῷ γὰρ ὀμίλει Ἀβραὰμ, πατὴρ χειροτόνητος ἐθνῶν, τῆς ἐπαγγελίας κληρονόμος ὁ πάριος, ὡς ἐράδατον προσέφερε τὸν πρωτότοκον, καὶ γῆν καὶ σποδὸν ἐκάλεε ἑαυτόν· οἱ δὲ νῦν βραχυτάτης γῆς ὁ δεσπότης, ἀλλ' οἰκονόμοι γενόμενοι, προκαίρου ἢ ἐφημέρου ἀξίας ἡξιώμενοι (κυρίως γὰρ ἀξίωμα θεοσέβεια), ζῶντων πρόσκαιρον περιεικίμενοι, ἐπίκαιρον δυναστείας κτήσασθαι, βασιλεῖ ἂν ἄρα ἢ ὑπάρχῳ ὀμιλήσαντες, οὐ Θεῷ, ἐκκλησία προσενέγκαντες τῆς πλεονεξίας δῶρα, ἢ ὀλίγον πτωχοῖς καταβάλλοντες κερματίον, εὐθύς ἀνασπῶσι τὰς ὄφρυν, καὶ ὡς ἐξ οὐρανοῦ προκύψαντες, ἡμῖν διαλέγονται, οἱ κυρίως γῆ τυγχάνοντες καὶ σποδός· μᾶλλον δὲ οἱ γῆ ὑπάρχοντες ἄκαρπος. Ἀκανθῶν γὰρ χωρίον, ἀδελφοί, ἢ τοῦ πλεονέκτου ψυχῆ, ἄκαρπος ἀγρός· τὸ τοῦ φιλαργύρου ψυχάρion, ἀπροσόδευτος κτήσις ἢ τῶν ἀλλοτρίων ἀπλόαστας, ἔρημον γεωργίον τὸ τοῦ πόρου σωματίον, πολὺκρημνος χῶρος τῶν ὑπερηφάνων λογισμῶν, ἀκερδῆς ἐμπορία τῶν κατηγῶν τὰ βήματα, κενὴ πραγματεία, διαβόλου κοινῶν ὁ τοῦ πλησίον ἐπίβουλος. Ταῦτα ἐπ' ἐκκλησίας μεμαθηκότες, μισθώμεν ἄπραγας, ἀσκήσωμεν ἀρετὰς, φύγωμεν κακίαν, ἀγάθην ζηλώσωμεν, ἐκκλίνομεν ἡδονῆν, ἀγνεῖαν ἀγκαλισώμεθα, ἀποστραφώμεν δόλον, ἀπλότητα κοινωνήσωμεν· *Τὸν γὰρ καταλαλοῦντα, φησὶ, δάθρα τὸν πληθῶνον αὐτοῦ, τούτου ἐξεδίωκον*. Καρποφόρον γῆν ἑαυτοῦς ἀποδείξωμεν, τὸν τῆς δικαιοσύνης ἐκφύοντες βλαστὸν, τὸν τῆς φιανθρωπίας καὶ σωφροσύνης ἄμα τε καὶ ἐπιείκειας προσφέροντες καρπὸν, τὸν τῆς ἐξομολογήσεως πίπτειρον βότρυν προσφέροντες Θεῷ. *Ὅταν γάρ, φησὶ, ταῖτα πάντα ποιήσητε, [799] εἴπατε ὅτι Δοῦλοι ἄρχεοί ἐσμεν*. Αὕτη ἡ φωνὴ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ ἐστὶν αὐτῷ ἢ ὄδῳ καὶ τὸ κράτος ἄμα τῷ Πατρὶ σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν

Περὶ νηστείας. Ἀδρος δ'.

Αἱ τῶν ὑδάτων πηγαὶ ἀντλούμεναι καθαρώτερον τὸ ὕδωρ βλυστάνουσι, καὶ πάντων τὴν χρεῖαν καὶ τὴν εἶψαν πληροῦσαι ἀπαιτοῦν ἐκ λαγῶνων τὸ νῆμα πη-

γάζωσιν. Ἐξίστιν οὖν πᾶσι κατὰ τὴν οἰκίαν χρεῖαν τὸ νῆμα τῆς οἴψης ἐκείθιν ἀρυσσάσαι, πλυσσῆαι τε καὶ πένθητι, σοφῶ τε καὶ ἰδῶντι· καὶ πᾶσιν αἱ πηγαὶ τῶν

πίτον πλουσίως παρέχουσαι, ανεξάντητον ἔγουςι τὸν θσαυρὸν. Καθ' ἕνα οὐν μία πηγή τὰ τῶν πολλῶν στόματα ποτίζει· οὕτω καὶ μία Γραφή τῶν πολλῶν νοήματα φωτίζει. Δεῦτε τοίνυν καὶ ὑμεῖς, ἀγαπητοί, ἐπὶ τὴν τὸν προλαβόντος πηγῆν ὀρμήσωμεν. καὶ τῆς διασκαλλας τῶν νηστειῶν κοινωσώμεν. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ὡς πλουσίω ἐπήρκεσε, καὶ ἡμῖν ὡς πένητιν οὐκ ἐξέλειπε. Νηστεύσας Ἥλιος ὁ ἀρματηλάτης, μηλωτῆ καὶ ράβδω τὸν ποταμὸν εἰδίχασεν. Ὁ αὐτὸς νηστεύσας οὐρανοὺς ἔκλεισε· ῥήματι γὰρ τὰς ὀμβροτόκους νεφέλας ἐκλείδουχρσεν. Ὁ αὐτὸς νηστεύσας πυρίνους ἱπποὺς ἠνίασι χάλινώσας, φλογίνω ἀρματι εἰς οὐρανοὺς ἠνιόχρσε. Νηστεύσας Μωϋσῆς, ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων φοβερὸν πέλαγος ἐρῆξε, καὶ τὴν ἰχθυοφόρον εἰς ἄρουραν μετέστρεψε, καὶ τοὺς Ἑβραίους ἄρας ἔσωσε, καὶ τοὺς Αἰγυπτίους κατεπόντισε. Νηστεία Μωϋσεὺς δεξιὰν ράβδω ἀγία χαριτώσασα, καὶ δι' αὐτῆς τὴν πέτραν πατάσασα, ὕδωρ πότιμον καρποφορῆσαι παρεσκεύασε. Νηστεία τὸν Δανιὴλ σοφίσασα, τὸν ἀψηλαφήτων ἐνυπνίων μυσταγωγῶν ἀπεδείκυσεν. Ὁ αὐτὸς νηστεύσας τοὺς ἐν λάκκῳ θήρας ἐφίμωσε, καὶ τῶν λεόντων ποιμὴν γενόμενος, εἰς οὐρανοὺς ἀναβλέπειν τούτους ἐπαδωγῆσεν. Νηστεία τῶν τριῶν παιδῶν τὰ σώματα ἀδιάφθορα τρησασα, τὴν παμφάγον φλόγα τῆς Βαβυλωνίας καμίνου εἰς δρόσον μετέβαλε· νηστεία Ἰωάνης ὁ προφήτης τὸ κῆτος χάλινώσας, καθάπερ ὑπόζυγῳ χρσάμενος, εἰς τὴν Νινευὶ ἐπορευέτο. Οὐ γὰρ ὅπου ἤθελε τὸ ζῶιον, ἀπήρχετο, ἀλλ' ὅπου ὁ ἔνδον ἠγχιῶν ἐβούλετο, ἐκεῖ τὸ κῆτος ἐπορευέτο. Νηστεύσαντες Νινευῖται τὴν πόλιν διέσωσαν, καὶ τὸ φυτὸν τοῦ προφήτου ἐμάραναν. Νηστεία Θεοῦ χάρισμα, νηστεία ἀγγέλων τροφή· νηστεία τὸν Μωϋσῆν ἐμυσταγωγῆσεν, νηστεία τὸν Ἀβραὰμ ἐπιστώσασα, νηστεία τὸν Ἰσαὰκ ἐδικαίωσε, νηστεία σὺν τῷ Ἰακώβ ἐξενίτευσε, νηστεία τὸν Ἰωσήφ ἐπέμνυσε, νηστεία τὸν Μελχισεδὲχ ὕψωσε, νηστεία τὸν Λῶτ ἐκ Σοδδῶν ἤρπασε, νηστεία σὺν τῷ Ἰωβ ἤθλησε, νηστεία προφήτας ἐσώ-

ψισε, νηστεία βασιλεῖς ἐδυνάμισε, νηστεία λερεῖς ἐκλείσσε, νηστεία Μωϋσῆν ἐλαμπαδοῦχρσε, νηστεία σὺν τῷ Ἀαρὼν ἐράτευσε, νηστεία Ἰησοῦ Ναυῆ συνεστρατήγησε, νηστεία τὸν Γεδεὼν ὤπλισε, νηστεία τὸν Σαμψὼν ἠνδρῆσσε, νηστεία τὸν Σαμουὴλ ἐκύησε, νηστεία σὺν τῷ Σαοὺλ ἐπολέμησε, νηστεία τὸν Ἡσαίαν εὐλόγησε, νηστεία τὸν Ἰερεμίαν ἐστόμωσε, νηστεία τὸν Ζαχαρίαν ἠγίασε, νηστεία τὸν Ἰωάννην ἐφόρσε, νηστεία Πέτρον ἐπήρκεσε, νηστεία Παῦλον ἐδράδευσε, νηστεία τὴν οἰκουμένην ἐσφράγισε, νηστεία δύναμιν πυρὸς κατεπάτησε, νηστεία ἔθνος λεόντων ἐμάρανε, νηστεία γαυρίαμ δρακόντων κατέσθεσε, νηστεία ποταμούς ἐξήθρανε· νηστεία τοῦ παραδείσου ἀποκατάστασις, νηστεία ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις κεφάλαιον, τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ὀχυρώσασα, τὰς προσβολὰς τοῦ διαβόλου σφοδρῶς ὑπέδξασα. Νηστεία παρθένου συνόμιλος, νηστεία οἴκου αὐξησις, νηστεία μετανοούντων συνήγορος, νηστεία προσευχῆς ὀμιζήσις, νηστεία πλούτου ἀρχή, νηστεία πνήτων παράκλησις, νηστεία καταπονευμένων βοήθης, νηστεία ἔκπνον ἐλαύνουσα, καὶ ὕμνον ἐπάγουσα, νηστεία ὕδωρ ἡμᾶς ποτίζουσα, καὶ ἀθανασίας πηγὴν ἡμῖν καταρτίζουσα. Ἡ νηστεία, [800] ἢ ἄπειρ τὰς ψυχὰς ἡμῶν πρὸς εὐσέβειαν εὐτρεπίζουσα, καὶ ἄπειρ τὴν δυσωδίαν τῶν ἀμαρτημάτων ἡμῶν ἀποσμήχουσα· ὡ νηστεία τεσσαράκοντα ἡμέρας τὸν ἀέρα βαθμώσασα, καὶ ἡμᾶς εἰς οὐρανοὺς δι' ἐκείνων ἀγούσα· ὡ νηστεία διὰ στόματος νηστευόντων ἔλεον καὶ κρίσιν τῷ Θεῷ κελαδούσα, ὡς νῦν ἠκούσαμεν τὸν εἰρημένον. Δαυὶδ γὰρ, ὁ τῶν ἁγίων προφήτῶν ὁ χορδῶ, δικαιοκρίσιαν ἐλέμ μεμυγμένην, τὴν μέλλουσαν κρίσιν ἀρτίως ἡμῖν ὑπογράφων, ἔλεγε πρὸς τὸν Θεόν· *"Ἐλεον καὶ κρίσιν ἄσμοι σοι, Κύριε. Νηστεία τῶν Χερουθιμ ὀμοδιαιτος, νηστεία τῶν Σεραφιμ σύσκησις, νηστεία τὸν Ἐνώχ εἰς παράδεισον ὤκισεν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν*

Περὶ νηστείας. Λόγος ε'.

Σήμερον, ἀγαπητοί, τὸν ἱατρὸν προσκυνήσωμεν. Ἰδοὺ γὰρ ἐφίσταται ἡ νηστεία, ἡ ψυχῶν καὶ σωμάτων σωτηρίαν χαρίζομένη, ὡς ἀνάστασιν παρεγομένη παράδοξον, ὡς πρὸς πνευματικὸς ἡμᾶς ἀγῶνας ἔλαιον ἀλείφουσαι. Εὐχὴ καὶ νηστεία τὸ τῶν ἀγγέλων ἔργον, νηστεία παραδείσου πύλη, νηστεία ἀμαρτωλῶν καθάρσιον, νηστεία παρθρσία πρὸς Θεόν, νηστεία καθαρότης, καρδίας, νηστεία πάντων τῶν παρὰ Θεοῦ δεδομένων ἡμῖν ἀγαθῶν τὸ κεφάλαιον, νηστεία ἀγιασμός, ψυχῆς, νηστεία ὕγεια σώματος, νηστεία οἴκου ἀσφάλεια, νέων παιδαγωγός, νηπιῶν φύλαξ, γερόντων σωφρονισμὸς, γυναικῶν εὐχοσίμια καὶ κατάστασις. Ἄλλ' ὅτε τῇ προσευχῇ καὶ τῇ νηστείᾳ καὶ ἐλεημοσύνῃ συμπάρτεσι, τότε πλούσιος κατὰ Θεὸν ὁ τις εὐσέβειας ἐργάτης εὐρίσκειται. Θεῷ γὰρ δανείζει ὁ παρέχων τῷ πνήτῳ. Εἰδὲς Θεὸν ἐγγυητὴν ὑπερ ἀνθρώπων γενόμενος; Διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης τοῖς Ἰουδαίοις, ὡς μὴ τελοῦσι τὴν νηστειαν ἐξ ὅλης δυνάμεως, ὀνειδίξων ἔλεγεν· *Ὁὐ ταυτην τὴν νηστειαν ἐγὼ ἐξελεξάμην, λέγει Κύριος, τὸ ταπεινῶν τὸν ἀνθρώπον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Τί γὰρ βφέλος, νηστεύειν στόματι, καὶ φωνεῖν τοῖς ἔργοις; τί τὸ βρέλος, βρωμάτων ἀπέχεσθαι, καὶ τῇ πορνείᾳ μιαινέσθαι; Κορέα; οὐκ ἐσθίεις, ἀλλὰ κατατρῶεις σάρκα τοῦ ἀδελφοῦ σου. Ποῖον κέρδος, ὅψω μὴ εὐφραίνεσθαι, καὶ μεθύσκεσθαι; χρῆμασι; τί τὸ βφέλος, ἄρτον μὴ ἐσθίειν, καὶ μεθύειν θυμῷ· ποῖον κέρδος, νηστεία μαραινέσθαι, καὶ κοιδορεῖν τὸν πλησίον; τίς ἡ ὠφέλεια, ἐγκρατεῦσθαι βρωμάτων, καὶ ἀρπάζειν τὰ ἀλλότρια; τίς ἡ ἀνάγκη, τὸ σῶμα ξηραίνειν, καὶ πεινῶντας μὴ τρέφειν; τίς ἡ ὠφέλεια, τὰ μέλη συντριβεῖν, καὶ χήρας μὴ ἔλεειν καὶ ὀρφανοὺς; τίς δυνασις, ἐν φροντίσιν καὶ μερίμναις διάγειν, καὶ ὀρφανούς χειμαζομένους μὴ βύσσειαι; Οὐδὲν βφέλος τοῖς ἀνθρώποις, ὄνομα μόνον Χριστιανῶν ἐπιφέρεισθαι, ἔργα δὲ ἀγαθὰ μὴ κεκτημένοις· οὐ γὰρ ἀξιώματα παρὰ τῷ Θεῷ τιμῶνται, ἀλλ' ἔργα ζητούνται. Ἐπεὶ καὶ Ἰοῦδα; ἐν τοῖς ἀποστόλοις ὑπήρχε, καὶ τῆς ἰσθς τιμῆς ἀπῆλασε μετὰ τῶν ἄλλων· ἀλλὰ φιλαργυρίαν ἀγαπήσας ἀγχύων ἐδίδετο· ὡ καὶ ἄπει πολλοὶ φοροῦσι προβάτων ἐνόμματα, ἀλλ' ἐσθῶν λύκοι εἰσιν ἄρπαγας. Ἐὰν βούλη νηστεύειν, μίσσησον*


φιλαργύριον· τὸ μέγα κακόν ἐστιν ἡ φιλαργυρία. Νηστεύεις; Φύγε μοιελαν, φύγε πορνείαν, φύγε καταλαλίαν, ψευδος, λοιδορίαν, ἔχθραν, βλασφημίαν καὶ πᾶσαν περιεργίαν. Νηστεύεις; Φύγε πλεονεξίαν, ἀρπαγὴν, ἔριν καὶ τὸν ψυχλιεθρον φθόνον. Νηστεύεις; Φύγε ὀργὴν, πορνείαν, ζῆλον, ἐπιορκίαν καὶ πᾶσαν ἀδικίαν. Νηστεύεις; Φύγε γαστριμαργίαν τὴν γεννητῆριαν πάσης κακίας, τὴν χαρίζουσαν ἡμᾶς καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ· γαστριμαργίαν τὴν καταγούσαν ἡμᾶς ἔως τῶν ἀδύσων τῆς ἀπώλειας. Ἐὰν νηστεύης διὰ [801] τὸν Θεόν, φύγε πᾶν πρᾶγμα ὁ μισεῖ ὁ Θεός, καὶ δέχεται σοι τὴν μετάνοιαν. Μετάνοια γὰρ ὁ παρῶν καιρὸς, οὐχὶ δὲ ἀνέσεως· μετάνοια τὴν πεπτωθῶν ψυχὴν ἀνίστα, τὴν ἀλλοτριωθεῖσαν φλην τῷ Θεῷ καθίστησι· μετάνοια τὴν κατεβρωγμένην ψυχὴν διεγείρει, τὴν χυλευσαν ἀνορθοῖ, τὴν συνεστριμμένην ἰσται, τὴν τετραυματισμένην ὑγιάζει. Δράμωμεν τοίνυν πρὸς τὴν μετάνοιαν, ἀδελφοί, δράμωμεν. Καιρὸς γὰρ τοῦ μετανοῆσαι, οὐχὶ δὲ τοῦ σπαταλᾶν καὶ ἀναπεσεῖν· καιρὸς θρηνηεὶ καὶ δακρυεῖν, οὐχὶ δὲ τὸ κινεῖν^a καὶ μετερίζεσθαι· καιρὸς ἐρομολογήσεως καὶ πένθους καὶ στεναγμῶν, οὐχὶ δὲ ἀμελείας καὶ βραθυμίας. Μετάνοια γὰρ ἐστὶ βασιλείας οὐρανῶν πρόβημα, καὶ εἰσοδος παραδείσου, καὶ τρωφὴ αἰωνίου ἀπόλαυσις· μετάνοια τῶν ἀμαρτημάτων λυτήριον, τῶν σπλιωμάτων καθαρτήριον· μετάνοια, σωτηρίας μήτηρ, διαβόλου σκελισμὸς·^b παθῶν ἀφανισμός· ἡ μετάνοια τὰ δεσμὰ τῶν ἀμαρτημάτων διαλύει, τὰς ἀπηλπισμένας ψυχὰς διασώζει, τοὺς ἐσκοτισμένους φωταγωγεῖ, τοὺς μεμακρομμένους πρὸς Θεὸν ἐπιστρέφει, τοὺς πεπλανημένους ἀνακαλεῖται· μετάνοια πάντων τῶν ἀπεγνωσμένων ψυχολογία καὶ παραμύθιον· μετάνοια πάσης ψυχικῆς καὶ σωματικῆς ἀσθενείας ἱατρειὸν καὶ σωτηρίον φάρμακον. Ἄλλ' ἐπὶ τὸ προκειμένον ἐπανέλθωμεν. Νηστεύεις; Πένητα μὴ παρίδης. Νηστεύεις; Βλέπεις τῆς χήρας τὰ δάκρυα. Νηστεύεις; Γυμνὸν περιβάλες. Νηστεύεις; Βλέπεις ὀρφανὸς στεναζόντας. Νηστεύεις; Ἐὰν ἔχης, ἐλέησον· εἰ

^a Forte τοὺ κινεῖν, ut conjicit Savil. ^b Savil. conficil ὑποσκελισμός.

busque fontes potum affatim subministrantes, in exhaustum habent thesaurum. Sicut ergo fons unus multis potum præbet: sic una Scriptura multorum mentes illustrat. Venite igitur et vos, dilecti, ad prius memoratum fontem pergamus, et doctrinæ de jejuniis consortes simus. Nam ut id diviti satis fuit: sic et nobis utpote pauperibus non deficiet. Jejunans Elias auriga ille, melote et virga fluvium secuit; idemque jejunans cælos clausit: verbo namque nubes imbrium clausit. Cum jejunasset, etiam igneos equos frenavit, curruque flammeo in cælum vectus est: cum jejunasset Moyses Dei servus, horrendum pelagus discidit, et piscosum mare in aridam mutavit, assumptosque Hebraeos servavit, atque Ægyptios in mare demersit. Jejunium Moysis virgam sanctam in dextera ejus posuit, ac per eam ille petram percutiens, aquam potabilem subministravit. Jejunium Danieli sapientiam indens, somniorum interpretem arcanorum exhibuit illum. Idem ipse jejunans in lacu feras frenavit: leonum pastor effectus, ipsos in cælum respicere docuit. Jejunium trium puerorum corpora incorrupta servavit, voracemque Babylonicæ fornacis flammam in rorem commutavit. Per jejunium Jonas propheta cetum refrenavit, ipsoque velat subjugali usus, Niniven concessit. Non enim animal illud quo libuit perrexit, sed quo voluit intus positus auriga, illuc cete pervenit. Jejunantes Ninivitæ urbem servaverunt, et prophetæ plantam marcidam reddiderunt. Jejunium Dei donum est, angelorum esca; jejunium Moysen mysterii initiavit, Abraham fidelem reddidit; jejunium Isaacum justificavit, jejunium cum Jacobo peregrinatum est, jejunium Josephum clarum effectit, jejunium Melchisedecum exaltavit, Lotum ex Sodomis eripuit; jejunium cum Jobo certavit, jejunium propheta sapientia replevit, jejunium reges potentes effectit, jejunium sacerdotes

initiavit, jejunium Moysi facem prætulit, jejunium cum Aaron sacerdotio functum est, jejunium cum Jesu Nave exercitum duxit, jejunium Gedeonem armavit, jejunium Samsonem roboravit, jejunium Sannuelem parturivit, jejunium cum Saule bellum gessit, jejunium Isaiam benedixit, jejunium Jeremie loquelam indidit, jejunium Zachariam sanctificavit, jejunium Joanni sapientiam attulit, jejunium Petro vim indidit, jejunium Paulo bravia conciliavit, jejunium orbem obsignavit, jejunium vim ignis calcavit, jejunium leonum genus debile reddidit, jejunium draconum ferocitatem restinxit, jejunium fluvios exsiccavit; jejunium paradisi restituit, jejunium supra dictorum caput, corpus Christi custodivit, diaboli impetus strenue excepit; jejunium virginum consors, jejunium domorum augmentum, jejunium poenitentium advocatus, jejunium orationi conjugatum est, jejunium principum divitiarum, jejunium pauperum consolatio, jejunium laborantium auxilium, jejunium somnum depellens, et hymnum inducens, jejunium aqua est, quam potamus, quæ immortalitatis fontem nobis subministrat. O jejunium, quod solo pane animas nostras ad pietatem disponit, et sale peccatorum nostrorum foetorem abstergit! o jejunium quod per quadraginta dies aerem nobis per gradus disponit, quibus nos ad cælum deducit! o jejunium per os jejunantium misericordiam et judicium Dei attempans, ut modo audivimus. David enim, qui sanctorum prophetarum chorus est, justum judicium cum misericordia mixtum, futurum nempe judicium nobis describens Deo dicebat, *Misericordiam et judicium cantabo tibi, Domine (Psal. 100. 4)*. Jejunium cum Cherubinis versans, jejunium cum Seraphinis habitans, jejunium Enochum in paradisi domo constituens, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula. Amen.

DE JEJUNIO. SERMO V.



Hodie, dilecti, medicum adoremus. Ecce enim instat jejunium quod animarum et corporum salutem largitur, quasi resurrectionem præbens stupendam; ita ut illo ceu oleo ad spiritualia certamina ungamur. Oratio et jejunium angelorum opus, jejunium paradisi porta, jejunium peccatorum purgatio, jejunium fiducia erga Deum, jejunium puritas cordis, jejunium omnium, quæ nobis a Deo collata sunt, honorum caput; jejunium sanctificatio animæ, jejunium sanitas corporis, jejunium domus securitas, juvenum pelagogus, infantium custos, senum temperantia, mulierum ornatus et modestia. Sed cum orationi et jejunio elemosina additur, tunc pietatis operarius secundum Deum dives invenitur. Deo enim fœneratur qui pauperi largitur (*Prov. 19. 17*). Vidistis Deum pro hominibus sponsorem factum? Ideo propheta Judæus, quod non totis viribus jejunium exercerent, vituperans, dicebat: *Non hoc jejunium ego elegi, dicit Dominus, ut humiliet homo animam suam (Isai. 58. 5)*. Quæ enim utilitas ore jejunare, et re occidere? quæ utilitas a cibis abstinere, et fornicatione fœdari? Carnes non comedis, sed fratris tui carnes devoras. Quod lucrum vino non indulgere, et opibus inebriari? quæ utilitas panem non edere, et ira temulentum esse? quod lucrum jejunio macerari, et proximo conviciari? quæ utilitas a cibis temperare, et aliena rapere? quæ necessitas corpus exsiccare, et usurientes non alere? quæ utilitas membra atterere, et viduas pupillosque non miserari? quis fructus in sollicitudinibus et curis degere, et pupillos exagiatos non eruere? Nulla est utilitas hominibus nomen tantum Christianorum ferre, et operibus bonis non incumbere: non enim dignitates apud Deum in pretio habentur, sed opera exquiruntur. Nam Judas inter apostolos erat, eodem quo alii fruens honore; sed ex pecuniæ amore laqueum sortitus est;

ut et multi nunc etiam vestimenta ovium gestant, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Si jejunare velis, avaritiam odio habe: magnum est malum avaritia. Jejunas? Fuge fornicationem, fuge detractionem, mendacium, convicium, inimicitiam, blasphemiam, omnemque curiositatem. Jejunas? Fuge avaritiam, rapinam, contentionem et animæ perniciosam invidiam. Jejunas? Fuge iram, fornicationem, æmulationem, perjurium, et omnem iniquitatem. Jejunas? Fuge crapulam omnis nequitiae matrem, quæ ab ipso Deo nos separat; crapulam quæ deducit nos usque in abyssum perniciæ. Si propter Deum jejunas, fuge omne opus Deo exosum, et tuam ille poenitentiam acceptam habet. Poenitentia enim est præsens tempus, non requiæ: poenitentia lapsam animam erigit, abalienatam Deo amicam reddit, fractam excitat, claudicantem reformat, contritam sanat, vulneratam ad valetudinem restituit. Curramus itaque ad poenitentiam, fratres, curramus. Nam tempus est poenitendi, non deliciandi et relabendi; tempus flendi et lugendi, non vellicandi et superbendi; tempus confessionis, luctus, gemituum, non incuriæ et negligentiae. Poenitentia enim est regni cælorum conciliatrix, ingressus in paradisum, æternarum deliciarum fructus: poenitentia peccatorum remissio, macularum emundatio: poenitentia salutis mater, diaboli supplantatio, vitiorum excidium: poenitentia vincula peccatorum dissolvit, deperatas animas servat, obtenebratos illuminat, procul abductos ad Deum convertit, errantes revocat: poenitentia omnium desperatorum refrigerium et consolatio: poenitentia omnis infirmitatis animæ et corporis medicina et salutare pharmacum. Sed ad propositum revertamur. Jejunas? Pauperem ne despicias. Jejunas? Respice viduæ lacrymas. Jejunas? Nudum tege. Jejunas? Respice orphanos ge-

mentes. Jejunas? Si potes, da eleemosynam; sin non potes, saltem ne rapias aliena. Jejunas? *Prohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum (Psal. 33. 14), et tibi ad salutem sufficit. Jejunas? Noli exterminare faciem tuam sicut hypocrita (Matth. 6. 16): ne tristis appareas, sed unge caput tuum, et faciem tuam lava, ne appareas hominibus jejuans, sed illi qui scrutatur corda et renes. Si jejunaveris, sic jejuna ut Christus præcepit; ut ne et laborem toleres et mercedem perdas. Si jejunes, cave pecuniam tuam des ad usuram. Jejunas? rumpe chirographum violentarum pactionum: veniam concede, ut tibi concedatur: remitte fratri injuriam, ut tibi remittatur: miserere, ut misericordiam consequaris: dimitte proximo delictum. Jejunas? Miserere ejus quem læsisti; ne videas unquam fratri, nec quempiam oderis. Jejunas? Ne vanam gloriam secteris. Jejunas? Fuge fornicationem, quæ et animam et corpus inquinat; fornicationem, quæ nos separat a Deo et a sanctis; fornicationem, quæ nobis æternum et inextinguibilem ignem accersit. Jejunas? ne calumniaris pauperem, ut ne irrites illum qui fecit eum. Jejunas?*

Da cibum esurienti, potum sitienti, natos indue, peregrinos consolare, infirmos visita, eorum qui in carcere sunt ne obliviscaris, afflictos miserare, ærumnosos et dolentes cura: sis misericors, mitis, bonus, mansuetus, pacificus: sis patiens, miserator, injuriarum immunemor, non litigator; pius, ut Deus jejunium tuum acceptum habeat, et pœnitentiæ lucrum cum magna accessione tibi præbeat. Frater enim non potest nos juvare in tremenda illa judicii die; sed pœnitentia et eleemosyna juvabunt. Hæc, quæso, fratres, accurate servemus, ut mercedem referamus a Deo, et audiamus beatam illam vocem dicentem: *Venite, benedicti Patris mei, hæreditate accipite paratum vobis regnum a constitutione mundi: esurivi enim, et dedistis mihi manducare: sitiivi, et dedistis mihi bibere: hospes eram et infirmus, et nudus, et in carcere, et ministrastis mihi (Matth. 25 34-36)*. Quam vocem utinam omnes consequi dignemur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quem decet gloria, honor, adoratio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

DE JEJUNIO. SERMO VI.

Rursus jejunii tempus, rursus deliciarum occasio, rursus certaminum spectaculum, rursus tuba Christi pulchrum certamen prædicat, et certatores ad arenam congregat: rursus annus Christi adventus prædicatur. Nos omnes puros reddamus, ut illum excipiamus. Si enim regis mortalis adventus prænuntiatus, illum excepturos cogit cum timore et tremore domos apparare, ut dignas eo, qui illic habitaturus est, ædes instruant: quanto magis nos, qui verum regem excepturi sumus, nos dignos reddere oportet eo, qui in nobis habitaturus est? Accedat hodie Jeremias propheta, qui missus a Domino audivit: *Ecce posui te hodie prophetam in gentes, ut eradices et plantas, destruas et ædifices (Jer. 1. 10)*. Hunc audiamus: hic est, qui præparat templa magni regis. Eradicemus voluptates, et plantemus continentiam; evellamus nequitiam, ædificemus virtutes, persequamur mendacium, et lucremur veritatem; ejiciamus superbiam, resmanamus pœnitentiam, excindamus iram, et sumamus mansuetudinem. Ait enim Christus: *Super quem requiescam? Super mansuetum et quietum, et trementem verba mea (Isai. 66. 2)*. Ne pares domum ex lapidibus: *Non enim Altissimus in manufactis habitat (Act. 7. 48)*. Præpara templum rationale, orna ipsum virtutibus: commodum tibi est præsens tempus. De hoc Paulus dicit: *Ecce tempus breve est, ut et qui habent uxores, tamquam non habentes sint; et qui emunt, tamquam non possidentes; et qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur: præterit enim figura hujus mundi (1. Cor. 7. 29-31)*. Non opus est auro neque argento, non opus est lapidibus pretiosis nec amplis ædibus; sed opus est anima hilari, pœnitentia sincera. Terreni regis præcursores, qui ejus adventum annuntiant, nihil cælestis gestant, sed omnia terrena; alius clypeum, alius thoracem, alius aureos dracones, alius aurea vestimenta; ipse vero rex potestatem in omnia fert in seipso, purpuram et diadema: præcursores vero cælestis Regis nihil terrenum gestant, sed omnia Rege digna: Moyses regiam legem profert, Isaias jejunium, Jeremias orationem, Joannes baptismum pœnitentiæ: ipse vero Rex fert purpuram et diadema, per quæ omnes libertate donat: habet enim purpuram: corpus est purpura, verbum diadema. Hunc videns Joannes clamat et dicit, *Nos omnes ex parte. Moyses Israeli legem dat, Isaias Israeli prophetat, Jeremias similiter; ego autem baptismum pœnitentiæ mundo, sed nullus libertate donat. Venit is, qui omnium habet potestatem: ipse est, qui a nobis prædicatur, ipse est Rex gloriæ, ipse non uni genti gratiam confert, sed universo mundo salus efficitur.*

Agnus lex habuit; sed pro una gente mactabatur, neque peccata remittebat; signa namque erat. Post hunc agnum Isaias prædicat: *Quasi ovis ad occisionem ductus est, et tamquam agnus sine voce coram tendente se, sic non aperit os suum. Generationem ejus quis enarrabit? judicium ejus ab ipso sublatum est (Isai. 53. 7. 8)*. Hic est verus agnus, qui verbis prædicatus est, et nunc re ipsa apparet: hic est, qui pro toto mundo seipsum tradidit: hic est agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Prophetæ scripto futura vaticinati sunt, non res ipsas exhibuerunt: si res veniant, illæ comprobant vera scripta fuisse. Prophetavit David de illis, quæ in Jesum eventura erant; sed cum nondum res advenissent, umbra adhuc erant quæ scripta ferebant, Deo ita dispensante. Nam si novissent Judæi scripta rebus ipsis comprobari, scripta deleturi erant, metuentes ne a rebus ipsis redarguerentur. Dicebat enim David in secundo psalmo: *Quare fremuerunt gentes, et populi medituti sunt inania (Psal. 2. 1-3)? Herodis et Caiphæ arrogantiam dicit: Adstituerunt reges terræ, et principes convenerunt in unum, ad insidias Domino parandas, adversus Dominum et adversus Christum ejus. Dirumpamus vincula eorum et projiciamus a nobis jugum ipsorum. De cruce vero loquendo in vigesimo primo dicebat: *Circumdederunt me canes multi, tauri pingues obsederunt me. Foderunt manus meas, et pedes meos, dirupperunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me: dividerunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem (Psal. 21. 15, et 17-19)*. Umbra erant hæc scripta; ubi autem res evenerunt, tunc umbra recessit. Et vident Judæi manus et pedes clavibus se confixos, libris suis ita ipsos redarguentibus: neque ultra possunt scripta delere. Utraque enim palam facta sunt, dum scripta rebus consonant. Dicebat Isaias: *Quasi ovis ad occisionem ductus est, et quasi agnus sine voce coram tendente se, sic non aperit os suum. Judicium ejus sublatum est. Generationem ejus quis enarrabit?* Judæi legebant, et res non intelligebant: *Umbra enim habuit lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem (H. br. 10. 1)*. Cum autem venit tempus ut res manifestæ fierent, et verus agnus ad cædem duceretur, et ovis vera pro universo mundo mactaretur, veraque purgatio hominum fieret, verusque sanguis pro salute totius mundi effunderetur, et Judæi illa perficerent; impleta Isaiæ prophetia, Judæi confusi sunt. Nam si velint Judæi negare, lego ipsis Davidem, lego Isaiam; ex suis illos scriptis confuto. Venit et Moyses noster patrocians circa Crucifixum: qui volens ipsis prædicare eum, qui crucifigendus erat, id scripto prædi-*

Ecce contritum est. Ubi lingua lila vivida? Ecce quiescit. Ubi pulchritudo manuum? Ecce soluta est. Ubi staturæ proceritas? Ecce defluxit. Ubi vestium sumptuositas? Ecce putrefacta est. Ubi unguenta et aromata? Ecce computruerunt. Ubi juvenutis licentia. Ecce transiit. Et in summa ubi fastu plenus homo? Ecce pulvis rursus, pulvis factus est. Attamen ne sepulcrum dumtaxat cogites; sed inde transi ad resurrectionem; ac tecum reputa et crede, hunc qui jacet resurrectionem esse, et linguam quæ nunc tacet, tunc rursus loquuturam esse, quando Deo flectetur omne genu cælestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confitebitur; et ut ait Daniel: *Videbam donec throni positi sunt, et antiquus diem sedit. Thronus ejus flamma ignis, rotæ ejus ignis accensus; fluvius igneus trahebat in conspectu ejus: millia millium assistebant ei, et decies milies dena millia ministrabant ei. Judicium sedit, et libri aperti sunt (Dan. 7 9. 10).* Multus haud dubie illic timor, multus tremor, inenarrabilis necessitas, indesinentes lacrymæ, non tacendi gemitus. Quando repente venit super solum excelsum et elevatum, tunc celum convolvitur ut liber, stellæ dispergentur, virtutes angelorum præcurrunt, sepulcra aperientur, corpora resurgent, fontes siccabuntur, abyssi commovebuntur, omnis terra agitatibit. Quales nos tunc erimus? quales utique, cum rationem dabimus operum, cogitationum, verbi otiosi, eorum quæ in nocte, eorum quæ in die, eorum quæ sponte, eorum quæ inviti fecimus? Hoc curare oportet, hoc nocte ac die pendere opus est. Quid rationi consonum tunc dicere poterimus? quam excusationem, quæso, o homo, afferemus? Ecce deliciis incumbis quinquaginta vel centum annis, dives es, liberos procreas, filios et filias connubio jungis, gentibus et populis rex imperas: et post hæc mors venit, et post mortem iudicium, cujus nullus finis erit, nulla post illud penitentia. Nam ait ille: *Non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi (Psal. 6. 6)?* Certe nemo. Etsi enim mille turbas demus, et multum supplicemus, nullus erit qui eruat. Ideo maxime beatos prædicamus infantes, qui moriuntur: ideo omnes dicimus, Utinam infantes mortui essemus! Ne itaque, id quod nobis optamus, in filiis videntes, dolore afficiamur. Nobis enim mortis calix periculosus est, infantibus vero salutaris; et quod omnibus horrendum est, illis est optabile, et quod nobis est initium supplicii illic subeundi, illis est initium salutis. Qua enim de re rationes redderent, qui neque peccatum experti sunt? qua de re punirentur, qui nec boni nec mali notitiam habent? O beatorum infantium beata mors! o mors incorruptorum vere initium vitæ æternæ! o finis initium immortalis gaudii! Sed quid dicunt pusillanimes? Filii, ajunt, mihi erit unigenitus, formosus et nobilis; hic erat generis mei successio, hic erat facultatum hæres, hic in mœrore consolatio, hic senectutis meæ baculus, hic patriæ gloria, hic radicis meæ ramus, totus forma jucundus, totus mitis, dexter, affabilis, et suis pariter atque extraneis amabilis tum videntibus, tum audientibus. Hic talis cum esset, repente ex manibus mihi raptus est: is quem ante videbam, non ultra comparet, sed genitorem relinquens, migravit ad Conditorum: me relicto nutritore, ad vocantem migravit; a matris visceribus separatus, descendit in monumentum terræ omnium matris. Annon, quæso, talem filium lugeam? annon ut pupillam oculi requiram? Non possum, inquit, non possum: etiamsi enim millia mihi documenta opponas, etiamsi sexcenties monueris me lugendos parentibus esse filios suos, non suadebit, quia Deus sic definitivè, naturæque vinculum annexit, et ignem in visceribus parentum erga filios posuit. Non hoc dico, o homo, neque lege decerni non lugendos esse filios: si hoc dicerem, id proferrem, quod fieri nequit. Etenim ego quoque legibus naturæ obsequor, et afflictionis temporis non obsisto: non et ego mortalis sum, ex matre genitus et ejusdem

naturæ. Novi patrum luctum, novi matrum gemitum, novi mœroris pelagus ipsos inundans, novi perturbationem doloris; scio illorum internum affectum et erga filios phantasiam, quomodo non præsentem quasi præsentem illum sibi depingant illiusque imaginem cum lacrymis sibi repræsentent, illorum mores, verba, opera omnia præ oculis ponentes. Sed non ita mirabilis ille Job: nam cum et filii ejus et servi et boves et cameli et omnes facultates in exitum issent, non turbatus est, non blasphemavit, ut multi faciunt; sed surrexit, et in terram cadens, ex qua assumptus fuerat, Dominum adoravit dicens: *Nudus egressus sum de utero matris meæ, et nudus revertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedictum in sæcula* (Job 1. 21). Servus sum, et factori meo subditus non obisto: non enim res est stupenda: mortui sunt filii, sed non perierunt. Quis enim pastor non habeat potestatem in gregem suum? Bonus pastor elegit oves suas. Post pusillum etiam nos migrabimus. Hunc et nos imitemur, nec tam immoderate lugeamus. Ut fideles fleamus, non ut infideles turpiter nos geramus: ut Christus Lazarum flevit, sic fleamus: ideo enim flevit, ut tibi mensuram et modum statueret. Quomodo enim flere debuit eum, quem mox suscitaturus erat? Sed ut discas quantum flere debeas, ut et naturæ commiserationem ostendamus, et infidelium exemplum fugiamus, demumque precemur ut eadem nobis portio eveniat, quæ iis, qui in virtute ætatis cursum emensii sunt: ne illo migrantem, filios nostros in requie videamus, nosque intolerabili supplicio deputemur. Quotquot enim ante sordes et corruptionem ab hac infelici et genitu digna carne separati sunt infantes, has voces parentibus emittunt, etsi non verbis, re tamen ipsa: Ne nos lugeatis, patres, nullo fructu. Vos enim velletis nos vobiscum esse in ista inani vita, ubi omnia ingrata et dolore plena, ubi omnia fallacia sunt et incompressa, ubi nihil stabile et firmum: sed cum Dominus noster et Deus nos diligat, ceu ex ore leonis, sic ex hac inani vita nos eripuit; quasi rosas ex spinis, sic nos a peccatis hujus sæculi segregavit; quasi agnos dilectissimos, sic bonus ille pastor sejunxit nos a vobis, quasi ex tenebris in lucem. Et in regione viventium degimus, ubi omnia quieta et tranquilla, ubi omnia luminosa et Deo placita, ubi nullus iniquus, nullus tyrannus; ubi non

est peccatum neque nigror, ubi lux inaccessa et gaudium ineffabile, ubi non est labor nec lacrymæ, ubi non est sollicitudo, non cura, non gemitus nec fletus, sed ubi Deus tantum laudatur et glorificatur. Nos sancti angeli pacifice separant a corpore; nos sine damno principatus et potestatis aeris pertransivimus; bonos enim habuimus duces. Neque enim illi invenerunt in nobis ea quæ inquirebant, nihil eorum quæ sperabant in nobis viderunt. Viderunt corpus immaculatum, et pudore affecti sunt: viderunt animam probam et mundam, et confusi sunt: viderunt linguam puram et immaculatam, et coerciti sunt. Præterivimus et despeximus illos: prætergressi sumus illos, et contra ipsos cantavimus: *Laqueus contritus est, et nos liberati sumus. Benedictus Deus, qui non dedit nos in captivum dentibus eorum* (Psal. 125. 7. 6). Hinc angeli nobis occurrentes gaudebant, iusti nos amplectebantur, sancti gratulabantur dicentes: Bene venerunt agnelli Christi. Apertæ nobis sunt paradisi delicie, ostensus nobis fuit sinus Abrahæ: nos enim Dominus benigne excepit: hilarem nobis vocem emisit, hilari nos oculo respexit: quapropter nos in libro vitæ descripsit. Tunc clementi Judici diximus: Juste iudex, Domine, terrenis nos privati, a celestibus ne excludas; nos a parentibus segregasti, ne nos segreges a sanctis: salvum habemus tuum baptismatis signaculum, immaculatum tibi corpus offerimus ob magnam infantiam. Ne nobis ergo invadeatis salutem, quam ante tempus sine labe nacti sumus; nec fleatis quod ex pejore in melius translati simus, si pro corruptis incorrupta accepimus. Nos cum angelis hymnos canimus, cum sanctis choreas agimus; sed etiam pro vobis, qui in peccatis estis, intercedimus: nos cum infantibus ab Herode propter Christum interfectis connumeramur; nos cum Jobi filiis exultamus. Quapropter ne solliciti sitis de nobis; imo potius vos ipsos lugeate: nam mortis nostræ congruentem jam rationem intelligitis: et ut cognoscentes ac firmiter credentes, Dominum nos ad utilitatem nostram elegisse, et in sanctorum sorte constituisse, cum puerili juvenes et incorrupti a vobis abstracti huc ad nos transferentur, gaudete et lætamini, ac cum justo Jobo psallite: *Dominus dedit, Dominus abstulit: Sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum* (Job 1. 21), ex hoc nunc et usque in sæculum sæculorum. Amen.

DE PATIENTIA.

Viatores sitibundi procul positum fontem imaginantur, et illius desiderio moti celeriter festinant, ut siti medelam reperiant, et flammam intus excitatam ejus fluentis refrigerent. Eodem modo vos, dilecti, verbum veritatis sitientes, studiose acceditis ad verum fontem Dominum nostrum Jesum Christum. Ipse enim est, qui dixit: *Si quis sitit, veniat ad me et bibat* (Joan. 7. 37); et rursus, *Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam* (Math. 5. 6). Hunc fontem desiderans beatus David sic modulabatur: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus* (Psal. 41. 2). Sed ne videamur extra modo lectas Scripturas manere, his adhibitis precemur, age jam sermonem aggrediamur: sic enim nobis splendor oratio videbitur, ac læta nobis erit ecclesia. Sed ad propositum revertamur. Quid igitur est id, quod jam audivimus dicentem beatum Davidem: *Expectans expectavi Dominum, et intendit mihi, et exaudivit precem meam* (Psal. 39. 2. 3)? Magnum nobis tropæum apparuit patientia: omnes enim sanctos patientia coronatos deprehendimus, hujusque doctorem habemus Abrahamum, qui centenarius nondum filios habebat, sed per patientiam jam fructus ob oculos decernebatur. Arbor folia amiserat, radix aggravabatur; caro senuerat, et sensus ejus

vigebat: sed tamen per patientiam Isaacum fructum percepit. Vide mihi beatum Jobum, orbis athletam, qui decertavit, et diaboli vim dissipavit: quot pignas commisit diabolus, et athletam non fregit? Sagittis pharetram evacuavit, machinas adhibuit, et turrin non concussit; fluctus excitavit, et scapham non demersit; ramos confregit, et radicem non evulsit, tempestates suscitavit, et petram non commovit. Vides patientiam justii? vides certamen athlete? vides petram firmam? vides militem instructum ad aciem? vides turrin stantem? vides justum gloriosum, et diabolum cum dedecore fugatum? Vide mihi, si placet, et patientiæ ejus coronidem. Post captos boves, post perditas oves, post domum eversam et filiorum interitum (vidit quippe illos diversis temporibus natos, sed uno et communi vitæ exitu sublatis): post tantam igitur cladem invadit illum uxor his verbis: Usquequo tolerabis dicens, Ecce sustineo jaulum temporis, expectans spem salutis meæ? ecce enim deleta est memoria tua de terra: deleti filii tui et filia tua, quos cum labore peperisti, atque in vanum laboravi: tu vero ipse in fœtore vermium jaces, noctemque sub dio transigis; et ego errans et supplex locum ex loco, et domum ex domo circumveo, expectans quando sol occidat, ut a laboribus quiescam, et

a doloribus me ambientibus, qui me nunc detinent. Sed die verbum quoddam in Dominum, et morere (Job. 2. 9). Ille vero re piciens eam, vocem protulit ab omnibus-celebratam: *Si bona suscepimus de manu Domini, mala non sustinebimus (Ibid. v. 10)?* Viden' patientiæ pelagus? viden' doctrinam inconcussam? Non emollivit ejus patientiam intolerabilis casus; sed tot irruentibus malis, quasi decumanis fluctibus, scapha non submersa fuit. Vidisti patientiam justii? vidisti coronam justo ex patientia nexam? Vide mihi etiam Lazarus mendicium, imo divitibus opulentiorum, quomodo et ipse per patientiam in sinu Abrahamæ requiescat. Hic enim Lazarus ad ostium divitis sedebat fame tabescens: et ille quidem dives variis lautisque cibis quotidie ventrem implebat; Lazarus vero ne pane quidem poterat ventrem implere: ille parasitos alabat; hic a canibus lingebatur: ille vino coronatos crateras habuit; hic plagas suas leniebat: ille aedes habuit auro tectas, marmora Laconica, diademata aurea; Lazarus vero ne tugurium quidem habuit: ille vestiebatur sericis et leporinis; Lazarus ne pannum quidem habuit. Sed vide mihi patientiæ finem. Mortuus ergo est dives; mors enim divitis, mors est: nam mors peccatorum pessima: mortuus est etiam Lazarus; imo potius translatus est. Hic ab angelis assumebatur, hic in caelo versabatur; ille autem in gehenna comburebatur: hic aquis abunde fruebatur; ille in gehenna urebatur, et stillam desiderabat: hic in sinu Abrahamæ requiescebat; ille a verni immortali rodebatur. Et vide, si placet, patientiam beati Lazari. Non dixit in semetipso: Ego cum virtute vitam ducens paupertate premor; et ille iniquam ducens vitam dives est: huic servi adsunt indesinenter ministrantes: hic beatus, ille miser predicabatur ab hominibus: coqui illi magna cum arte ministrabant, pistores, archipistores: balnea in urbe, balnea in agris, horti et pomaria. Ille quotidie honore summo fruebatur: terra ubertim illi proferebat, et nihil largiebatur egenis: arbores fructibus onustæ in terram vertebantur: ille vero malorum pondere oppressus, in cælum non respiciebat. At Lazarus solus sedebat, tempestatem paupertatis in patientia reprensens. Vidistin' patientiam justii? vidistin' crudelitatem divitis? vidistin' tolerantiam pauperis? vidistin' inhumanitatem divitis? vidistis quod obsonium patientia protulerit? Vide mihi etiam tres pueros in fornace versantes, et per patientiam in fornace quasi in tenui aere ambulantes: quomodo hi juvenes tantum adire torquentum ausi sunt, nec secum reputarunt illam cominantem flammam, nec quam acerbos cruciatus experturi erant? Verum ita erant patientiæ animo elati, ut dicerent: *Sin minus, notum tibi sit, rex, quod deos tuos non colimus, nec statuum auream, quam exexisti, adoramus (Dan. 3. 18. 18)*. Attamen ejus tormenta adire sunt ausi; et ambulabant in fornace, Deum hymnis celebrantes, quasi in prato vel pomario vel viridario: et sic ambulabant, ac si quis in deliciis ageret, dicebantque: *Benedictus es, Domine, Deus patrum nostrorum, et laudabile et gloriosum nomen tuum in sæcula (Ibid. v. 26)*. Ac vide patientiam, quæ humilitatem deinceps ingenerat: *Quia justus es in omnibus quæ fecisti nobis (Ibid. v. 27)*. Quamvis si peccata admiserant, omnia illa vis flammæ absterserat: verumtamen illi cum patientia dicebant, *Justus es in omnibus quæ fecisti nobis*. Vidistin' patientiam justorum? Non secum reputabant corpora sua in igne versatura esse, sed adamante firmiores inventi sunt, et tam strenui erant, ut non in uno starent fornacis loco. *Et ambulantes benedicebant Deum et glorificabant (Ibid. v. 24)*. Nec modo ipsi soli, sed etiam omnes creaturas secum advocabant, soleni et lunam et stellas cæli, mare et flumina, fontes, stagna et terram, montes, colles, saltus, campos, noctes et dies. Et vide mihi rem mirabilem: ordine celebrabant et glorificabant Deum. Lege mundi creationem, ibi invenies: *In principio fecit Deus cælum et terram (Gen. 1. 1)*. Deinde in

sequenti creaturam inducit. Sic et pueri, qui legem sciebant, et Deum noverant, dicebant, *Benedicite, cæli, Domino, stellæ cæli Domino, aquæ omnes quæ super cælos sunt Domino, sol et luna Domino (Dan. 3. 59. seqq)*. Et vide postremo omnium rem miram, *Benedicite, Anania, Azaria et Misael, Domino*. Ut enim in mundi creatione legislator dicebat historiam describens, postquam consummata creatio fuerat: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram (Gen. 1. 26)*: sic et hi in fine omnium postquam hymnum compleverant, dicunt, *Benedicite, Anania, Azaria et Misael, Domino*. Vidisti patientiam justorum? vidisti coronam nexam? vidisti strenuorum juvenum fortitudinem? vidisti zelum igne ardentiorum? vidisti os cum angelis versans? vidisti linguam angelorum comministrantem? vidisti patientiam athletarum? Non tinnuerunt mortem, non mutatus est vultus eorum ob futurum cruciatum, sed læti et florentes dicebant: *Sin minus, notum tibi sit, rex, quod deos tuos non colimus, nec statuum auream, quam exexisti, adoramus*. Vidistin' quomodo ubique patientia regnum cælorum conciliat? Vide mihi, si placet, beatum Daniele in lacum leonum conjectum et leones jejunare docentem. Non enim audebant feræ propheticas gustare carnes, quia ille in patientia educatus fuerat. Hic ergo beatus Daniel in lacum leonum ingressus, non tinnuit, sed precatus est Deum, ipseque per patientiam feritatem in mansuetudinem mutavit, et naturæ ferocitatis in mansuetudinem ovis convertebatur; eratque stans Daniel ut pastor cum agnis (Dan. 14). Vidisti naturam mutatam? Et tyrannus confundebatur, videreque erat rem stupendam et mirabilem: leones ipso rege mansuetiores facti sunt. Illi namque cibum accipientes, cum tanta premerentur fame, non ausi sunt propheticas gustare carnes, nec mensam et obsonium appositum: suam negaverunt naturam ob prophetæ patientiam; neque ille incursu ferarum læsus est, quia sperabat in Domino: novit enim natura ferarum Dei imaginem revereri. Ideo cum probe sciret David, ei qui timet Dominum nihil esse aspectu formidabile, ait, *Et conculcabis leonem et draconem (Psal. 90. 13)*; et rursus Dominus: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones, et supra omnem virtutem inimici (Luc. 10. 19)*; et rursus David: *Nam et si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu necum es (Psal. 22. 4)*. Vide mihi, si placet, et beatum Eliam, qui per tres annos et sex menses cælum verbo clausit, quomodo et hic in patientia manserit, non comedens panem, neque aquam sorbens; sed in montibus spatiabatur, saltusque circumibat ob metum Jezebelis: et vir tantus per patientiam nutriebatur a corvo (3. Reg. 17. 6). Juxta fluvium Chorasin sedebat in patientia perseverans, et a corvo nutritus, etsi corvus secundum legem immundus sit. Adsit Judæus: cur propheta tuus ab immunda ave alabatur? cur? dic mihi. Moyses dixit corvum esse immundum (Levit. 11. 15): propheta vero tuus ab immunda ave cibum accipiebat. Annon alia avis erat? non erat in regione illa turtur aut columba, ut a corvo nutrireter? Expone mihi, o Judæe, questionem illam de ave. Annon Moyses legem dedit de corvo, quem inter immundas aves posuit? quomodo igitur propheta, quem tu venturum expectas, qui descendit in currum igneum, qui clausit cælum tribus annis et sex mensibus, quomodo hic qui oratione mortuos suscitavit, a corvo nutriebatur? annon poterat is, qui cælum clauserat, panes sibi deducere? Sed ut ostenderet tibi veterem legem ea quæ legis erant evertere. Et hic per perseverantiam et patientiam decertans vitam exegit, omnesque sanctos comperimus per patientiam concertasse. Contemplare mihi, si vis, et beatum Davidem, ultimum hominum, ultimum fratrum, denique regnantem in fratres suos, qui tantum hostem lapide prostravit, et phalangem ejus profligavit, virtutemque ejus ut araneam dissipavit; qui tamen cum ita pugnasset, a

βλου τὸ τέλος)· μετὰ τσαύτην οὖν ἀνάλωσιν ἐπερθεῖται καὶ ἡ γυνὴ λέγουσα· Μέχρι τίνος καρτερήσει; λέγουν· Ἰδοὺ ἀναμέμναι χρόνον μικρὸν, προσδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας μου; Ἰδοὺ γάρ ἠφάνισται σου τὸ μνημόσυνον ἀπὸ τῆς γῆς, οἱ υἱοί σου καὶ αἱ θυγατέρες σου, ἐμῆς κοιλίας· ὠδίνες καὶ πόνου, οὗς εἰς τὸ κενὸν ἔκοιπασα μετὰ μόθων· οὐδὲ αὐτὸς ἐπὶ σαπρία σκολήκων κάθησαι διανυκτερεύων αἰθρίως, κάγω πλανῆτις καὶ λάτεις· ἴσπον ἐκ τόπου περιεργομένη καὶ οἰκίαν ἐξ οἰκίας, προσδεχόμενη τὸν ἥλιον πότε δούεται, ἵνα ἀναπαύσωμαι τὸν μόθων, καὶ τῶν περιεχουσῶν με ὀδυνῶν, αἶ με νῦν συνέχουσιν. Ἄλλ' εἰπόν τὸ ῥῆμα εἰς Κύριον, καὶ τελευτᾶ· Ὁ δὲ ἐμβλέψας αὐτῇ εἶπεν τὴν αἰδίδμον καὶ παρὰ πᾶσιν ἀδομιῶν φωνῆν· *Εἰ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα ἐκ χειρὸς Κυρίου, τὰ κακὰ οὐκ ὑπολίσομεν*; Εἶδες ὑπομονῆς πέλαγος; εἶδες διδασκαλίαν ἄπτωτον; Οὐκ ἐχαίνουσιν αὐτοῦ τὴν ὑπομονὴν ἡ τῶν ἐπελθόντων ἀφορία, ἀλλὰ τοσοῦτων ἐπελθόντων ὡσπερ κυμάτων ἀλλεπαλλήλων, τὸ σκάφος ὑποβρύγιον οὐκ ἐγίνετο. Εἶδες ὑπομονὴν δικαίου; εἶδες στέφανον πλεκόμενον τῷ δικαίῳ δι' ὑπομονῆς; Ἴδε μοι καὶ τὸν πτωχὸν Λάζαρον, μάλλον δὲ πλουσιῶν εὐπορώτερον, πῶς καὶ οὗτος δι' ὑπομονῆς ἐν τοῖς κόλποις τὸν Ἀβραάμ ἐπαναπαύεται. Οὗτος γὰρ ὁ Λάζαρος παρὰ τὸν πλοῦτον τοῦ πλουσιου καθέζετο τῷ λιμῷ τηχόμενος· κἀκεῖνος μὲν ὁ πλοῦσιος διαφόροις ἐδέσμοσι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐμπιπλὼν ἠτὴν κοιλίαν· ὁ δὲ Λάζαρος οὗτε ἄρτου τὴν κοιλίαν αὐτοῦ χορτάσαι εἶχεν· οὗτος παρασίτους ἔτρεφε, καὶ οὗτος ὑπὸ κυνῶν ἐλείχετο· οὗτος ἐστεμμένους εἶχε κρατῆρας οἴνου, κἀκεῖνος τὰ τραχύματα ἐθώπευεν· οὗτος εἶχεν οἰκίαν χρυσόφορον καὶ μάρμαρα Λακεδαιμόνιαν καὶ περιεκοφαλαίς χρυσᾶς, καὶ Λάζαρος καλύβην οὐκ εἶχεν· οὗτος περιεβάλλετο σερικᾶ καὶ λαγῶς, καὶ Λάζαρος οὐκ εἶχε βράκος. Ἄλλ' ὄρα μοι τὸ τέλος τῆς ὑπομονῆς. Ἀπέθανεν οὖν ὁ πλοῦσιος (τοῦ γὰρ πλουσιῦ ὁ θάνατος, θάνατος· θάνατος γὰρ ἀμαρτωλῶν πονηρός) ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ Λάζαρος, μάλλον δὲ μετετέθη. Οὗτος ὑπ' ἀγγέλων εἴλετο, οὗτος ἐν οὐρανῷ ἐπολιτεύετο, κἀκεῖνος ἐν τῇ γένῃ κατεφλέγετο· οὗτος ὑπεραπῆλαυε τῶν υδάτων, κἀκεῖνος ἐν τῇ γένῃ κατεφλέγετο^b, ῥανίδος ἐπέθυμει· οὗτος ἐν τοῖς κόλποι· τοῦ Ἀβραάμ ἐπαναπαύετο, κἀκεῖνος ὑπὸ τῶ σκόληκος τοῦ ἀκοιμητοῦ ἐνύγετο. Καὶ ὄρα, εἰ δοκεῖ, τὴν ὑπομονὴν τοῦ μακαρίου Λαζάρου. Οὐκ εἶπεν ἐν εὐαγγ. ὅτι· Ἐγὼ ζῶν ἐν ἀρετῇ πένομαι, καὶ οὗτος ἐν ἀδικίᾳ ζῶν πλουτεῖ· παῖδες τοῦτ' ἀπειστήκεισαν ἀπαιτήτῳ λειτουργίαν προσφέροντας· οὗτος μακαρίζεται ὑπὸ ἀνθρώπων, [815] καὶ οὗτος ἐταλανίζεται· μάγειροι τοῦτ' ποικιλῆ τέχνη ὑπέρητον, σιτοποιοί, ἀρχιστοποιοί· λουτρά ἐν πόλει, καὶ λουτρά κατὰ χώρας, καὶ κήποι καὶ παράδεισοι. Οὗτος καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑπεραπῆλαυε τιμῆς· ἡ γῆ ἀπαραιτήτως αὐτῷ προσέφερε, καὶ οὗτος οὐ μετεδίωκε τοῖς ἐνδεῆσι· τὰ δὲ ὀδύρας τὸν καρπὸν βαροῦμενα εἰς τὴν γῆν ἔβλεπον, κἀκεῖνος τῷ βάρει τῶν κακῶν εἰς οὐρανὸν οὐκ ἀνέβλεπεν· ὁ δὲ Λάζαρος κατὰ μόνας ἐκάθητο, τῇ ὑπομονῇ ἀπωθούμενος· τὴν ζάλην τῆς πενίας. Εἶδες ὑπομονὴν δικαίου; εἶδες ὠμότητα πλουστου; εἶδες καρτερίαν πέντητος; εἶδες ἀπανθρωπιάν τοῦ πλουσιου; εἰδᾶτε οἷον ὀφόνιον ἤθησεν ὁ ὑπομονῆς; Ἴδε μοι καὶ τοὺς τρεῖς παῖδας ἐν καμίῳ διατρίβοντας, καὶ τὴν καμίον ὡς λεπτὴν ἀέρα καταπατοῦντας τῇ ὑπομονῇ. πῶς οὗτοι οἱ νέοι κατετόλησαν τῆς τσαυτῆς βράσαντος, καὶ οὐκ ἐλογιάσαντο τὴν ἀπειλήν τῆς φλογός, οὐδ' ὅσα τοῦτους πικρὰ βασανιστήρια ἐμελλον ἔρχεσθαι; ἀλλὰ τοσοῦτον ἦσαν ὑψηλοὶ τῷ φρονήματι τῆς ὑπομονῆς, ὥστε λέγειν αὐτοὺς· *Καὶ βάρ μη, γνωστὸν ἐστὼ σοι, βασιλεὺ, ὅτι τοῖς Θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ εἰκόνι τῇ χρυσοῦ, ἢ ἐστησας, οὐ προσκυνοῦμεν*. Ἄλλ' ὁμοῦς κατετόλησαν αὐτῶν τῶν βράσων, καὶ περιεπάτων ἐν τῇ καμίῳ καὶ ὕμουν τὸν θεὸν, ὥσπερ ἐν λειμῶνι καὶ παραδείσῳ ἡ τιμὴ χλοφάφρω^a· καὶ ὥσπερ τίς ἐν τρυφῇ διάγει, οὕτως περιεπάτων, καὶ ἔλεγεν· *Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ ἀνεῖτον καὶ δεοῦσάμενοι τὸ θεοῦ σου εἰς τοὺς αἰῶνας*. Καὶ ὄρα βλαστάνουσιν ὑπομονὴν ταπεινοφροσύνην ἐπάγουσαν ἐξῆς· *Ὅτι δίκαιος εἰ ἐπὶ πᾶσιν, οἷς ἐποίησας ἡμῖν*. Καίτοι εἰ καὶ ἀμαρτίας ἦσαν πεποιηκότας, πάσας ἀπέσμηξεν ἡ τῆς

φλογὸς δύναμις· ἀλλ' ὁμοῦς τῇ ὑπομονῇ ἔλεγον· *Ὅτι δίκαιος εἰ ἐπὶ πᾶσιν, οἷς ἐποίησας ἡμῖν*. Εἶδες ὑπομονὴν δικαίου; Οὐκ ἐλογιάσαντο, ὅτι πυρὶ ἤμελλον προσμιλεῖν τὰ τοῦτων σώματα, ἀλλὰ καὶ ἀδάμαντος στερεώτερον ἠγυρέθησαν, καὶ τοσοῦτον ἀνδρείοι, ὥστε μὴ ἐν ἐνί· τότ' ἐστάναι αὐτοὺς ἐν τῇ καμίῳ. *Καὶ περιεπάτωντες ἠβλόγησαν τὸν Θεὸν καὶ ἐδόξαζον*. Καὶ οὐ μόνον αὐτοὶ μόνου, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν κρίσιν πᾶσιν μεθ' ἐαυτῶν ἐκάλουν, τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, τὰ ἀστρα τοῦ οὐρανοῦ, θάλασσαν καὶ ποταμούς, πηγὰς καὶ λίμνας καὶ τὴν γῆν, τὰ ὄρη, τοὺς βουνούς, τὰς νάπας, τὰς πεδιάδας, τὰς νύκτας· τὰς ἡμέρας. Καὶ ὄρα μοι τὸ θαυμαστὸν· τῇ τάξει ὕμουν καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεόν. Ἄγανθό μοι τὴν κοσμοπολίαν, εὐφρόσας ἐν αὐτῇ· *Ἐρ ἀρχὴ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν*. Ἔτα τῇ ἐξῆς ἐπάγει τὴν κρίσιν. Οὕτω καὶ οἱ παῖδες ὕμουν ἐπιστάμενοι καὶ Θεὸν γινώσκοντας οὕτως ἔλεγον· *Εὐλογεῖτε, ὄβρανοι, τὸν Κύριον, ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, τὸν Κύριον, ὕδατα πάντα τὰ ἐπάνω τοῦ οὐρανοῦ, τὸν Κύριον, ἤλιος καὶ σελήνη, τὸν Κύριον*. Καὶ ὄρα μοι τὸ θαυμαστὸν ὑπερῶν πάντων· *Εὐλογεῖτε, Ἀβραάμ, Ἰσαακ, Μισαῖλ, τὸν Κύριον*. Ὅσπερ γὰρ ἐν τῇ κοσμοπολίᾳ ὁ νομοθέτης ἱστοριογράφος ἔλεγε μετὰ τὸ τὴν κρίσιν τελεσιουργήσῃν, *Ποίησμεν ἄνθρωπον κατ' ἴδιον εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν*· οὕτω καὶ οὗτοι τελευταῖον πάντων ποιησάμενοι τῆς ὕμνου· ἡγίας τὴν ἀναπλήρωσιν, λέγουσιν ἐξῆς, *Εὐλογεῖτε, Ἀβραάμ, Ἰσαακ, Μισαῖλ, τὸν Κύριον*. Εἶδες ὑπομονὴν δικαίου; εἶδες στέφανον πλεκόμενον; εἶδες ἀνδρείον ἰσχυρὸν τῶν νέων; εἶδες ζῆλον πυρὸς σφοδρότερον; εἶδες στόμα ὁμοδιαιτῶν τῶν ἀγγέλων; εἶδες γλύπταν συλλειτουργῶν τῶν ἀγγέλων; εἶδες ὑπομονὴν ἀθλητῶν; Οὐκ ἐδείλιασαν πρὸς θάνατον, οὐκ ἠλλοιώθη αὐτῶν τὸ πρόσωπον διὰ τῆς μελλούσης ἔσεσθαι τιμωρίας, ἀλλὰ φαῖδροι καὶ γεγανθήμενοι τῷ ἄνθει ἔλεγον· *Ἐάν μὴ, γνωστὴν ἐστω σοι, βασιλεὺ, ὅτι τοῖς Θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ εἰκόνι τῇ χρυσοῦ, ἢ ἐστησας, οὐ προσκυνοῦμεν*. Εἶδες πῶς πανταχοῦ ἡ ὑπομονὴ πρόβητος γίνετα· τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν; Ἴδε μοι, εἰ δοκεῖ, καὶ τὸν μακάριον Δανιὴλ τὸν εἰς λάκκον λεόντων βληθέντα, καὶ τοὺς λέοντας διδάξαντα νηστεύειν. Οὐ γὰρ ἐτόλμων οἱ θῆρες τῶν προφητικῶν ἀπογεύεσθαι κρεῶν, διὰ τὸ ὑπομονῇ αὐτὸν ἐκραψῆναι. Οὗτος οὖν ὁ μακάριος Δανιὴλ εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων εἰσελθὼν οὐκ ἐδείλιασεν, ἀλλὰ προσετύθει τῷ Θεῷ· τῇ ὑπομονῇ καὶ αὐτὸς [816] τὴν θηριωδίαν εἰς ἡμερότητα μετέβαλε, καὶ ἡ φύσις τῆς ἀγριότητος ἢ ἡμερότητα προβάτου μετεβάλλετο, καὶ ἦν ἑστῆκως Δανιὴλ ὡς ποιῆν μετὰ ἀρνῶν. Εἶδες φύσιν μεταβαλλομένην; Καὶ ὁ τύραννος κατησχύνετο, καὶ ἦν ἰσὺν γέγονε καὶ παράδειξον πράγμα· οἱ λέοντες ἡμερώτεροι τοῦ βασιλέως ἐγίνοντο. Ἐκείνῳ μὲν γὰρ παραδεχόμενον τὴν τροφὴν, καὶ τοσοῦτον λιμῷ περιεσπένετος, οὐκ ἐτόλμων προφητικῶν κρεῶν ἀπογεύεσθαι, καὶ τῆς τραπέζης αὐτοῖς παρακειμένης, καὶ τοῦ ὀφονίου, ἠρῆσαντο αὐτῶν τὴν φύσιν διὰ τὴν ὑπομονὴν τὸ προφῆτον, καὶ οὐδὲν αὐτὸν ἴδικησεν ἡ τῶν θηρίων ἐφοδος, διὰ τὸ ἐλπίζειν αὐτὸν ἐπὶ Κύριον· οἶδε γὰρ καὶ ἡ φύσις τῶν ἀγρίων αἰδεῖσθαι τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο σαφὲς ἐπιστάμενος Δαυὶδ, ὅτι ὁ ἐλπίζων ἐπὶ Κύριον, οὐδὲν αὐτῷ φρικτὸν ἐπ' ὀφείσει, λέγει· *Καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα*· καὶ πάλιν ὁ Κύριος· Ἰδοὺ, *δέδωκα ἡμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄρων καὶ σκορπίων καὶ ἐπὶ πᾶσιν τὴν δύναμιν τοῦ Ἐχθροῦ*· καὶ πάλιν ὁ Δαυὶδ, *Ἐάν γὰρ καὶ περὶβῶ ἐν μέσῳ σκιάς θανάτου, οὐ φοβηθήσομαι κινδύ, ὅτι οὐ μετ' ἐμοῦ εἰ*. Ἴδε μοι, εἰ δοκεῖ, καὶ τὸν μακάριον Ἡλίαν, τῷ λόγῳ τὸν οὐρανὸν κλείσαντα ἐπὶ ἔτη τρία καὶ μῆνας ἔξ, πῶς καὶ οὗτος τῇ ὑπομονῇ ἔμεινε, ἄρτον μὴ φαγῶν, μετὰ ὕδατος ἐμφορηθεῖς· ἀλλὰ περιεπάτει τὴν ἔρημον καὶ τὰς νάπας περιεργόμενος διὰ τὸν φόβον τῆς Ἐξάβελα, καὶ ὁ τοσοῦτος ἀνὴρ τῇ ὑπομονῇ διὰ κόρακος ἐτρέφετο. Παρὰ τὸν ποταμὸν τὸν Χοραεῖν ἐκάθητο τῇ ὑπομονῇ προκαρτερῶν, καὶ ὑπὸ κόρακος τρεφόμενος· καίτοι ὁ κόραξ νομικὸν ἀκάρθρον. Παρέστω ὁ Ἰουδαῖος· Πῶς ὁ προφῆτης σου ὑπὸ ἀκαθάρτου ἐτρέφετο; πῶς τοῦτο, εἰπέ μοι· Ὁ μὲν Μωυσῆς ἀκαθάρτον ἔλεγε ἐλεῖν τὸν κόρακα· ὁ δὲ προφῆτης σου ὑπὸ ἀκαθάρτου τὴν τροφὴν ἐδέχετο. Οὐχ ὑπὲρ γὰρ ἔτερον πετεινόν· οὐκ ἦν ἐν τῇ γλάρᾳ τῶν

^a Savil coni dicitur ἐπιπλῶν. ^b Idem coni καταφλόγ.

Saule impugnabatur, etiamsi illi David beneficia contulisset, psallenteque illo dæmonium fugaretur : et cum serpe illum invenisset David, ita ut facile occidere posset, illum tamen injuriæ immemor illæsum reliquit : et cum serpe Saül ipsum invasisset occisurus, David rursus totum Deo committebat.

Vide autem mihi et beatum Josephum, castitatis athletam, quomodo et ipse patientiæ philosophiam sectatus sit. Primo quidem insidiis appetitus a fratribus propter somnia. Et vide fratrum livorem. Si vera somnia, qua machina fieri poterat, ut quæ prævisa fuerant non acciderent? si vero mendaces somniorum visiones, quid invidetis ei qui deceptus est? Et vide rem miram, dilecte : seipsum vidit a sole et luna et undecim stellis adoratum. Hoc audierunt ejus fratres ; imo potius discipuli diaboli, qui a patre suo diabolo docti erant invidiam et cædem, sorores iniquitatis ipsorum, quas Paulus conjunxit dicens, *Plenos invidia et cæde* (Rom. 1. 29). Audierunt regnum in seipsum quod ipse erat accepturus, et ad illum occidendum concitati sunt. Beatus vero Joseph agonem illum sustinuit ; et cum fratres ejus abiissent, ut pascerent oves in Sychem, dixit pater ejus : *Nonne ecce fratres tui pascunt in Sychem? Veni, mitam te, et vide si valeant fratres tui et pecora, et annuntia mihi* (Gen. 37. 15). Illo eunte, viderunt eum procul venientem, et mutuo dixerunt : *Ecce somniator ille venit. Venite, occidamus eum, et videamus si proximi illi somnia sua* (Ibid. v. 19. 20). Viden' consilium ad fratris cædem peragendum? Rursus diabolus ipsis consiliarius fuit, et ipsi has disciplinas accuratius didicerunt. Venit frater ad illos, et exuerunt eum tunica; sed non fuit patientia nudatus. Etiamsi enim velamen corporis deposuerit, at castitatem suam et spem in Deum non deposuit, sed ad Deum ille causam suam retulit. Hædum maclarunt, tunicam ejus sanguine repleverunt, et patri attulere dicentes : *Agnosce cujus sit hæc tunica. Agnovit pater filii tunicam polynitam. Lugere cœpit et lamentari, fletusque dicebat : Fera pessima devoravit Joseph. Vere enim fera pessima erant qui hæc fecerant ; imo ipsis feris ferociores, qui consilio invito fratrem occiderint, et fratricidium perpetrare voluerint. Attamen beatus Joseph concertans cum patientia ferebat : injectus est in lacum ; id quoque toleravit. Dicite mihi, o execrandi, cur tantam inhumanitatem in fratrem admististis? non satis fuit vobis, quod illum tunica exueritis : ipsum etiam injectistis in lacum? non cogitastis Deum in cælo omnia videre? non exhorruit corpus vestrum? non formidavit cor vestrum, cum hoc facere ausi estis? nesciis primum legis præceptum esse, *Non occides* : et hoc in primis facere curastis, maximeque in fratrem? Deinde habito consilio, decreverunt illum vendere in servitutem. Descendebant Ismaelitæ in Ægyptum : viderunt eos, et extraxerunt illum de lacu, et venderunt regem suum, quasi is qui servus erat, nunquam regnatus esset. Descenderunt in Ægyptum. Et vide quomodo tentatio tentationem exceperit. Ipsum convenit Ægyptia : pernicioso verbo justum allicere tentavit dicens, *Dormi mecum* (Ibid. 39. 7), et præmia donaque tibi præbebo : servi mei sub manibus tuis sicut opibus te variis et multis ditabo, totam domum meam tibi committam, et ego ancilla tua ero : solum obtempera mihi, Joseph, vulnere meo te accommoda, exstingue flammam intus ardentem, cor meum affectu ardens refrigera, infelici animæ meæ te attempera. Ille vero respondens dixit : *O miker, servus numquam fueram, sed per invidiam et livorem servus huc descendi. Ne fedes meam castitatem, ne abripias meam nobilitatem : non prodo sensum meum, non me projicio in os mortis, non perdo generis mei dignitatem. Abrahami sum abnepos, qui cum Deo loquutus est cum fiducia, cui Deus dixit : *Certe benedicens benedicam tibi, et multiplicans multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, et sicut arenam quæ est in litore maris* (Ibid. 22. 17). Avus meus est Isaac ille,**

qui in sacrificium se alacriter obtulit : pater meus est Jacob, qui cum angelis luctatus est, ille qui vidit cælestem scalam, quæ a terra in cælum firmata erat, et angelos Dei ascendentes et descendentes. Hujus filius sum : non sum fugitivus, non acerbus ; non damnatus hic venditus sum, sed per invidiam et livorem. Ut vero suis sermonibus non potuit illum ad adulterium deducere, neque castitatem ejus blandis elequiis labefactare, detinuit eum vestimento. Ille vero exutus vestimentis suis abcessit nudus. Vidisti patientiam? Exiit castus athleta dicens, Propter serpentem indimur, per castitatem exuimur : propter inobedientiam tegumentum accepimus, propter mandatum Dei dicens : *Non adulterabis*, illud deponimus. Et exiit nudus ; imò potius Christum indutus. Spumam tunc emisit mare, et furebat procellas excitare volens, et navim cum viris demergere, neque potuit, sed in tanta tempestate quasi in tranquillo mari sic navigabat ille. Quanta movit, et hunc non læsit? Scapham perforavit, et sarcinam non abstulit. Quot turbas movit et thesaurum non abripuit? Demum illa circumspiciens, et optatum non inveniens, incipit demum calumniari, et viro suo dicit : *Induxisti mihi hæc puerum Hebræum, qui illuderet mihi* (Gen. 39. 17). Audivit ille et ira incensus est, ipsumque in carcerem trusit. Nam qui in tenebris erant, opus habebant lucerna, et qui fame tabescebant, frumenti largitore. Hic mihi demum alium agonem contemplare. Non satis erat ei, quod patre privatus esset, quod a fratribus insidiis appetitus, quod a terra sua sublatus ; sed additus est mulieris insultus, addita in carcerem conjectio. Demum, dilecti, in carcere jacebat. Injecti sunt in locum eundem princeps pincernarum et princeps coquorum (Ibid. 40. 3). Ambo somnia viderunt, et mœstæ erant facies eorum. Vidit illos Joseph et dixit eis : *Cur vultus vestri mœsti sunt? Responderunt illi : Somnium vidimus, et non est qui interpretetur. Reponit ille : Referte mihi utriusque quid videritis. Quid ais, Joseph? an non vidisti somnium? Horum finis nondum advenit. Vidisti te a sole et luna adorari ; et ecce servus venditus es : vidisti manipulos fratrum tuorum conversos et adorantes manipulum tuum ; et ecce in carcere inclusus es. Quid ergo interrogas, dum fratrum opera tantam fers calamitatem? cur tantum insanis? Non insanio, inquit ; novi patientiæ meæ coronam, novi harumque calamitatum lucrum, novi qualis flos exoriturus sit : *Nemo enim coronatur, nisi qui legitime certaverit* (2. Tim. 2. 5) ; ac rursus beatus David : *Expectans expectavi Dominum, et intendit mihi* (Psal. 39. 2). Vidisti patientiam athletæ, vidisti perseverantiam, vidisti sensum non servilem, vidisti certatorem non lapsum, vidisti ex castitate coronatum, vidisti naventiam castitatis, vidisti gubernaculum juvenum, vidisti frenum vivacium, vidisti gubernatorem voluptatum, vidisti ejus certamen, vidisti ejus agonem? Quot quot ergo juvenes estis, hoc ratiocinium accipite : nihil enim patientia fortius. Radix enim omnium bonorum est patientia, mater pietatis, ramus lætitiæ, fructus qui non marcescit, turris inexpugnabilis, portus non agitatus fluctibus. Vidistis quam bonum obsonium sit patientia? Transemus, si placet, ad beatam Susannam ; hæc quoque in patientia certavit. (Dan. 13) : et videamus in muliebri corpore virilem animam, et mulieris castitatem cujus memoria manet immortalis cum victoria conjuncta. Nam et ipsa beata Susanna decertavit in publico theatro, ubi Deus et angeli et principatus et potestates ejus certamina videbant. Nam ejus quoque patientiam hic celebrare volo. Hæc igitur Susanna pro more ingressa est in pomarium ad spatiandum : duo autem scelesti seniores absconditi erant in pomario. Erat porro illa ceu agna solitaria decambulans in pomario ; duo autem seniores lupi tecti meditates quomodo illam caperent. Invenerunt autem illam solam, et ad illam accurrerunt : illa vero non formidavit, neque terruit, eam illorum incursus, sed stabat castitate firma. Illi*

vero dixerunt ei, In concupiscentia tui sumus, nobis obtempera: nos sumus seniores populi. Qui populum gubernare videbantur, ipsi sese demergunt. Nobis subjecta est lex (imo potius vos lex damnat dicens: *Non concupisces uxorem proximi tui* [Exod. 20. 17]) : si autem nobis non obtemperes, te accusabimus quod cum juvene fueris. Illa autem hoc audito sermone ingemuit dicens, *Angustiae mihi sunt undique*. Eligenda potius mors est pro castitate, quam nuptiae illicitae. Illi autem amissa praeda, accusabant illam ante populum: haec vero tacebat patientiae lucrum cernens. Condemnarunt illam ob violatam castitatem,

imposuerunt illi manus, ipsa pergebat ad mortem. Vidit populus condemnationem: universorum vero cognitor Deus excitavit Spiritum sanctum super Daniele, qui occulta consilia aperuit, seniorum impudicitiam, Susannae castitatem. Ipsi pudore suffusi sunt, et illa glorificata est: hi in infamia, illa in gloria. Nostis quod obsonium sit patientia. Quotquot igitur imaginem patientiae habetis, hoc desiderium aemulamini: *Qui enim perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* (Math. 24. 13) in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen.

ADMONITIO

IN ORATIONEM SEQUEMTEM.

Haec oratio Chrysostomi nomine habetur in Codice Vaticano 572, fol. 18. Habetur etiam in duobus Regiis, in Anglicano Baroc., et in Taurinensi quodam. Vide etiam Lambec. L. IV, p. 94. Editaque

fuit a Savil. T. 6, p. 968. Ubique fertur nomine Chrysostomi; sed nihil habet Chrysostomo dignum, ut quisque vel mediocriter peritus statim animadvertet.

DE SALUTE ANIMAE.

Carissimi, quotquot res hujus vitae vanas et fluxas reliquistis, concertate ne rursus in illas animum vestrum convertatis. Divitiae namque transeunt, et gloria perit, pulchritudo marcescit, omniaque mutantur et sicut fumus dissipantur, atque ut umbra praetererint, et ut somnium dissipantur. Ideo dicebat Salomon, *Vanitas vanitatum, omnia vanitas* (Eccli. 1. 2) : Davidque ait: *In imagine pertransit homo* (Psal. 38. 7). Sed frustra conturbantur omnes, qui pro rebus hujus vitae concertant: vere frustra conturbantur, frustra tumultuantur, frustra agitantur, concertantes et colligentes ea, quae paulo post relicturi sunt: quae nobiscum assumere non possumus; sed omnibus relicti, nudi ut nati sumus, ad tremendum Judicem migrabimus. Etiam si omnes thesauros corrauerimus, nudi, tenebrosi, miserabiles, tristes, demissi, humiliati, contriti, timidi, trementes, moesti, dolentes, prono ad terram vultu, ipsi inque praepudore obtegentes: sic migrabimus, sic resurgemus, sic adstabimus ante tribunal illud horrendum, acerbum, ubi nulla personarum exceptio, ubi angeli tremunt, ubi throni terribiles ponuntur, ubi libri actorum aperiuntur, ubi fluvius ignis inextinguibilis, ubi immanis ille vermis, ubi tenebrae sine luce, ubi frigidus ille tartarus, ubi stridor dentium, ubi lacrymae interminabiles, ubi gemitus qui comprimi nequit, ubi luctus inconsolabilis; ubi non est risus, sed planctus; ubi non est gaudium, sed gemitus; ubi non est voluptas, sed iudicium; ubi non est vox, sed tremor. Horribile est audire, dilecti, horribilius est videre omnem creaturam stantem, et rationem reddentem, de verbo, de opere, de cogitationibus, quae in nocte et in die peccavimus. Magnus tunc timor, fratres, magna necessitas, qualis nunquam fuit, neque erit usque ad diem illam. Tunc angeli circumcursant, tubae clangunt, stellae cadunt, sol obtenebratur, caeli convolvuntur, terra concutitur, potestates praecurrunt, Seraphim clamant, superna, infima, terrestria, inferna turbantur, sepulcra aperiuntur, corpora resurgunt et congregantur, iudicium apparatur. Multus timor, inenarrabilis tremor, incomprehensibilis necessitas quae tunc erit: magna hiems illa, magnus dolor, gravis calamitas, incessabilis tumultus, magnus ululatus. Audi igitur Danielem dicentem: *Aspiciebam in visione noctis, donec throni positi sunt, et antiquus dierum sedit. Vestimentum ejus candidum sicut nix, capillus capitis ejus purus ut lana, thronus ejus flamma, rotae ejus ignis accensus. Fluvius igneus trahebat in conspectu ejus: milia nullum assi-*

stebant ei, et decies milles dena millia ministrabant ei: iudicium sedit, et libri aperti sunt. Inhorruit tunc spiritus meus. Ego Daniel vidi, et visio capitis mei conturbavit me (Dan. 7. 9. 10. 15). Papae! propheta ad visionem futuri iudicii inhorruit. Ecquid nos passuri sumus, cum ad res ipsas pervenerimus? cum ab oriente sole usque ad occidentem congregati aderimus nudi, et cum onus peccatorum in collo positum omnibus ostendemus? Tunc blasphemorum lingua flammis ardebunt, et nemo erit qui refrigeret; tunc obretatorum dentes conterentur a trucibus angelis; tunc avarorum manus pendentes tremunt, et excarnificate dolorem afferent; tunc nugatorum ora igne obstruentur; tunc annuentium oculi effodientur sine misericordia. Ubi tunc parentes, ubi fratres, ubi pater, ubi mater, ubi cognati, ubi amici? ubi regum fastus, ubi principum potestas, ubi tyrannorum arrogantia, ubi iudicium superbia? ubi servi, ubi ancillae? ubi luxus vestimentorum, ubi colores gemmarum, ubi fastus auri, ubi sonus argenti? ubi ornatus annulorum, ubi calceus pedem circumstringens, ubi serica vestimenta, ubi byssina? ubi carnes, ubi unguenta et vanae fumigationes? ubi reconditi thesauri, ubi ornati lecti? ubi ii qui despiciebant pauperes? ubi ii qui negligebant illos qui in necessitate erant? ubi illi qui se sapientes putabant? ubi qui cum tympanis et choris vinum bibebant? ubi illi qui semper ridebant, et piis illudebant? ubi illi qui servos male afficiebant, et timorem Dei nihili pendebant? ubi illi qui ultionem divinam non credebant, et quasi imortales versabantur? ubi sunt qui dicebant: Comedamus et bibamus, cras enim moriemur? ubi sunt illi qui dicebant: Da mihi hodiernum diem, et sume tibi crastinum? ubi sunt qui dicebant: Fruamur praesentibus, et de illis videamus? ubi sunt qui dicebant: Clemens est Deus, peccatores non punit? O quantum poenitebit eos qui talia dicunt! quantum lugebunt, et nemo miserebitur illorum! quantum ingemiscent, et nemo redimet! quanta sese macerantes dicent: Vae! quia nobis illusimus; vae! quia nos perdidimus. Dicebamur, et non attendimus; movebamur, et despicebamur: haec testifrabantur nobis, et non credebamus: dum Scripturas audiremus, nos ipsos in errorem induximus. Justum iudicium Dei: digna enim iis quae fecimus, recipimus. Vae nobis, quia propter temporaneam voluptatem, aeternum cruciamur! pro modici temporis incuria in aeternum ignem demergimur; propter vanam gloriam a gloria Dei excidimus;

Ἵσοι τούτων τολών νέοι, τὸν λογισμὸν ἀναδέξασθε· ὑπομονῆς γὰρ οὐδὲν ἰσχυρότερον. Ἴριζα γὰρ πάντων τῶν ἀγαθῶν ἐστὶν ἡ ὑπομονή, μήτηρ εὐσεβείας, κλάδος εὐφροσύνης, καρπὸς ἀμάρταντος, πύργος ἀκαταμάχητος, λιμὴν ἀγείματος. Εἶδετε οἶον ὀφώνιον ἀγαθὸν ἐστὶν ἡ ὑπομονή; Μεταδῶμεν δὲ, εἰ δοκεῖ, καὶ ἐπὶ τὴν μακαρίαν Σωσάνναν· καὶ αὕτη ἠγωνίσαστο τῇ ὑπομονῇ· καὶ ἰδῶμεν καὶ εἰς αὐτὴν ἐν γυναικίῳ σώματι ἀνδρείαν ψυχῆς, καὶ γυναικὸς σωφροσύνην, ἥς μνήμη μένει ἀθάνατος μετὰ νίκης. Καὶ γὰρ καὶ αὕτη ἡ μακαρία Σωσάννα ἠγωνίζετο ἐν τῷ πανδήμῳ θεάτρῳ, ὅπου καὶ θεὸς καὶ ἄγγελοι καὶ ἄρχαι καὶ ἐξουσία ἐθεώρουν αὐτῆς τὴν ἀθλήσιν. Καὶ γὰρ αὐτῆς τὴν ὑπομονὴν βούλομαι παραστήσαι τῷ λόγῳ. Αὕτη τοίνυν ἡ μακαρία Σωσάννα εἰσῆλθεν ἐν τῷ παραδείσῳ κατὰ τὸ ἔθος περιπατήσαι· οἱ δὲ δύο παράνομοι πρεσβύτεροι ἦσαν κεκρυμμένοι ἐν τῷ παραδείσῳ. Ἦν δὲ αὐτῆ ὡς ἄμυδος ἀπολελειμένη καὶ περιπατοῦσα ἐν τῷ παραδείσῳ· καὶ οἱ δύο πρεσβύτεροι ὡς λύκοι περιβεβλημένοι πῶς ταύτην ποιήσωσι θηριάλωτον. Εὖρον δὲ αὐτὴν καταμόνας, καὶ ἐπέδραμον αὐτῇ· ἡ δὲ οὐκ ἐδειλάσεν, οὐδὲ ἐπτόχηεν αὐτὴν ἡ τούτων ἔφοδος, ἀλλ' εἰστήκει ἀτρεπτος τῇ σωφροσύνῃ· οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτὴν· Ἐν ἐπιθυμίᾳ σου ἔσμεν, πελοσθητι ἡμῖν· ἡμεῖς ἔσμεν οἱ πρεσβύτεροι τοῦ

λαοῦ (οἱ δοκοῦντες κυβερνᾶν τὸν λαόν, αὐτοὶ δ' αὐτοῦς ὑποβρυχίου ποιοῦντες)· ἡμῖν ὑπόκειται ὁ νόμος (μᾶλλον δὲ ὁμᾶς κατεδίκασεν ὁ νόμος λέγων, Οὐκ ἐπιθυμίσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου)· ἐὰν δὲ μὴ πεισθῆς ἡμῖν, κατηγορήσομεν σου, ὅτι ἦν μετὰ σοῦ νεανίσκος. Ἡ δὲ ἀκούσασα τὸν λόγον ἐστέναιξε λέγουσα· Στενά μοι πάντοθεν. Αἰρετὸς μοι θάνατος ὑπὲρ σωφροσύνης, ἢ [819] γάμος ἀτακτος. Οἱ δὲ ἐκπεσόντες τὸ θεράματος, κατηγοροῦν αὐτῆς ὑπὸ τοῦ λαοῦ· αὕτη δὲ ἐσιώπα ἰδοῦσα τῆς ὑπομονῆς τὸ κέρδος. Κατεδίκασαν ταύτην ὑπὲρ σωφροσύνης, ἐπέθηκαν αὐτῇ τὰς χεῖρας, ἐπορεύετο τοῦ ἀποθανεῖν. Εἶδαν ὁ λαὸς τὴν καταδίκην· ὁ δὲ προγκύστης τῶν ὄλων θεὸς ἐξήγειρε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ Δανιὴλ, καὶ ἤλεγεξ κεκρυμμένας γυνάμεις, τῶν μὲν πρεσβυτέρων τὴν ἀκολασίαν, τῆς δὲ Σωσάννης τὴν σωφροσύνην. Οὗτοι κατησχύνοντο, καὶ αὕτη ἐδοξάζετο· οὗτοι ἐν ἀτιμίᾳ, καὶ αὕτη ἐν δόξῃ. Οἴδατε οἶον ὀφώνιον ἐστὶν ἡ ὑπομονή. Ὅσοι τοίνυν τὴν εἰκόνα τῆς ὑπομονῆς ἔχετε, τούτων τὸν πόθον ζηλώσατε· Ὁ γὰρ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

* Leg. ἐπί.

Περὶ σωτηρίας ψυχῆς.

Ἄγαπητοί, ὅσοι τὰ τοῦ βίου μάταια καὶ ἀπολλύμενα πράγματα κατελίπετε, ἀγωνίσασθε, ἵνα μὴ πάλιν ἐπ' αὐτὰ τὸν ὑμέτερον νοῦν ἐπιστρέψητε. Ὁ γὰρ πλοῦτος πέρερχεται, καὶ ἡ δόξα ἀπόλλυται, καὶ τὸ κάλλος μαραινεται, καὶ πάντα ἀλλάσσονται, καὶ ὡς καπνὸς ἀπόλλυται, καὶ ὡς σικκὶ παράγουσι, καὶ ὡς ἐνύπνιον ἐξ-αφανίζονται. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν ὁ Σολομὸν· *Ματαιότης ματαιωτήτων, τὰ πάντα ματαιότης*· καὶ ὁ Δαυὶδ λέγει· *Ἐν εἰκόνι διαπορεύεται ἄνθρωπος*. Πλὴν μάτην τaráσσονται πάντες οἱ τὰ τοῦ παρόντος βίου πράγματα ἀγωνιώντες· ἔντως μάτην τaráσσονται, μάτην θορσούονται, μάτην χεϊμάζονται, ἐπισυνάγοντες καὶ θησαυρίζοντες τὰ μετ' ὀλίγου καταλείπομενα· ἄπερ λαθεῖν μεθ' ἑαυτῶν οὐ δυνάμεθα, ἀλλὰ πάντα καταλιπόντες, γυμνοὶ ὡς ἐγενήθημεν πορευσόμεθα πρὸς τὸν φοβερὸν δικαστῆν. Κὰν πάντας τοὺς θησαυροὺς συνάξωμεν, γυμνοὶ, σκοτεινοί, ἔλεεινοί, σκυθρωποί, τετραχλισμένοι, τεταπεινωμένοι, συντριμμένοι, ἔμφοβοι, ἐντρομοί, κατ' ἄρτης, ὀδυνηροί, εἰς γῆν τὸ πρόσωπον ἔχοντες, καὶ τοῦτο μετ' ἀσύντης συγκαλύπτοντες· οὕτω πορευσόμεθα, οὕτως ἀναστήσμεθα, οὕτω παραστήσμεθα εἰς ἐκεῖνο τὸ φρικτὸν καὶ πικρὸν ἀπροσώλητον δικαστήριον, ὅπου ἄγγελοι τρέμουν, ὅπου θρόνοι φοβεροὶ τίθενται, ὅπου αἱ βίβλοι τῶν πράξεων ἀνοίγονται, ὅπου ὁ ποταμὸς τοῦ πυρὸς τοῦ ἀσέβητου, ὅπου ὁ ἀνήμερος σκώληξ, ὅπου τὸ ἀφώτιστον σκότος, ὅπου ὁ ἀθέριμος τάρταρος, ὅπου ὁ βρογμὸς τῶν ὀδόντων, ὅπου τὸ ἀκατάπαυστον δάκρυον, ὅπου ὁ ἀσίγητος στεναγμὸς, ὅπου τὸ ἀπαραμύθητον πένθος, ὅπου οὐκ ἔστι γέλασ, ἀλλὰ θρήνος· ὅπου οὐκ ἔστι χαρμωσύνη, ἀλλὰ στεναγμὸς. [820] ὅπου οὐκ ἔστι τρυφή, ἀλλὰ κρῖσις· ὅπου οὐκ ἔστι φθόγγος, ἀλλὰ τρόμος. Φοβερὸν ἔντως ἀκούσα· ἀγαπητοί, φοβερότερον δὲ τὸ ἰδέσθαι πᾶσαν τὴν κτίσιν ἰσταμένην, καὶ ἀπολογουμένην ὑπὲρ λόγου, ὑπὲρ ἔργου, ὑπὲρ ἐνοιῶν, τῶν ἐν νουκτι, τῶν ἐν ἡμέρᾳ, ὧν ἡμέρομεν. Μέγας ὁ φόβος, ἀδελφοί, τότε, μεγάλη ἡ ἀνάγκη, οἷα οὐδέποτε ἐγένετο οὐδὲ γενήσεται ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης. Τότε ἄγγελοι περιτρέχουσι, αἱ σάλπιγγες βῶσι, τὰ ἄστρα πίπτουσι, ὁ ἥλιος σκοτίζεται, οἱ οὐρανοὶ εἰλλασονται, ἡ γῆ σαλεύεται, αἱ δυνάμεις προτρέχουσι, τὰ Σεραφίμ βῶσι, τὰ ἄνω, τὰ κάτω, τὰ ἐπίγεια, τὰ καταθόβια τaráσσονται, τὰ μνημεῖα ἀνοίγονται, τὰ σώματα ἀνίστανται καὶ συνάγονται, τὸ κριτήριον εὐτρεπίζεται. Πολὺς ὁ φόβος, ὀδύνητος ὁ τρόμος, ἀκατάληπτος ἡ ἀνάγκη ἡ τότε γινόμενη· μέγας ὁ χεῖμων ἐκείνος, μεγάλη ἡ ὀδύνη, χαλεπὴ ἡ περιστάσις, ἀκατάπαυστος ὁ θόρυβος, μέγας ὁ ὀλογγμὸς. Ἄκουε οὖν τοῦ Δανιὴλ λέγοντος·

*Ἐθεώρουν ἐν ὄραματι τῆς νυκτὸς, ἕως οὗ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ Παλιῶν ἡμερῶν ἐκάθισεν. Τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιῶν, ἡ ὀριξ ἐξ κεφαλῆς αὐτοῦ καθαρὸν ὡς κριον· ὁ θρόνος αὐτοῦ φλόξ, οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον. Ποταμὸς πυρὸς εἰλλεν ἐμπροσθεν αὐτοῦ· χίλιμι χιλιάδες παρσισηκισαν αὐτῷ, καὶ μύρια μυριάδες ἐλειτούρουν αὐτῷ· τὸ κριτήριον ἐκάθισεν, καὶ βίβλοι ἠνεψῆθησαν. Ἐφριξ τότε τὸ πνεῦμά μου. Ἐγὼ Δανιὴλ εἶδον, καὶ ἡ ὄρασις τῆς κεφαλῆς μου συνταράξέ με. Βαβαί! ὁ προφήτης τὸ ὄραμα τῆς μελλούσης κρῖσεως ἰδὼν ἐφριξε! Καὶ τί ἔρα ἡμεῖς μέλλομεν ὑπομένειν, ὅταν εἰς αὐτὰ τὰ πράγματα ἔλθωμεν; ὅταν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλιου μέτροι δυσμῶν ἐπισυναγόμενοι παριστάμεθα γυμνοί, καὶ τὸ φορτίον τῶν ἁμαρτιῶν ἐπὶ τοῦ τραχήλου πᾶσιν ἐπιδεικνύοντες; Τότε τῶν βλασφημῶν αἱ γλώσσαί φλογίζονται, καὶ οὐκ ἔσται ὁ δροσίζων· τότε τῶν καταλαλούντων οἱ ὀδόντες συντριβονται ὑπὸ ἀποτόμων ἀγγέλων· τότε τῶν φιλογύρων αἱ χεῖρες κρεμάμεναι τρέμουσι, καὶ ξεόμεναι ὀδύνονται· τότε τῶν φιλάτρων τὰ στόματα ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἐμφράττονται· τότε τῶν διανευόντων οἱ ὀφθαλμοὶ ἐσφραττῶνται ἀνιεύσι. Παῦ τότε γονεῖς, ποῦ ἀδελφοί, ποῦ πατήρ, ποῦ μήτηρ, ποῦ οἱ συγγενεῖς, ποῦ οἱ φίλοι; ποῦ ἡ τῶν βασιλέων φαντασία, ποῦ τῶν ἀρχόντων ἡ ἐξουσία, ποῦ ἡ τῶν τυράννων ἀπόνεια, ποῦ ἡ τῶν δικαστῶν ὑπερφάνεια; ποῦ αἱ δοῦλοι, ποῦ αἱ δοῦλαι; ποῦ ὁ καλλιπιδὸς τῶν ἱματιῶν, ποῦ αἱ χρῶαί τῶν μαργάρων, ποῦ ἡ φαντασία τοῦ χρυαίου, ποῦ ὁ κτύπος τοῦ ἀργυρίου; ποῦ ἡ κόσμησις τῶν δακτυλίων, ποῦ τῶν ποδῶν τὸ περισιγγῶν ὑπόδημα, ποῦ τὰ σιρκιὰ ἱμάτια, ποῦ τὰ βύσσινια; ποῦ τὰ κρέα, ποῦ τὰ μύρα καὶ τὰ μάταια κενύσματα; ποῦ οἱ φυλασσόμενοι θησαυροί; ποῦ αἱ κεκοσμημέναι κλίβαι; ποῦ οἱ παρορῶντες τοὺς πέντας; ποῦ οἱ παραβλέποντες τοὺς ἐν ἀνάγκῃ; ποῦ οἱ νομίζοντες εἶναι σοφοί; ποῦ οἱ μετὰ τυμπάνων καὶ χορῶν τὸν οἶνον πίνοντες; ποῦ οἱ διαπαντὸς γελάοντες, καὶ τοὺς εὐλαβεῖς ἐκμυκτηρίζοντες; ποῦ οἱ τοὺς δούλους καταπονούντες, καὶ τοὺς φόβου τοῦ θεοῦ καταφρονούντες; ποῦ εἰσὶν ἀπιστοῦντες τῆς ὁδοῦ, καὶ ὡς ἀθάνατοι διακείμενοι; ποῦ εἰσὶν οἱ λέγοντες, *Φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὐριον γὰρ ἀποθνήσκειμεν*; ποῦ εἰσὶν οἱ λέγοντες, Δός μοι τὴν σημερον, καὶ λάβε τὴν αὐριον; ποῦ εἰσὶν οἱ λέγοντες, Ἀπολαύσωμεν τῶν ὡδων, καὶ περὶ τῶν ἐκεῖ βλέπωμεν; ποῦ εἰσὶν οἱ λέγοντες, Φιλάνθρωπος ἐστὶν ὁ θεός, καὶ οὐ κολάζει τοὺς ἀμαρτωλοὺς; ἢ πόσα μετανοήσαντες οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες! πόσα κήσονται, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἐλεῶν αὐτοῦ! πόσα στενάζουσι, καὶ οὐδεὶς ὁ λυτρούμενος! πόσα ἐκ-*

τοὺς κατακόπτοντες εἰπωσιν. Οὐαί, οὐαί, ὅτι ἑαυτοὺς ἐγλυκάσαμεν! οὐαί, ὅτι ἑαυτοὺς ἀπαλάσαμεν! Ἐδίδα-
σκόμεθα, καὶ οὐ προσείχομεν· ἐνουθετούμεθα, καὶ κατ-
εφρονούμεν· διεμαρτύραντο δὲ ἡμῖν, καὶ οὐκ ἐπιστεύο-
μεν· τῶν Γραφῶν ἀκούοντες ἑαυτοὺς ἐπλανώμεν. Δι-
καία ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ· ἄξια γὰρ ὦν ἐπράξαμεν ἀπο-
λαμβάνομεν. Οὐαί ἡμῖν, ὅτι διὰ πρόσκαιρον ἡδονὴν αἰω-
νίως κολαζόμεθα, διὰ μικρὸν χρόνον ἀμέλειαν τῷ αἰωνίῳ
πυρὶ καταπονήζομεθα, διὰ δόξαν ματαίαν τῆς δόξης τοῦ
Θεοῦ ἐξεπέσαμεν, διὰ μικρὰν τρυφήν τῆς τοῦ παραδείσου
τρυφῆς ἐστερήθημεν, διὰ [821] πλοῦτον ἀπολλύμενον
τὸν πλοῦτον τῆς βασιλείας ἀπολάσαμεν! Ἐν τῷ ματαίῳ
αἰῶνι ἡμεῖς ἀπηλαύσαμεν, ἀλλ' ἐν αὐτῷ οἱ μὴ ἀπολαύσαν-
τες εὐφραίνονται. Νῦν οἱ νηστεύοντες τρυφῶσιν, οἱ ἀγωνι-
σάμενοι εἰς τὸν οὐρανόν νομῶντες χορεύουσιν, οἱ σκορπί-
σαντες τὸν πλοῦτον ἐν ἀγαλλίσει θερίζουσιν, οἱ κλαύσαντες
αἰωνίως ἀγάλλονται, οἱ καταφρονήσαντες τῶν ἐπιγείων
ἀπέλαβον τὰ οὐράνια· μόνοι δὲ ἡμεῖς οἱ ἄθλιοι τῆ
κολάσει ἀξίως παρεδόθημεν· καὶ νῦν κρᾶζομεν, καὶ οὐκ
ἔστιν ὁ ἐλεῶν· στενάζομεν, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ σώζων. Ἴνα
οὖν μὴ καὶ ἡμεῖς μετ' ἐκείνων τῶν ἀφρόνων τὰ τοι-
αῦτα ῥήματα ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι εἰπωμεν, δεῦτε
προφθάσωμεν τὸν κλέπτην τῶν ψυχῶν ἡμῶν· δράμω-
μεν, ἕως καιρὸν ἔχομεν· στενάζομεν, μετανοήσωμεν,
ἐξυπνωσώμεν, παρακαλῶ, ἐκ τοῦ ὑπνου τῆς βρῦθμίας
ἡμῶν, ἐκ τοῦ βάρους τῶν ἁμαρτιῶν καὶ τῆς ἀμελείας
ἡμῶν· ὑψώσωμεν χεῖρας πρὸς τὸν δυνάμενον σώσει
ἡμᾶς, καὶ εἰπωμεν· *Κύριε, σώσον ἡμᾶς, ἀπολλύμε-
θα*. Σπεύτωμεν μόνον πρὶν ἢ ἦλιος δύσῃ, πρὶν ἢ θύρα
ἀποκλεισθῆ, πρὶν ἢ νύξ καταλάβῃ. Ἐπὶν γὰρ ἡ παν-
ήγυρις λυθῆ, οὐδεὶς πραγματεύεται· ἐπὶν τὸ θέατρον
λυθῆ, οὐδεὶς στερανοῦται, οὐδεὶς ἀγωνίζεται. Διὸ δρά-
μωμεν· δρόμου γὰρ χρεῖα, ἀδελφοί, καὶ δρόμου σφο-
δρῶ, ἵνα φθάσωμεν, ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς κρούσαντες
ἀκούσωμεν· *Οὐκ οἶδα ὑμᾶς*· ὀξύποδῆζομεν, μικρὸν
αἰσχυνθῶμεν. Πόσα τὸν Δεσπότην ἀτιμάζομεν; πόσα
τὸν εὐεργέτην παροργίζομεν; Αὐτοῦ εὐεργετῆι, καὶ
ἡμεῖς καθ' ἐκάστην ἀγνοούμεν· αὐτοῦ οἰκτεῖρι, καὶ
ἡμεῖς ἀθετοῦμεν, αὐτοῦ τρέφει, σκέπων πρηνόεσται, καὶ
ἡμεῖς τὰς αὐτοῦ ἐντολάς καθ' ἐκάστην παραβαίνομεν,
καὶ οὐκ αἰσχυνόμεθα. Αἰσχυνθῶμεν λοιπὸν· ὁ γὰρ και-
ρὸς ἤγγικε, καὶ ἡ ἡμέρα ἐφθάσε, καὶ δεῖ ἡμᾶς λόγον
ἀποδοῦναι ὑπὲρ ὅλου τοῦ βίου ἡμῶν. Πausώμεθα οὖν
λοιπὴν τῆς ἀμέτερου τρυφῆς, καὶ τοῦ αἰσχροῦ γέλωτος,
ἵνα μὴ ἐκεῖ κλαύσωμεν πικρῶς· παυσώμεθα τοὺς ἀδελ-
φούς λαοδροῦντες· καὶ μισοῦντες καὶ ἀδικοῦντες· παυ-
σώμεθα θησαυρίζοντες, σπαταλῶντες καὶ πορνεύοντες·
σχολάζομεν ταῖς εὐχαῖς, ταῖς δεήσεσι, ταῖς ἀναγνώ-
σεσι, ταῖς νηστεῖαις, ταῖς μετανοαῖς· ἐπιδειξώμεθα
βίον νέον, ἐξομολογησώμεθα, ἐπιστρέψωμεν· ἐπι-
στροφῆς γὰρ ὁ καιρὸς. Μετανοήσωμεν, δακρύσωμεν,
ἐπιδειξώμεθα τῷ Θεῷ μετάνοιαν ἐμμέριμον, καὶ
ἁμαρτιῶν μισήσωμεν· πονέσωμεν ὡδε, παρακαλῶ, μι-
κρὸν, ἵνα μὴ κολασθῶμεν ἐκεῖ πολὺ· ἀγωνισώμεθα
πρὸς καιρὸν, ἀδελφοί, ἵνα μὴ βασιανισθῶμεν αἰωνίως.
Ὁ χρόνος μικρὸς, ἡ δὲ κρίσις μακρὰ, καὶ τὸ τέλος ἐγ-
γύς, καὶ ὁ φόβος πολὺς, καὶ ὁ ἐλεῶν οὐδεὶς. Ζητήσῃ
γὰρ τὸν καιρὸν, ὃν κακῶς ἐδαπάνησεν ἕκαστος, καὶ
οὐ μὴ εὕρῃ. Οὐαί τῷ καταλαλοῦντι, ὅτι ζητήσῃ σαγόν-
νας ὕδατος φλεγόμενος, καὶ οὐχ εὕρῃσκει! οὐαί τῷ
ἀπιστοῦντι, ὅτι αἰωνίως κολαφθήσεται! οὐαί τῷ ἀμε-
λοῦντι, ὅτι πρὸς αὐστηρὴν κριτὴν πορεύεται! οὐαί τῷ
μὴ ἀγωνιζομένῳ, ὅτι ἀποτόμοις ἀγγέλοις παραδίδοται,
Χριστὸν ὁ ἀπολλύων εὕρῃσκει ἄλλο· χρόνον δὲ μετα-
νοίας ἄλλον εὕρειν οὐ δύναται. Μὴ φεισώμεθα, ἀδελφοί,
τῶν ἑαυτῶν σωμάτων, ἀλλὰ ταῦτα κατατριβώμεν,
ἐπειδὴ *Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες, μακάριοι
οἱ πενθοῦντες*. Τὸ γὰρ σῶμα πληρὸς ἐστὶ· καὶ ἐλεύσε-
ται ὡρα καὶ ἡμέρα φοβερά καὶ πονηρά καὶ ἀπαραίτητος,

καὶ εἰς γῆν ἡ γῆ πορεύσεται, καὶ ἡ κόνις πάλιν κόνις
γίνεται. Νηψώμεν, ἀγαπητοί, δυσωπῶ, ὀδοιπορήσωμεν,
ἀνανεύσωμεν· φλεύεται γὰρ ἡ ὡρα, καὶ δυντὼς ἐλεύσε-
ται, τῆς ἐξόδου ἡμῶν· καὶ μὴ ἑαυτοὺς ἀπατήσωμεν.
Ἔστω, ἀγαπητοί, κατατρυφώμεν, ἔστω καὶ πλουτώ-
μεν πενήθοντα ἢ καὶ ἐκατὸν ἔτη· καὶ μετὰ ταῦτα νό-
σος καὶ γῆρας, καὶ μετὰ ταῦτα τί; Ἀδυναμία καὶ θά-
νατος, καὶ ἡ φρικτὴ ὡρα ἐκείνη ἢ προσδοκώμενη καὶ
φριτομένη καὶ ἀμελουμένη. Μέγας φόβος τότε γίνε-
ται, ἀδελφοί· μέγα δὲ ἰδέσθαι ψυχὴν χωριζομένην τοῦ
σώματος· μεγάλη ἀνάγκη τῆς ὥρας ἐκείνης, ὅταν ἡ
γλῶσσα καθαρῶς τὸν λόγον εἰπεῖν οὐ δύναται, [822] ὅταν
στρέψωμεν τοὺς ὀφθαλμούς ὡδε καὶ ὡδε συνεχῶς, καὶ
τοὺς παρσετώτας ἡμῶν φίλους καὶ ἀδελφούς γνωρίζω-
μεν, καὶ πρὸς αὐτοὺς φθέγγασθαι οὐ δυνώμεθα. Τῶν
θρηνοῦντων ἡμᾶς ἀκούομεν, καὶ τούτους παραμυθήσα-
σθαι οὐ δυνώμεθα· τὰ τέκνα ὀδυρόμενα καὶ δακρύνοντα
βλέπομεν. καὶ τὸν πόνον αὐτῶν ἔχοντες πορεύομεθα.
Καὶ τί λέγω τέκνα; Ἐν γὰρ τῇ ὡρᾷ ἐκείνῃ οὐκ ἔστι
μεριμνήσαι τέκνων, οὐκ ἀδελφῶν, οὐδὲ ἄλλη φροντίς
συνέχει ἡμᾶς, εἰ μὴ τὸν ἡμετέρων παραπτωμάτων ἔνο-
ια. καὶ τὸ πᾶς ἀπαντήσωμεν τῷ κριτῇ, καὶ ποῖαν
ἀπόφασιν λάθωμεν, καὶ ποῖος ἄρα τόπος δέξεται ἡμᾶς.
Ἔϊτα ὡς ταῦτα ἐνουμούμεθα, ἐξαιφνης ἐφρίστανται ἡμῖν
ἀγγελοὶ ἀπότομοι. Τότε ἡμεῖς τούτους θεωροῦντες, ἐάν
ἀνευτρέπιστοι εὐρεθῶμεν, πῶς μέλλομεν ταράττεσθαι,
καὶ τῆς κλίνης φεύγειν δοκιμάζοντες μὲν, μὴ δυνάμενοι
δὲ, προσέχοντες πρὸς αὐτοὺς ἑλεεινοὶ ἐφθαλμοί· καὶ
στυγνῶ τῷ προσώπῳ παρακαλοῦντες, δυσωποῦντες, ἐκε-
τεύοντες καὶ λέγοντες· Ἐλεήσατέ με, ἀγγελοὶ καὶ φοβε-
ροὶ παραστάται τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ με ἀκαρ-
πον καὶ ἀκάθαρτον πρὸς τὸν Κριτὴν ἀπενέγκτε· μὴ με
ἁμαρτωλὸν τοῦ σώματος χωρίσητε· μὴ, δέομαι, παρα-
καλῶ, παρακληθήτε, δυσωπήθητε, καὶ ἑάσατέ με ὀλίγον
χρόνον μετανοῆσαι, στενάξαι, πενθήσαι, ἐλεημοσύνας
ποιῆσαι, ἐπειδὴ κακῶς τὸν ἑμαυτοῦ βίον ἐδαπάνησα καὶ
ἀνήλωσα. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ ἀγγελοὶ, λέγουσι πρὸς
ἡμᾶς· Ὁ ψυχὴ καταλίπερε, πᾶσας τὰς ἡμέρας σου ἐν
ἀμελείᾳ ἔζησας, καὶ ἄρτι μετανοῆσαι θέλεις; Ὡ ἀθλία
ψυχὴ, ὁ ἦλιός σου ἔδυνεν, ὁ χρόνος σου τετέλεσται· ὁ
Θεὸς ἐκέλευσεν ἐκ τοῦ σώματός σου χωρίσαι σε. Δεῦρο
καὶ καταδικάζω ἐν πυρὶ αἰωνίῳ κατὰ τὰς πράξεις σου·
οὐ γὰρ ἐστὶ σοὶ λοιπὸν ἐλπίς σωτηρίας, ἀλλὰ αἰώνιος
τιμωρία. Ταῦτα ἀκούσαντες, ἀγαπητοί, καὶ πιστεύσαν-
τες, ὅτι ἀλήθῃ εἶσι καὶ οὐ μῦθοι, ἀγωνισώμεθα πρὸ
τῆς ὥρας ἐκείνης· κλῶ ἐστυνήθησαμεν ἁμαρτανεῖν,
ἀλλ' ἐκκλῶμεν ταύτας διὰ τῆς μετανοίας. Μὴ πλανη-
θῶμεν, ἀδελφοί, κρίσις ἐστὶ καὶ κολάσις αἰώνιος, πῦρ
ἀσβεστον καὶ σκῶληξ ἀτελεύτητος, σκότος ἐξώτερον καὶ
τάρταρος, βρυγμὸς ὀδόντων καὶ κλαυθμὸς μέγας, ὡς ὁ
Κύριος ἐν τοῖς Ἐυαγγελίοις ἐμνημόνευσεν· ἀφευδῆς γὰρ
ἐστὶν ὁ εἶπω, *Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται,*
οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι. Διὸ φοβηθῶμεν
καὶ φριξώμεν, πάντες οἱ ἐν ἁμαρτίαις ζήσαντες, καὶ
σπουδάσωμεν μετὰ τῶν ἁγίων εὐρηθῆναι διὰ τῆς με-
τανοίας. Μὴ εἴπη, Ἐκλεψα, ἐφόνευσα, ἐπόρνευσα,
καὶ οὐ δέχεται με ὁ Θεός· μηδὲν τούτων εἴπη· δέχεται
γὰρ πάντας, ὡς τὸν ληστήν, ὡς τὸν τελώνην καὶ ὡς
τὴν πόρνην· μόνον μὴ ἀπογνώμεν, παρακαλῶ, μὴ β-
θυμώσωμεν. Κρούσωμεν διὰ μετανοίας καὶ εἰπωμεν·
Ἄνοιξον ἡμῖν, Κύριε, τοὺς ἀναξίους καὶ ἁμαρτωλοὺς·
διὰ τὸ βνομὰ σου τὸ ἅγιον μὴ ἀποστραφῆς ἡμᾶς, ἀλλὰ
δυσωπήθητι, καὶ μὴ στερήσης ἡμᾶς τῆς βασιλείας σου.
Σὺ γὰρ εἶ Θεός τῶν ἀπληπισμένων, καὶ σωτηρία πάν-
των τῶν καταφρονούντων εἰς σέ· καὶ τοῦ ἐστὶν ἡ βασι-
λεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ
καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι,
νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

• Legendum putat Savius συνειθέσαμεν.

ob parvas delicias a paradisi deliciis privamur; propter divitias perituras regni divitias amissimus. In illo vano sæculo nos fruebamur; sed qui in illo nulla re fruebantur, jam lætantur. Nunc qui jejunaverunt, deliciis fruuntur; qui decertarunt, in caelesti thalamo choreas agunt; qui divitias disperserunt et seminarunt, in exultatione metunt; qui siverunt, æternum exultant; qui terræa despexerunt, caelestia acceperunt: nos soli miseri supplicii jure traditi sumus. Et nunc clamamus, nec est qui misereatur; ingemiscimus, nec est qui nos servet. Ut ne igitur nos cum illis insanis hujusmodi verba in futuro sæculo proferamus, venite, præveniamus furem animarum nostrarum, corramus dum tempus habemus, ingemiscamus, pœnitentiam agamus, expergiscamur, quæso, ex somno negligentiae nostræ, ex onere peccatorum et segnitiei nostræ; extendamus manus nostras ad eum qui nos servare potest, et dicamus: *Domine, salva nos, perimus (Matth. 8. 25)*. Fræstineamus solum, antequam sol occidat, antequam janua claudatur, antequam nox adveniat. Cum enim cætus solutus fuerit, nemo negotiabitur; cum theatrum solutum fuerit, nemo coronabitur, nemo certabit. Quapropter curramus: cursu enim opus est, fratres, ac concitato cursu, ut præveniamus, ut ne nos etiam pulsantes audiamus, *Nescio vos: celeriter curramus, etiam cum tantillo pudore*. In quantis Dominum inhonoravimus, in quantis benefactorem ad iram concitavimus? ille nobis beneficia confert, et nos id quotidie ignoramus; ille miseratur, et nos contemnimus; ille alit nobisque prospicit, et nos ejus præcepta quotidie transgredimur, nec nos pudet. Nos denique pudeat: nam tempus appropinquat et dies advenit, et nos oportet de tota vita nostra rationem reddere. Finem denique imponamus immoderatis deliciis turpique risui, ne illic amare stæmus: fratribus nostris conviciari cæssemus, nec illos odio habeamus vel lædamus. Finem faciamus thesaurizandi, deliciandi, fornicandi: incumbamus orationibus, obsecrationibus, lectionibus, jejniis, pœnitentiæ: novam vitam exhibeamus, confiteamur, convertamur: nam conversionis tempus est. Pœnitentiam agamus, ploremus, Deo exhibeamus sollicitam pœnitentiam, et peccatum odio habeamus. Hic paulum, quæso, laboremus, ut ne illic multum cruciemur. Decertemus ante tempus, fratres, ut ne cruciemur in æternum. Tempus breve est, iudicium longum, finis prope, timor magnus, et nemo erit qui misereatur. Requirit enim tempus, quod quisque male insumpsit, et utinam non inveniat! Væ obtrectori, quia ardens aquæ stillas quæret, nec inveniet! Væ incredulo, quia æternum cruciabitur! Væ negligenti, quia ad severum Iudicem pergit! Væ illi qui non certaverit, quia immanibus angelis tradendus est! Qui aurum perdit, aliud aurum invenit; aliud vero pœnitentiæ tempus inveniri non potest. Ne parcamus, fratres, nostris corporibus, sed illa ateramus: quia *Beati qui esuriunt et sitiunt, beati qui lugent (Matth. 5. 6)*. Corpus enim lutum est: venietque hora et dies tremenda, mala et inevitabilis, et terra in terram ibit, pulvisque in pulverem redigetur. Vigilemus, fratres, obsecro, iter agamus, respiremus: veniet enim hora, et vere veniet, exitus nostri: ne nos ipsos decipiamus. Esto,

dilecti, deliciemur; esto, divites simus quinquaginta, imo centum annis: et post hæc morbi et senectus adveniunt, et post hæc quid? Infirmas et mors et horrenda illa hora, quæ expectatur et timetur, et tamen negligitur. Magna fornido tunc instat, fratres; magnum quippe est, videre animam separatam a corpore: magna necessitas horæ illius, quando lingua non potest verba pure proferre, quando oculos frequenter hinc et inde vertimus, et adstantes amicos fratresque nostros alloqui non possumus. Nos lugentes audimus, et consolari non possumus: filios plorantes et lacrymantes videmus, et cum hoc labore migramus. Ecquid filios memoro? In illa quippe hora non filios curare valemus, non fratres, nec alia sollicitudo nos tenet, nisi peccatorum nostrorum cogitatio, et quomodo ad Iudicem accessuri simus, quam excusationem allaturi, quisve locus nos excepturus sit. Deinde dum hæc cogitamus, repente adsunt nobis angeli immanes: tunc nos illos conspicientes, si imparati simus, in quanta perturbatione futuri sumus, ex lecto fugere conantes, sed irrito conatu; miseris oculis et mæsto vultu rogabimus illos, supplicantes, deprecantes ac dicentes, Miseremini mei, angeli tremendi, qui adstatis ante thronum Dei, et ne me infructuosum et impurum Iudici sistatis; ne me peccatorem a corpore separetis; ne, quæso et obsecro: propitii estote et flectimini; sinite me per modicum tempus ad pœnitendum, ingemiscendum, lugendum, eleemosynas faciendas, quia male vitam meam insumpsi et transegi. Hæc audientes angeli dicent nobis: O misera anima, dies omnes tuos in negligentia transegisti, et nunc vis pœnitentiam agere? o infelicitata anima, sol tuus occidit, tempus tuum præterit: jussit Deus te a corpore separari. Veni ut condemneris et detrudaris in ignem æternum secundum opera tua: non enim est tibi ulterius spes salutis, sed æternum supplicium. Hæc audientes, dilecti, et vera credentes, non fabulas, ante illam horam decertemus; et si adsit consuetudo peccandi, excindamus illam per pœnitentiam. Ne erremus, fratres; iudicium futurum est, æternumque supplicium, ignis qui non exstinguitur, vermis qui non moritur, tenebræ exteriores, tartarus, stridor dentium, luctus magnus, ut Dominus in Evangelio commemoravit: non mendax enim est, qui dixit: *Cælum et terra transibunt; verba autem mea non præteribunt (Matth. 24. 35)*. Quamobrem timeamus et exhorrescamus omnes, qui in peccatis viximus, et solliciti simus, ut cum sanctis per pœnitentiam inveniamur. Ne dixeris, Furatus sum, occidi, fornicatus sum, et non accipiet me Deus: nihil horum dixeris: omnes enim accipit, ut latronem, ut publicanum, ut meretricem. Tantum ne desperemus, quæso, ne segnes simus. Pulsemus per pœnitentiam et dicamus: Aperi nobis, Domine, indignis et peccatoribus: propter nomen sanctum tuum ne avertaris a nobis, sed placere, et ne prives nos regno tuo. Tu es enim Deus eorum, qui spem non habituri videntur, et salutem omnium, qui ad te confugiunt: ac tuum est regnum et potestas et gloria cum Patre quisine principio est, et cum sanctissimo, bono et vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

IN ORATIONEM SEQUEMTEM.

Hanc orationem, etsi minus ineptam quam præcedentes, non licet Chrysostomo adscribere. Recla-

mat enim styli diversitas, quæ maxime in ethicis, apud Chrysostomum suis se notis indicibusque prodit.

IN CATECHUMENOS.



In exteriorum stadiis multi cursus labore subeunt, unus vero coronam victoriae reportat; certaminisque labores sudoresque multorum sunt, praemii gaudium unius: in hoc autem spirituali ecclesiae loco unus omnium est pietatis cursus, sed par est coronarum et currentium numerus. Et nihil ea de re stupendum est: neque enim inops est praemiorum largitor, sed dives stat medicus inter certantes Christus, qui singulorum bonum affectum quasi cursum accipit, et aequa lance praemia distribuit. Non enim dynasten praefert, et mendicum negligit; non gloria celebrem admittit, et infirmum repudiat; non coronat senectutem, et juventutem contemnit; non arridet justo, et peccatorem accurrentem torve respicit; sed omnibus aequaliter sagenam miserationum expandit: omnes similiter ad pietatis retia pertrahit. Nam id commune omnibus proposuit, atque, ut modo audivimus, benignitatis praecipuum illud omnibus clamat: *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos (Matth. 11. 28)*. Venite omnes, qui salsum hoc vitae mare navigantes trajicitis, mihi salutis gubernacula concredit: artem habeo diabolicis scopulis contrariam; negotiationem vobis fluctibus superiorem asseram. Venite omnes; multa instat peccati tempestas: est mihi piscinae portus hominibus salutaris, diabolus suffocans. O vocationem, quae peccatum denudat! o vocem, quae totam daemonis substantiam abripit! o pharmacum, quod aegros singulos pervadit! o donum in eos, qui volunt, sine obice influens! o fontem, qui omnibus vitam sitientibus festinanter dat potum! Nam ait: *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat (Joan. 7. 37)*: si quis sitit salutis fluenta, si quis aquam vivam concupiscit, si quis secundum veram cognitionem loquitur, si quis sitit pietatem. Nam Judas sitivit proditorem, Herodes sitivit puerorum exitum, sitivit synagoga caedes prophetarum, sitivit Jezabel Nabuthae vineam, sitivit Dalida Samsonis infirmitatem, sitivit Herodias sanguinem Praecursoris, sitierunt Servatores Judaei; sed sitierunt siti perniciem afferente, sitierunt siti febrim conciliante, sitierunt siti ultionis causa. Sed si quis sitit, ut Zachaeus conspectum meum sitivit, ut haemorrhoea curatioem sitivit, ut sitivit meretrix ablutioem peccati, ut sitivit Matthaeus evangelistae dignitatem, ut sitivit Iatro paradisum, ut sitivit Thomas vivificorum vulnerum tactum, ut sitivit eunuchus Aethiopiae baptisima, circa quod ardens Apostolo clamabat: *Ecce aquam, quid prohibet me baptizari (Act. 8. 36)*? Audi, catechumene: fons vitae non modo vocat, sed etiam rogat: *Venite, inquit, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos*. Ad totius generis mei beneficium paratus sum; iubre volo charismatum fontem emittere. Venite omnes; etiamsi multa sint millia infirmorum, accedant. Nemo medicum me putet deficere, dum toto orbi medelam offero: non defatigor in curando, si quidem non segnis fui in creando; copiam meam non minuit mundus, dum mea dona partitur; non pauper evado cum largior: cum diripior gaudeo, cum auferor delector: dum effundor non minor: furto subductus, mihi placeo, cujus rei testis est haemorrhoea quae furata est; ideo et anima et corpore coronata. *Venite omnes, qui laboratis*. Vides, o Christi amans, quanta sit Creatoris erga genus nostrum liberalitas? Cur ergo negligis, o catechumene? cur differis? Accede ad Dominum te vocantem. Non audis sapientem te hortantem ac dicentem: *Ne tarde convertis ad Dominum, et ne differas de die in diem. repente enim veniet ira Domini (Eccli. 5. 8. 9)*? Tempus enim praescindit, dum videt hominum naturam facile ac brevi tempore verti. Multi enim qui ad brevissimum tempus distulerunt spei suae tutelae putabant se utrinque sapienter providisse, neque se ab

spe lapsuros expectabant, et se interim vitae usum lucrari arbitrantur, antequam necessariis fruerentur rapti sunt, atque aeternis suppliciis et cruciatibus traditi: et cum putarent se breve tempus suffurari, totam sibi salutem subripi non cogitarunt. subito rapti ante senium. Ideo Dominus Christus mortem hominis furem vocavit: *Sicut fur, inquit, in nocte, sic veniet (1. Thess. 5. 2)*; ut nos de indefinitis illis insidiis turbati, diuturnis nobis statutum tempus non speraremus. Non enim penes nos est illa diuturnior dilatio, non possumus tantum vivere quantum velle-mus. Ideo horae translationis nostrae notitia nobis credita non fuit, ut immoderatam peccandi licentiam minuas, timore mortis ad temperantiam induci. Numeremus eos, qui quotidie ad sepulcra effruntur, observemus quomodo inter senes magnus juvenum numerus immixtus sit. Cur ergo, o catechumene, animae tuae securitatem negligis, et misso moris metu, tempus mihi profero ut fortem certatorem? quot homines vitae voluptatibus fruentes, et de carnis bona valetudine quasi de immutabili potentia gloriantes, quasi pulvis a turbine, repente in sepulcrum rapti sunt? Itaque cum nobis vitae tempus definire non valeamus, mortis timorem non excutiamus. Quot negligentes, qui diuturnam vitam expectabant, repente incendium in pulverem redegit? quot terrae motu absorpti sunt? quot navigantes mare obruit? quot terrae hiatus repente absorbit? quot viatores flumina exundantia abripere? quot in feras aut latrones incidentes periere? quot hostium gladius messuit? quot a repentinis morbis sunt sublati? quot ex patria educti, mortem subiere, neque communi sepultura dignati sunt? Non audis frequenter Dominum clamantem, et finis vicinitatem nuntiantem: *Securis ad radicem arborum posita est (Matth. 3. 10)*? Quae securis? Mors. Quae radix? Vita hominis. Quis excindit? Domini sententia, quae excindendo clamat, *Pulvis es, et in pulverem reverteris (Gen. 3. 19)*. Ergo ab illa recedentes, accedamus ad Christum vocantem; curramus a tenebris ad lucem translati, curramus ad Dominum qui nobis quietem confert, subigentes carnem spiritui; curramus, festinemus celerius quam mors; praeviamus angelos, qui ad patrocinandum nobis veniunt. Haec vita ceu verbum est; vitae spatium ut umbra praetercurrit. Tempus absumitur, mores non in meliora mutantur; opera praecurrunt, iudex expectat, praecipuum urget, adsunt angeli, conscientia accusat. Equid faciemus ad iudicium vocati? Institutum ergo vitae bonum diligamus, odio habeamus consuetudinem peccandi, futuram curemus defensionem, puritatem vitae obtineamus: nam qui mundi sunt corde, Deum videbunt (*Matth. 5. 8*): dominicas coronas diligamus; cum alacritate magna vitae stadium decurramus, ipsum habentes in agone cooperantem agonothetam Christum: *Diligentibus enim Deum, inquit, omnia cooperantur in bonum (Rom. 8. 28)*. Quod autem mirabilis est audi: certaminis tempore Dominus cum certantibus pugnat, et in hora victoriae praemii dator sedet: ad pugnam ungit, et paulo post ipse coronas imponit: una certat, certanti vim indit, victoriae ansas praebet, et paulo post victori mercedem retribuit. Unde iam id liquet? Audi Davidem clamantem: *Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum et glorificabo eum (Psal. 90. 15)*. O benignitatem ineffabilem! o bonitatem sermonei omnem superantem! Vide namque quid Dominus dicat: in tempore tribulationis, inquit, cum ipso sum: in partem laboris cum ipso venio, eripio ex periculo. Haec omnia facio una concertans. Deinde ut praemii dator et Dominus, liberalitatem promo dicens: *Glorificabo eum. Longitudine dierum adimplebo eum*. Hoc solet Dominus facere in eo qui libenter erogat: manum

λάινει τὴν χεῖρα τῷ πένθι δεχομένῳ τὴν εὐποίαν. "Ὅταν ἀκούσῃς Χριστοῦ χεῖρα, νοεὶ τὴν παλάμην τὴν βαστάζουσαν τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα. Ἐκτείνει τοίνυν τὴν δεξιάν ἀπορρήτως, λάβρα τοὺς ὀδολοῦς ὑποδέχεται, σημειοῦται τοῦ διδόντος τὸ πρόσωπον, ἐπὶ γῆς τὴν εὐεργεσίαν λαμβάνει, καὶ ἐν οὐρανῷ τὰς ἀμοιβὰς εὐτρεπίζει. Καὶ πῶς, καὶ πότε ποιεῖται τὴν ἀντίδοσιν; *"Ὅταν ἔλθῃ, φησὶν, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνον δόξης αὐτοῦ· καὶ συναχθήσονται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀφοριεῖ αὐτούς ἀπ' ἀλλήλων, καθὼς ἀφορίζει ὁ ποιμὴν τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων· καὶ τίθησι τίμην πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ ἐκωνίων· καὶ ἔρει τοὺς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ. Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρὸς μου· ἔγχεσθε γὰρ τὸν δικαστὴν ὑφελίτην· μὴ φοβείσθε τὸν θρόνον, ἀλλ' ἡ εὐεργετημένη τῷ καθημένῳ προσδράμετε· ὅπερ ἐξεβέβη ὑμῖν προφέρω χειρόγραφον· οὐ κρύπτω τὴν εὐεργεσίαν, ἵνα μὴ ζημιώθητε τὴν φιλανθρωπίαν· οὐκ ἀρνούμαι τὴν δόσιν· πῶς γὰρ τὴν ἀναπόδοσιν σπεύδω. Δεῦτε ὑμεῖς, τὸν σπόρον τῶν οἰκτιρμῶν ἐπεδείξασθε, ἐγὼ τὸ θέρος τῆς χαρᾶς ὑμῖν προσητοίμασα. Εἰπέτε, Δέσποτα, τὴν αἰτίαν. Ἐπεινάσα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν. Μηδεὶς οὖν ὡς ἄπορον παραμπέτω τὸν πένθητα· πεινῶντα γὰρ παρορᾷ τὸν Δικαστὴν τῶν μελλόντων*

αἰώνων. Κτησώμεθα τοίνυν χρωστέην τὸν μέλλοντα κρίνειν ἐκεῖ. *"Ὁ ἐλεῶν γὰρ, φησὶ, πτωχόν, δαριεῖται Θεῷ. Τῆς ἐκ δεξιῶν μερίδος ἀξιοὶ γενέσθαι σπουδάζωμεν, μισήσωμεν τὴν βδελυρᾶν τῶν ἐρίφων συγγένειαν, τῶν ἀρῶν τὴν κοινωσίαν μεταδιώξωμεν· ἔχομεν γὰρ ἔξουσίαν τὴν ἐπιλογὴν * τοῦ βελτίονος. Διὰ τοῦτο γὰρ ἡμῖν ὁ κριτὴς προσηγόρευσε Δεσποτικὸν ἐκεῖνον καὶ τσθερὸν δικαστήριον, καὶ αὐστηρὸν τῆς ἀποφάσεως. Ἴνα τὸ κακῶς παθεῖν ἐκ τοῦ μαθεῖν τὴν ἀπειλήν ὑπεκκλίωμεν. Μὴ παραδράμωμεν τὸ τοῦ Παύλου παράγγελμα τὸ φάσκον· *Πορισμοὶ μέγας ἡ εὐσέβεια. Οὐχ ὑπέκειται λογοθεσίῳ (ἐν καιρῷ δὲ νοεὶ Δικαστοῦ αὐστηρίαν)· οὐ δέδοικε κατήγορον ἐπὶ τοῦ θρόνου κραυγῆν· οὐκ ἐκδέχεται κατάγνωσιν, ἀλλ' ἀναμένει παράκλησιν· Ἔστι γὰρ ἀνευθέης ἀπόλαυσις ἀγαθῶν, ἀναφαίρετος πλοῦτος, τιμὴ ἀδιάδοχος, κέρδος ἀταμίευτον, προβαδίζον βοήθημα, συνιδεύουσα χάρις, θεραπεία καρδίας, ψυχῆς ἀγαλλίασις, συνειδότης γαυρίαμα, ἀπολογία εὐπρόσπιτος, ἀφορμὴ πύργου. Ἡ εὐσέβεια πρὸς [826] πάντα ὠφέλιμος ἐστίν· ἐπαγγελίας ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης, ἧς καὶ ἡμεῖς ἐπιτυχεῖν καταξιώθημεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.**

* Savil. conj. εἰς τὴν ἐπίλ.

Ταλαισμοὶ πρὸς τοὺς φθειροτάς τὰς τοῦ Χριστοῦ παρθένοισ.

Τί δὲ ἡμῖν, ἄθλιοι καὶ ταλαίπωροι, κακῶν ἠδονῶν ἰδηγοί; πῶς βούλεσθε ἐκφυγεῖν χεῖρας Θεοῦ ζῶντος; τί ποιήσατε, ὅταν ἔλθῃ ὁ αὐτὴν μυστευσάμενος κρίναι ζῶντας καὶ νεκρούς; τί δὲ ἀπολογήσεσθε, τοιαῦτα παράνομα εἰς τὰς τοῦ Χριστοῦ νύμφας πράξαντες; οὕτω τοσοῦτον κατεφρονήσατε; οὐκ ἐτρομάξατε; οὐ δεδοίκατε; οὐκ ἐφρίξατε; οὐκ ἐφείσασθε τῶν ἐαυτῶν ψυχῶν; οὐκ οἴδατε, ὅτι τοιαυτὴ παρανομία ἑτέρα οὐκ ἐστὶν ἢ αὕτη; οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεοῦ εἰσὶν αἱ παρθένοι; οὐκ οἴδατε, ὅτι Πνεῦμα Θεοῦ ἦν οἰκοῦν ἐν αὐταῖς; τὰς καθ' ἡμέραν μετὰ Χριστοῦ περὶ τῶν ἀνεκλείπτων καὶ μενόντων εἰς αἰῶνας προικῶν διαλεγόμενας, καὶ ἄς Παῦλος παρθένοισ ἀγνάς παραστήσῃ τῷ Χριστῷ προσηγάγεν, ὑμεῖς βορῶρι καὶ ἄσπετον συνεφύρατε; "Ὡ πῶς ἐτολμήσατε Χριστοῦ νύμφας φθεῖραι, κακῆς ἐπιθυμίας πρόξενοι; Κατὰ παιδείαν συνδούλου ἐὰν τοιμῆσθαι τις τοιαῦτα διαπράξασθαι, οὐκ ἀτιμώρητος διεξέρχεται· καὶ δὲ τῆς τοῦ ἀμφοτέρων αὐτῶν τῆς καὶ ὁμῶν τὰς τοῦ Χριστοῦ νύμφας· οὕτως ὀπλιζέσθαι, ἐκφρεύεσθαι ἄρα τῆς δικῆς προσδοκᾶτε; οὐκ ἠκούσατε τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, *"Ἀνίλευς ἢ κρίσις τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος; Καὶ τί ἄρα τοῦτου ἀνελεεινότερον; μᾶ γὰρ μαχαίρα δύο φόνους ἐργάζεσθε, καὶ ἑαυτοὺς καὶ αὐτὰς ἀποκτείνοντες· θάνατος γὰρ τοῦτο παρὰ τοῖς εὐφρονούσιν. "Ὡ τίς οὐκ ἂν στενάζει; τίς οὐκ ἂν πενθήσει; τίς οὐκ ἂν κόψεται καὶ θρηνησεῖ τὸν ἄπορον φόνον; τίς οὐ δακρύσει τὸν ἀπρόβητον θάνατον, τίς οὐκ ἀλήγησεν ἐπὶ τῇ ἀδίκῳ πληγῇ; Προῖξ καὶ γραμματεῖα παρὰ τῷ νομίμῳ ἐν ἀσφορίᾳ συναπομένῳ ἀνδρὶ τῷ ἐπουρανίῳ νυμφίῳ Χριστῷ φυλάττονται· καὶ ἡ παρθένη προδίδοται τῷ μοιχῷ; Ἄλλ' ἔρει τις· Ἀνάγκη τῷ Χριστῷ συνεζεύχθαι, οὐκ ἤμην προθέσεως αὐτῷ συζευχθῆναι, ἀλλὰ συνδούλῳ. Ὅπως ἐτόλμησας, ἀλλία, καθ' ἑαυτὴν δημηγορήσῃ, ὅτι καὶ μὴ ἐχούσης σου πρόθεσιν εἰς αὐτὴν ἢ ἀγάπην, ὁ Δεσπότης ἐπέθησέ σε; Ἄκουσον, ὦ τάλαινα, καὶ ἐρῶ σοι, καὶ κἂν ἐκ τῶν τῶν κόσμου πραγμάτων πληροφορήθῃσι. Λέγω δὲ τοῖς βιωτικῶς· [827] Ἐὰν κόρην ἑταρὸς ἀνθ' ἑτέρου ἀρπάσῃ, τῆς ἰσοτιμίας δοκιμαζομένης, κυρία μὲν ἢ ἀρπαγῇ τῷ ποιήσαντι, καὶ νόμος καὶ βασιλεὺς παραχωρεῖ τῇ ἀρπαγῇ. Ὁ γὰρ ἤρπαξ καὶ ἔλαβεν, ἵνα ἐνυβρίσῃ, ἀλλ' ἵνα τιμῆσθαι, καὶ προίμια καὶ δῶρα λαχῶσι. Εἰ οὖν ἀνθρώποις οὐδεμία μεταβολή, ἐπειδὴ τῷ πρόβαθόντι σκοπῷ ἀκολουθεῖ· τί ἀπολογήσῃ, σὺ ἢ παρ'*

ἐπίβια ὑπὸ τοῦ Δεσπότη ἀρπαγεῖσα; Οὐτε γὰρ ἀνάγκη ἐκείνην λέγω, δι' ἣν τοῦ Δεσπότη συζευχθῆναι ἠξιώθη, ἀλλ' οἰκονομίαν καὶ φιλανθρωπίαν Δεσπότη· ἵνα τῷ τῆς ἀνάγκης σχήματι σὺ ἢ ἀνάξια τὸν ὑπὲρ σὲ ἀφθαρτον γάμον κερδάνης. Μὴ οὖν λέγε, ὅτι Ἀνάγκη παρθενεῖν εὐλόγη· μὴ ἀχαρίστει τῷ οὐρανίῳ νυμφίῳ, ὅτι σε ἀπρικοικον καὶ ἀγενή καὶ δούλην λαθεῖν κατηξίωσε· δούλη γὰρ αὐτοῦ εἶ, κἂν μὴ θέλης. Ὅστε παρακαλῶ, ὦ παρθένη, ὑπήκοόν σε γενέσθαι χωρὶς πάσης ἀντιλογίας καὶ διαλογισμῶν αἰσχίστων. Καὶ εἰ μὲν οὐκ ἠδέησας ἐπὶ τὸν πνευματικὸν γάμον, φύλαξον ἀσφαλῶς τὰς συνθήκας· εἰ δὲ παρέθης καὶ ἔπεσες, ἔγειραι, ἔγειραι, παρακαλῶ. Παρέστηκε γὰρ σοὶ ὁ ἀγαθὸς καὶ φιλιανθρωπὸς Δεσπότης ὁ ἀτιμασθεὶς ὑπὸ σοῦ· οὐκ ἀποδόλλει σου τὴν συνοικίαν· ἐπίβια αὐτῷ τὴν χεῖρα. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν πρώτῃν δεξιάν ἐνύβρισα, κἂν ταύτην μὴ ἀθετήσῃς. Οὐχ ὑπερηφανεῖ σου τὰ τραυμάτια· ἴδαι γὰρ τὴν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος πληγὴν· ἰατρὸς γὰρ ἐστὶν εὐσπλαγχνος. Ἀποκάλυψον αὐτῷ δι' ἐξομολογήσεως τὸ πάθος, ἵνα ἐπιθήτῃ ἀοράτως τὸ σωτήριον φάρμακον· οὐκ ἤλθε γὰρ καλέσαι δικαιοσύνην, ἀλλ' ἁμαρτωλοῦς εἰς μετάνοιαν. Πρὸς σὲ ἤλθε τὴν κειμένην· ἔγειραι οὖν, ἄρον τὸν κράββατόν σου, καὶ ὑπάγε εἰς τὸν οἶκόν σου, τουτέστιν, εἰς τὴν τῆς μετανοίας λιμένα. Μηκέτι πρόσχημα μήτε τοῖς σαρκικῶς ὀφθαλμοῖς, μήτε τοῖς τῆς διανοίας ἐπὶ τὸν μοιχὸν ἐκείνον τὸν πρόξενον τῆς εὐθύνης καὶ τοῦ ἀκοιμήτου σκώληκος. Ἄρον, φησὶν, ἐντεῦθεν ἄρον· οὐ γὰρ βούλομαι σε κείσθαι. Διάβρηξον τὸ τῆς ἀμαρτίας σύμβολον· λούσαι τοὺς δάκρυον, οὐκ εἰς τὴν κολυμβήθραν, ἀλλ' εἰς τὴν ἐκκλησίαν· δυνατὸς γὰρ ἐστὶν ὁ Θεὸς χαρίσασθαι σοὶ τὸ πρῶτον ἀξίωμα. Μὴ διδάξῃς τὸν κεραμέα, πῶς τὸ ἴδιον διορθώσῃται πλάσμα. Ἥμαρτες; Ἡσυχασον· μὴ εἴπῃς· Καὶ πῶς οἶόν τε εἰς τὸ πρῶτον μὲ ἐλθεῖν ἀξίωμα; μὴ λέγε τοῦτο, ὦ παρθένη· Θεὸς γὰρ ὁ δικαιοῦν, καὶ τίς ὁ κατακρίνων; Ἄκουε τοῦ Δεσπότη πῶς ἐνειδίξει τὴν ἀπόγνωσιν διὰ Ἱερουλίμου τοῦ προφήτου λέγων· *Μὴ βητίνῃ οὐκ ἔστιν ἐν Γαλιλαῖᾳ, ἡ ἱατρὸς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ· διὰ τί οὐκ ἀνέβη ἰωσις τῆς θυγατρὸς τοῦ λαοῦ μου;* "Ὁ τοῦ συμπαθοῦς ἱατροῦ οὐκ ἐγκαλεῖ ἐπὶ πταίσματι, ἀλλ' ἐπὶ τῇ ἀμελείᾳ· οὐκ εἶπε, Διὰ τί ἐπλήγῃς; ἀλλὰ, Διὰ τί οὐκ ἑθεραπεύθης; οὐκ εἶπε, Διὰ τί ἔπεσες; ἀλλὰ, Διὰ τί οὐκ ἀνέστης; Ὅτι δὲ σε λαμπροτέραν ὁ Κύριος διὰ τῆς μετανοίας παραστήσῃ βούλεται, ἄκουε αὐτοῦ διὰ Ἱσαίου τοῦ προφήτου λέγοντος· *Ἐὰν ὡσιν αἱ ἀμαρ-*

* Savil. conj. καὶ ὁμῶν Κυρίου τῆς τοῦ Χριστοῦ νύμφης.

pauperie eleemosynam recipientis excavat. Cum audis Christi manum, intellige palmam, quæ orbis terminus gestat. Extendit igitur manum arcano modo, clam obolos accipit, observat dantis vultum; in terra beneficium accipit, et in cælo mercedem præparat. Quomodo et quando dat retributionem? *Cum venerit, inquit, Filius hominis in gloria Patris sui, et omnes angeli cum eo, tunc sedebit super thronum gloriæ suæ: et congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hædis: et statuet oves quidem a dextris suis, hædos autem a sinistris: et dicet eis, qui a dextris sunt: Venite, benedicti Patris mei (Matth. 25. 31. 34).* Invenistis enim iudicem debitorem: ne timeatis thronum, sed ad sedentem ut beneficio affectum accurrite: chirographum quod exposui vobis profero: non occulto beneficium, ne ex benignitate mea aliquid amittatis: non nego donum vestrum; nam ad retributionem festino. Venite, vos semen miserationum exhibuistis; ego messem gaudii vobis præparavi. Dic qua de causa, Domine. Esurivi, et dedistis mihi manducare. Nemo igitur pauperem quasi inopem rejiciat: nam Iudicem futurorum sæculorum esurientem rejiceret. Debitorem ergo nobis constituamus eum, qui illic iudicaturus est. Nam Qui

miseretur pauperis, inquit, sæneratur Deo (Prov. 19. 17). Studeamus dignos effici qui a dextris constituamur, odio habeamus execrandam hædorum cognitionem, agnorum societatem assequamur: nam in potestate nostra est meliorem sortem eligere. Ideo namque nobis Iudex præsignificavit Dominicum illud et terribile tribunal, necnon sententiæ severitatem, ut edocti, a malo et a comminatione declinemus. Ne prætergrediamur Pauli præceptum: *Quæstus magnus est pius (1. Tim. 6. 6).* Non subijcitur rationi reddende (in tempore autem cogita Iudicis severitatem): non timet clamorem accusantis ante thronum: non expectat damnationem, sed consolationem. Non est enim indigus. Frueris bonis. Divitiæ auferri nequeunt, honor successorem non habet, lucrum non reconditur, auxilium præcedit, gratia comitatur, cordis est curatio, animæ exultatio, conscientie gaudium, defensio facilis, occasio fiducie. *Pietas ad omnia utilis est (1. Tim. 4. 8);* promissiones habens vite et præsentis et futuræ: quam et nos consequi dignemur gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

IN ORATIONEM SEQUEM.

Hæc orationucula fragmentum videtur esse: nec est quod curemus de restaurandis iis quæ interciderant. Nam dignum tenebris opus publicum facere ne cogi-

tassemus quidem, nisi prior Savilius edidisset. Seriem plerumque obscuram vel vitiatam divinando vertimus.

MISERI PRÆDICANTUR QUI VIRGINES CHRISTI CORRUMPUNT.



Quid vobis dicendum, miseri et infelices, pessimorum voluptatum duces? quo pacto effugere vultis manus Dei viventis? quid facietis quando is, qui illam desponsavit, veniet iudicatum vivo: et mortuos? quam defensionem afferetis, qui tam scelesti in sponsas Christi admisistis? usque adeone despexistis? non contremuistis, non formidastis, non exhorruistis? non pepercistis animabus vestris? nescitis nullam esse iniquitatem huic parem? nescitis virgines esse templum Dei? ignoratisne Spiritum Dei in ipsis habitare? quæ quotidie cum Christo de indolentibus et manentibus in sæcula nuptialibus pignoribus loquuntur, et quas Paulus virgines castas exhibere se Christo declaravit, vos in luto et fælore voluistis? Heu, quomodo ausi estis virgines Christi corrumpere, pessimæ concupiscentiæ auctores? Si quis cum conserva puella misceri ausit, non impune est: cum autem Christi sponsas contra suum vestrumque Dominum armatis, num vos ulionem effugere posse speratis? non audistis Apostolum dicentem, *Judicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam (Jac. 2. 13)?* Ecquid hac re misericordia indignus? uno quippe gladio cædes duas perpetratis, dum et vos ipsos et illas interficitis: illud quippe mors est apud eos qui recte sentiunt. O, quis non ingemiscat? quis non lugeat? quis non plangat et lamentetur immaturam cædem? quis non fleat inexpectatam mortem? quis non doleat de iniqua plaga? Nuptiale pignus et scriptum apud legitimum qui illam incorruptam duxit virum, caelestem sponsum Christum servantur, et virginitas proditur mœcho? Sed dicit quæpiam: In necessitate Christo conjuncta sum; non erat in proposito meo ipsi nubere, sed conservo. Ausa es, misera, contra te ipsam sermocinari? cum enim non voluntatis proposito erga Dominum affecta esses, ille te amavit. Audi, o infelix, et interrogabo te, et saltem

ex rebus hujus sæculi certiores te faciam. De sæcularibus loquor: si alius loco alterius puellam rapiat, dum par sit utriusque conditio, raptus hujusmodi raptus habetur, et leges, et rex raptui favent. Non enim rapuit ut contumeliam inferret, sed ut honoraret, et nuptialia pignora et dona afferre potuit. Si ergo apud homines nulla mutatio, quia prævenientem illa sequitur: quid respondebis tu, quæ præter spem a Domino rapta fuisti? Neque enim necessitatem illam dico, propter quam cum Domino jungi dignata es, sed œconomiam et benignitatem Domini; ut ex necessitatis specie tu indigna connubium incorruptum te exsuperans lucrareris. Ne ergo dicas, te ex necessitate virginitatem elegisse: ne sis ingrata caelesti sponso, qui te sine dote, vili genere natam, servam ducere dignatus est: serva enim ejus es, velis nolis. Itaque rogo te, o virgo, ut obsequens sis sine controversia et turpissimis ratiociniis. Et si nondum spirituales nuptias repudiasti, pacta firmiter serves; si vero jam prævaricata et lapsa es, surge, surge, obsecro. Adest enim jam tibi bonus ille et clemens Dominus, abs te inhonoratus: non rejicit contubernium tuum, porrige illi manum. Quia enim primam dexteram contumelia affectis, ne hanc quoque repudias. Non vulnere tua contemnit: sanat enim ille plagam et corporis et animæ, est quippe medicus indulgens. Revela illi morbum tuum per confessionem, ut ille invisibiliter imponat salutare pharmacum: non venit enim vocare justos, sed peccatores ad penitentiam. Ad te venit jacentem: surge igitur, tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam; id est, ad penitentiam ortum. Ne ultra attendas vel carnis vel mentis oculis adultero illi, qui te in gehennam ducit et ad vermemnumquam morientem. Tolle, inquit, tolle hinc: nolo enim te jacere. Scinde peccati symbolum: abluere lacrymis, non in piscina, sed in ecclesia: potest

enim Deus restituere tibi pristinam dignitatem. Ne doceas figulum quomodo figmentum suum restauret. Percasti? Quiesce: ne dicas, Quomodo fieri potest, ut in pristinam dignitatem restituatur? ne hoc dicas, o virgo: nam *Deus est qui justificat, et quis est qui condemnet* (Rom. 8. 33. 34)? Audi Dominum quomodo per Jeremiam prophetam desperationem redarguat dicens: *Numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? cur non ascendit medela filiae populi mei* (Jer. 8. 22)? O commiserantem medicum! non accusat de lap-u, sed de iucuria: non dixit, Cur plagi accipisti? sed, Cur non curata fuisti? non dixit, Cur cecidisti? sed, Cur non surrexisti? Quod vero te Dominus per penitentiam splendidiorum reddere velit, audi illum per Isaiam prophetam dicentem: *Si fuerint peccata vestra sicut puniceum, quasi nivem dealbabo; si fuerint sicut coccinum, quasi lanam dealbabo* (Isai. 1. 18). Neque unquam Apostolus importunum subiisset laborem, nisi prius benignitatis Domini pacta accepisset; neque dixisset: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis* (Gal. 4. 19). Quia enim, inquit, animam ad imaginem Dei factam corruptiori demoni tradidisti, faciens membra Christi membra meretricis; non finem faciam lugendi ac mœrendi, donec rursus videam formatum in te Christum, teque castitatis pulchritudine indutam. Ne abjicias bravium penitentiae, quaso, rogo et obsecro: viriliter age, te purifica, et spiritualiter unge: adhortationem Apostolorum multiplicat: *Propter Christum legatione fungor, reconciliamini Deo* (2 Cor. 5. 20). Obsecrat Apostolus, ut Christo desponsatam, quæ pacta solvit, revocet iterum. Benignus Dominus ait: Non injuriæ illatæ recordeo: cubile nunc contumelia est affectum, conjugium meum dehonestatum est, sed jam de re gesta te non arcesso. Cur adversario bellum inferenti non restitisti? cur venenata tela ejus per signum crucis meæ non repulisti? Nonne ideo ego in virginea vulva habitavi, ut natura olim inhonorata, per virginitatem honoraretur? Virginitem namque Evam inimicum captivam fecit; et per virginitatem rursus illam in paradysum induxit. Non audisti me dicentem, nullum esse qui relinquat patrem aut matrem aut domum, et abneget omnia quæ ad vitam pertinent, qui non centuplum recipiat, et vitam æternam possideat (Math. 19. 29)? non audisti me per Isaiam prophetam dicentem, *Qui serviunt mihi, lætabuntur* (Isai. 65. 14)? annon per eundem servum meum Isaiam pollicitus sum, eos qui in castitate corpus servant possessuros esse bona multa, et fructus meliores quam sint filii et filiæ? annon per virginitatem caput meum tenuisti? annon Joannes filius Zebedæi per virginitatem filius tonitruum vocatus est, et filius matris meæ? quomodo non audisti Paulum apostolum dicentem: *Carnis curam ne feceritis* (Rom. 13. 14.)? Etiam, inquit, Domine; sed indignæ ancillæ tuæ miserere, et ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Nam princeps mali et homicida inimicus venenatum telum jaculatus est in me, et invasit cor meum, renes et reliquos sensus; oblitaque sum timoris tui et justæ tuæ retributionis. Obscuravit enim mentis meæ oculos ignis intus invadens. Verum inexcusabilis sum, Domine, quod non te tunc in auxilium meum advocaverim; sed peccavi, Domine, peccavi, quod te dereliquerim, ut turpi atque ignominioso affectui servirem. Tunc et ipse reponet tibi: Bonum fuisset tecum reputare et timere, ne cito mitterentur qui abs te animam repeterent: et ubi tunc fuisset confessio

et penitentia? Ideo enim dico, *Vigilate, quia nescitis diem neque horam* (Math. 24. 42). Cæterum abhinc jam noli peccare, neque me relicto, adultera voceris. Et nos itaque obsecramus, Reconciliamini Deo, et tu, o virgo, ita dicito: *Lavabo inter innocentes manus meas, et circumdabo altare tuum, Domine* (Psal. 25. 6): quia jacentem erexisti, mortuam vivificasti, sordidatam splendidam fecisti, in peccato demersam hinc pietatis extraxisti, errantem reduxisti, captivam redemisti, contumeliam inferentem non ultus es, fugitivam revocasti, sanguine respersam abluisti, a voluptate quasi venatu captam recuperasti, dignam tartaro cæli civem fecisti, a gehenna liberasti, a gladio redemisti, a vinculis solvisti, æterna vita dignatus es, a periculo eripuisti, diabolum pudore suffudisti, chirographum dispersisti. O bonarum lacrymarum agricola! quid his miraculis splendidius? Convenite igitur quotquot in talis naufragii periculum incidistis; scitote, discite, docemini, peccati fructum esse mortem, fructum vero Spiritus esse vitam, pacem, sanctificationem. Quotquot igitur nunc et semper hanc mortem effugere vultis, dicta omnia in argumentum salutis accipite, et hoc semper meditamini omnes, præcipue autem monachi et virgines, quæ corpora vestra Domino consecrasti; *Spiritu ambulate, et desiderium carnis ne perfaciatis* (Gal. 5. 16). Nam concupiscentia carnis fructum peccati mortem protulit; fructus vero Spiritus vitam æternam, incorruptionem, sanctificationem et pacem animæ et corporis. Quapropter hoc potum omnibus vobis sit, nullam virtutem pretiosiorum virginitate esse ad omne germen pietatis; sed et nullam hanc similem reperiri, si monachus ille aut virgo mente non fornicetur: nam cogitationum consensus totam rem perfecit. Non enim mendax est, qui dixit: *Omnes qui respiciunt mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo* (Math. 5. 28). Non enim fit distinctio inter marem et feminam; omnes enim ex eadem massa sumus, ut ait Evangelium, dum voluntatem viri et voluntatem carnis idipsum esse dicit (Joan. 1. 13). Ideo oportet Christi virginem se totam cum corde immaculatam et incorruptam servare sponso suo et creatori Christo, et oculis mentis suæ respicere eum, qui est speciosus forma præ filiis hominum: omne verbum otiosum, quod non sit ad ædificationem, aversari oportet: cum viris non libere versari, maxime vero, si sint immodesti. Si vero sit agendum de animæ utilitate, non repellendi sunt viri modesti et temperantes. Non cum nimia fiducia agendum nec inmorandum est; cum mulieribus immodestis non confabulandum; juramentum nullum ex ore egrediat: Dominicum enim præceptum est, nec per caput tuum jurare licitum esse: Omne, inquit, quod abundantius est, quam, Est et Non, ex malo est (Math. 5. 37). Sordidæ et inhonestæ cogitationes et omnes carnis tentationes timore et amore Christi et signo crucis ejus sunt abigendæ. Ecce patres et matres, fratres et sorores et filios, omniaque utilia, commendavi vobis, nempe monachis et virginibus. Hæc custodite, et non cadetis; sed digni eritis et vos, qui hæredes Christi declarentur, quorum efficiat Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, gratia, miserationibus et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, honor, adoratio cum sanctissimo Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM IN SERMONEM SEQUENTEM.

Quæ sæpe Chrysostomus in scriptis suis clare, argute et dilucide suo more contra Arianos et Anomæos prosequitur, hic quisquis sit scriptor perplexæ tractat; Arium et Arianos carpit; in multis ita obscure, ut nonnunquam divinando ea Latine convertere coacti simus.

ταίω ὡς φοινικῶν, ὡς χιόνα λευκανῶ· ἐάν δὲ ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς ξριον λευκανῶ. Οὐτε ἂν ὁ Ἀπόστολος ἄκαιρον ἤλγησε πόνον, εἰ μὴ πρότερον τῆς τοῦ Δεσπότου ἀγαθότητος πᾶς συνθήκας ἐδέξατο· οὐκ ἂν ἔλεγε, *Τεκνία μου, οὐκ πάλιν ὠδίνω ἄκρις οὐ μορφοθῆ Ἰησοῦς ἐν ὑμῖν*. Ἐπειδὴ γάρ, φησί, τὴν κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενομένην ψυχὴν τῷ ψυχοφθόρῳ προέδωκα· δαίμονι, πόρνῃς μέλη τὰ τοῦ Χριστοῦ μέλη ποιήσασα· ἕως τοσοῦτου οὐ παύομαι πενθῶν καὶ θλιδόμενος, ἕως ἂν πάλιν ἴδω μεμορφωμένον ἐν σοὶ τὸν Χριστὸν, τὸ τῆς σωφροσύνης κάλλος ἐνδεδυμένον. Μὴ ἀπορίβῃς τὸ βραβεῖον τῆς μετανοίας, παρακαλῶ, δέομαι καὶ ἀντιβολῶ· ἄνδρισαι, ἄγνισαι, ἄλειψαι πνευματικῶς πολυπλασιάσει· ὁ Ἀπόστολος τὴν παράκλησιν· *Διὰ τὸν Χριστὸν πρεσβεῖτε, καταλλάγητε τῷ Θεῷ*. Δέεται ὁ Ἀπόστολος, ἵνα τὴν μεμνηστευμένην τῷ Χριστῷ καὶ τὰς συνθήκας λύσασαν πάλιν ἀνακαλέσῃται. Ὁ φιλόανθρωπος Δεσπότης λέγει· Οὐ μνησικακῶ ἐπὶ τῇ ὕβρει τῇ γενομένῃ· ἡ ἐμὴ ἐνύβριστα κοίτη, ἡ ἐμὴ ἡτέμασται συζυγία· ἀλλ' εἰς οὐδὲν τῶν γενομένων ἐγκαλῶ, ὧν ἐποίησας. Διὰ τί δὲ πολεμοῦντος τοῦ ὑπεναντίου μὴ ἀντέστης; πῶς οὐκ ἐτροπώσω [828] τὰ ἰοβόλα αὐτοῦ βέλη τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ μου; Οὐχὶ ἐγὼ διὰ τοῦτο εἰς παρθενικὴν γαστέρα ἐνώκησα, ἵνα ἡ ἔκπαισι διὰ τῆς ἀπάτης ἀτιμασθεῖσα φύσις τιμηθῆ διὰ τῆς παρθενίας; Παρθένον γὰρ τὴν Εὐαν οὐσαν ὁ ἐχθρὸς ἠμολώτευσε, καὶ διὰ παρθενίας πάλιν ταύτην ἐν παραδείσῳ εἰσήγαγον. Οὐκ ἤκουσάς μου λέγοντος, ὅτι οὐδεὶς ἐστίν, δὲ ἀφῆκε πατέρα ἢ μητέρα ἢ οἰκίαν, καὶ ἀπαρνήσεται πάντα τὰ τοῦ βίου, δὲ οὐ μὴ ἕκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσῃ; οὐκ ἤκουσάς μου διὰ Ἡσαίου τοῦ προφήτου λέγοντος· *Οἱ δουλοῦντές μοι εὐφρανθήσονται*; οὐχὶ δι' αὐτοῦ τοῦ δούλου μου Ἡσαίου ἐπηγγειλᾶμεν τοῖς ἐν ἀγνεῖα τρητοῖσι τὸ σῶμα κληρονομεῖν ἀγάθᾳ πολλᾷ, καὶ καρποὺς κρείσσονας υἱῶν καὶ θυγατέρων; οὐχὶ διὰ παρθενίας τὴν κορυφὴν μου ἐκράτησεν; οὐχὶ Ἰωάννης ὁ υἱὸς Ζεβεδαίου διὰ παρθενίας παρ' ἐμοῦ υἱὸς βροντῆς ἐκλήθη, καὶ υἱὸς τῆς μητρὸς μου; πῶς οὐκ ἤκουσας τοῦ ἀποστόλου μου Παύλου λέγοντος, *Τῆς σαρκὸς πρόνοιαυ μὴ ποιεῖτε*; Ναί, φησί, Κύριε· ἀλλὰ τὴν δούλην σου τὴν ἀναξίαν οἰκτεῖρησον, καὶ μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ ἐν ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. Ὁ γάρ ἀρχέκακος καὶ ἀνθρωποκτόνος ἐχθρὸς βέλος ἠκόντισε πρὸς με ἰοβόλον, καὶ περιέδραμέ μου τὴν καρδίαν καὶ τοὺς νεφροὺς καὶ τὰ λοιπὰ αἰσθητήρια, καὶ ἐπελαθόμην τὸ φόβον σου, καὶ τῆς δικαίας σου ἀνταποδόσεως· ἡμαυρώσας γὰρ μου τοὺς τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς τὸ ἐνδον ἐπιγιγνόμενον πῦρ. Πλὴν ἀναπολόγητός εἰμι, Δέσποτα, μὴ ἐπικαλεσαμένη σε τότε εἰς τὴν ἐμὴν βοήθειαν· ἀλλ' ἡμάρτηκα, Κύριε, ἡμάρτηκα, σὲ ἔγκαταλείψασα, καὶ δουλεύσασα πάθει αἰσχύνῃς καὶ ἀτιμίας. Τότε καὶ αὐτὸς ἔρει σοι· Καλὸν σε ἦν ἐνθυμηθῆναι, μὴ τὸ τάχος ἀποσταλῶσιν οἱ τὴν ψυχὴν σου ἀπαιτοῦντες ἀπὸ σοῦ· καὶ ποῦ τότε ἡ ἐξομολογησις καὶ ἡ μετάνοια; Διὰ τοῦτο γάρ λέγω, ὅτι *Ἰρηγορεῖτε, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν οὐδὲ τὴν ὥραν*. Πλὴν ἀπάσει μηκέτι ἁμαρτήσης, μηδὲ ἐμε καταλιπούσα. μιχαλῆς χρηματίσης. Καὶ ἡμεῖς οὖν δεόμεθα, Καταλλάγητε τῷ Θεῷ, καὶ εἰπὲς οὕτως, ὡ παρθένο· *Νίσφομαι ἐν ἀδώσει τὰς χειρὰς μου, καὶ κυχλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου, Κύριε*, ὅτι τὴν κειμένην ἡγεiras, τὴν τεθανατωμένην ἐξωμοποίησας, τὴν ἐβρόπυωμένην ἐλάμπρυνας, τὴν βεδυθισμένην τῇ ἁμαρτίᾳ τῷ ἀγλίστρῳ τῆς εὐσεβείας ἀν-

έσπασας, τὴν πλανηθεῖσαν ὡκειώσω, τὴν ἀιχμάλωτον ἠγόρασας, τὴν ὄβριθασαν οὐκ ἡμύνου, τὴν δραπέτευσασαν ἀνεκαλέσω, τὴν αἰμαγθεῖσαν ἀπέπλυνας, τὴν ὑπὸ τῆς ἠδονῆς θηρευθεῖσαν ἀπέσπασας, τὴν ταρτάρων ἀξίαν οὐρανοπολιτίδα ἀπειργάσω, τῆς γεέννης ἡλευθέρωσας, τῆς βομφαίας ἐλυτρώσας, τῶν δεσμῶν ἔλυσας, τῆς αἰδοῦ ζωῆς ἠξίωσας, τοῦ κινδύνου ἀφῆρασας, τὸν διάβολον ἥσχυνας, τὸ χειρόγραφον διέρρηξας. Ὁ δακρύων ἀγαθῶν γεωργὲ, τί τούτων λαμπρότερον τῶν θαυμάτων; Συνέληθε οὖν, ὅσαι τῷ τοιοῦτῳ κινδύνῳ τοῦ ναυαγίου περιπέσετε, γυνῶτε, διδάχθητε, παιδευθητε, ὅτι ὁ μὲν τῆς ἁμαρτίας καρπὸς ἐστὶ θάνατος, ὁ δὲ καρπὸς τοῦ Πνεύματος ἐστὶ ζωὴ καὶ εἰρήνη καὶ ἀγιασμός. Ὅσοι νῦν τε καὶ πάντοτε βούλεσθε ἐκφυγεῖν τὸν θάνατον τούτου, τὰ λεγόμενα ἅπαντα ὑπόθεσιν σωτηρίας λάβετε· καὶ τοῦτο αἰετ μελετᾶτε πάντες, ἐξαιρέτως δὲ οἱ μονάζοντες, καὶ παρθένοι αἱ τὰ σῶματα ὡμῶν ἀφιερύσασαι τῷ Κυρίῳ· *Πνεύματι περιπατεῖτε, καὶ ἐπιθυμία σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε*. Ἡ γὰρ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς τὸν καρπὸν τῆς ἁμαρτίας· θάνατον ἐβλάστησεν· ὁ δὲ καρπὸς ἡ πνευματικὸς ζωὴν αἰώνιον καὶ ἄφθαρσίαν καὶ ἀγιασμόν καὶ εἰρήνην ψυχικῶς τε καὶ σωματικῶς. Διὸ πᾶσιν ὑμῖν τοῦτο γνωστὸν ἔστω, ὡς οὐδεμία ἀρετὴ τιμιώτερα παρθενίας πέφυκεν εἰς πᾶν φυτόν ἀρετῆς, ἀλλ' οὐδὲ ὅμοια ταύτης εἰσπίπτει, ἐάν ὁ μονάζων ἐκεῖνος, ἢ ἡ παρθένοσ κατὰ διάνοιαν μὴ ἐκπερνεύσῃ· ἢ γὰρ συγκατάθεσις τῶν λογισμῶν πᾶσαν τὴν πράξιν ἀπετέλεσεν. Ἀψευδὴς γὰρ ὁ εἰπὼν· *Πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἔμολχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ*. Οὐδὲν δὲ κεραισμένον ἐκ τοῦ ἀβένου καὶ τῆς θηλείας· πάντες γὰρ [829] τοῦ αὐτοῦ φρυμάτου τυγχάνομεν, καθὼς τὸ Εὐαγγέλιον φησί· τὸ μὲν θέλημα ἀνδρὸς λέγει· τὸ δὲ θέλημα σαρκὸς, ἐν καὶ τὸ αὐτὸ πᾶν εἰρηκῶς. Διὸ δεῖ καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρθένον ὄλην ἐαυτὴν ἀμωρον τηρεῖν καὶ ἀφθαρτον, καὶ τὴν καρδίαν πρὸς τὸν αὐτῆς νυμφίον καὶ δημιουργόν Χριστόν, τοῖς δὲ ὀφθαλμοῖς τῆς διανοίας ὡς βλέπουσαν τὸν ὄρατον κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, πάντα λόγον ἀργῶν καὶ μὴ δυνατὸς πρὸς οἰκοδομὴν ἀποστρέφεσθαι, παντὶ ἀβένῳ ἀδελῶς μὴ συνδιᾶζειν ᾧ, καὶ μάλιστα τῶν ἀτάκτως περιπατούντων. Εἰ δὲ πληροφορία τίς ἐστὶ περὶ ὠφελείας ψυχῆς, οὐ δεῖ παραιτεῖσθαι ἀνδρας ἐμωσχημόνως περιπατοῦντας. Μὴ παρρησιάζεσθαι δεῖ, μηδὲ χρονίζειν, γυναιξὶν ἀσέμνοις μὴ συγγελοιάζειν ὄρκος δὲ ὅλως ἐκ στόματος μὴ ἐξεργεσθῶ. Δεσποτικὸν γὰρ τὸ παράγγελμα, ὅτι οὐδὲ κατὰ τῆς ἰδίας σου κεφαλῆς ἀνέχεται σε ὀμόσαι λέγων, ὅτι Πᾶν τὸ πλεῖον τοῦ Ναί καὶ τοῦ Οὐ, ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστὶ· τοὺς δὲ βυπαροὺς καὶ ἀσέμνους λογισμοὺς, καὶ πάντα τὰ τῆς σαρκὸς περὶ τατήρια τῷ φόβῳ καὶ τῷ πόθῳ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῷ τύπῳ τῶ σταυροῦ αὐτοῦ ἀπελαύνειν. Ἰδοῦ, πατέρες καὶ μητέρες καὶ ἀδελφοὶ καὶ ἀδελφαὶ καὶ τέκνα πάντα, τὰ συμφέροντα παρεθήκα ὑμῖν, λέγω δὴ τοῖς μονάζουσι καὶ ταῖς παρθένοις. Ταῦτα φυλάξατε, καὶ οὐ μὴ πταίσητε, ἀλλὰ ἀξιοθήσεσθε καὶ ὑμεῖς κληρονόμοι Χριστοῦ ἀναεῖχθῆναι, ὧν πάντων τὴν ἡτοιμασμένον ἀγαθῶν ἀξίους καὶ κληρονόμους ἀναδείξῃ ὑμᾶς ὁ Πατήρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως, χάριτι καὶ οἰκτιρμῶσι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ πρέπει δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ παναγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ αἰετ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

ᾧ Savil. conj. συνδιᾶζειν.

CONTRA HÆRETICOS.

violentorum enim est regnum cælorum. Ne separatis, quæso, cor vestrum a Deo, sed perseverate et custodite illud, cum memoria semper Domini nostri Jesu Christi, donec inseratur nomen Domini intus in corde : nihilque aliud cogitatis, quam ut magnificetur Christus in vobis. Rogo igitur vos, hanc orationis regulam nunquam intermittatis ; sed sive manducatis, sive bibitis, sive viam carpitis, sive aliud quid facitis, sine intermissione clamate : Domine Jesu Christe, Fili Dei, miserere nostri ; ut ipsa memoria nominis Domini Jesu Christi nos incitet ad bellum contra inimicos. Omnia enim per memoriam vi impulsæ anima invenit, sive bona sive mala. Primo enim mala in corde videre potest, et postea bona. Memoria enim potest hominem humiliare ; memoria potest redarguere peccatum in nobis habitans ; memoria potest ipsum consumere ; memoria potest in corde excitare omnium potentiam inimici ; memoria potest ipsam movere et in corde radicare per partes. Pars enim illa nominis Domini nostri Jesu Christi in profundum cordis descendens, draconem pascua tenentem depulsi ; animam vero servat et vivificat. Indesinenter igitur perseverate nomen Domini Jesu in corde clamantes ; ut et cor Dominum et Dominus cor absorbeat, et illa duo unum fiant. Hoc autem opus non est unius diei, nec duorum, sed multo tempore, certamine et labore opus est, donec ejiciatur inimicus, et inhabitet Christus. *Quoniam non est nobis collectatio adversus sanguinem et carnem, sed adversus principatus et potestates, adversus spiritualia nequitie* (Ephes. 6. 12), ut ait Apostolus. Sic oportet orantem precari, ut mentem omnem colligat et intendat ad invocandum Deum cum animo dolente, nec longos texere sermones, neque longam supplicationem, sed pauca et simplicia proferre verba : non enim ex multiplici sermone, sed ex vigili mente exaudiemur. Quod ex Anna Samuelis matre videre est. Non opus est ergo multis sermonibus, sed frequenti oratione, ut per Paulum Christus jussit, cum modica intermissione. Si enim sermonem protrahas, ut sæpe in segnitium cadis, multam offers diabolo licentiam te invadendi et supplantandi, atque mentem tuam a verbis abducendi : si vero frequentes emittas preces, frequentia illa totum tempus occupante, cum multa vigilantia poteris preces fundere. Vis scire vigilandi, precandi et perseverandi modum? Adi Amam, discite quid illa fecerit (1 Reg. 1. 9. 15). Surrexerunt, inquit, omnes a mensa : et statim illa non ad somnum vel ad quietem versa est. Quare videtur illa ad mensam sedens frugaliter egisse, neque cibis sese onerasse : neque enim tantas emisisset lacrymas. Neque quia clamorem et magnam emisit vocem, sed quia intus in corde magnopere clamabat : nam *Vox ejus, inquit, non audiebatur* : ideo exaudivit illum Deus. Non enim tam voce opus est, quam animo, ut neque tam extensione manuum, quam intenta anima ; non habitu, sed animo opus. Licet enim extra ecclesiam sis, clama et dic : Domine Jesu Christe, miserere mei ; non labia movens, sed mente clamans : nam tacentes etiam exaudit Deus. Non quaeritur locus, sed quaeruntur mores : ubicumque sis, precare : templum est, ne quare locum. Mare ante positum erat, post tergum Ægyptii, in medio Moyses nihil loquens : et dicit illi Deus : *Quid clamas ad me?* Et tu igitur, cum tentatio ingruit, ad Deum confuge, Dominum Jesum voca. Num homo est, ut locum quemdam petas? Deus semper prope est. *Adhuc te loquente dicit, Ecce adsum* (Isai. 58. 9). Nondum finita oratione ipse dat illi quod petitur. Si enim mentem habeas puram ab absurdis passionibus, licet in foro, licet in via, licet in mari, licet in diversorio, vel ubicumque fueris, si Deum invocas, rem petitam consequi poteris. Sæpe, iniques, petii, nec accipi. Certe quia male petisti, aut infideliter, aut superbe, aut que tibi non utilia erant : etiamsi vero sæpe tibi utilia petieris ; at non perseverasti. Scriptum est enim : *In patientia vestra possidebitis animas vestras* (Luc. 21. 19) : et, *Qui perseveraverit usque in*

finem, hic salvus erit (Matth. 10. 22). Nam nisi cum labore et perseverantia magna petieris, non accipies. Primo enim oportet desiderare, et cum desiderio ex veritate et in fide ac patientia querere ea, quæ singulis conducunt, non te accusante conscientia, quod perfunctorie et negligenter petas : tunc accipies, cum Deus volet. Nam ille melius quam tu videt ea, quæ tibi utilia sunt : et ideo fortasse differt, ut te hinc ad perseverandum sapienter alliciat, ut cognoscas quid sit donum Dei, et cum timore custodias id quod tibi datum est. Quæcumque enim quis cum labore multo acquirat, cum magna cura custodit, ne perdat illud atque una laborem illum magnum, et ne, cum gratiam Domini spreverit, indignus efficiatur æterna vita. Quid profit Salomoni, quod cito acceperit sapientie gratiam, qui illam postea perdidit? Ne ergo pusillus sis animo, si non statim petitionem accipias. Si enim sciret Dominus te cito acceptam gratiam non perditurum esse, paratus esset vel ante petitionem tibi illam conferre : nunc autem ita facit curam tui gerens. Nam si servus qui talentum accepit, et integrum servavit, quia non negotiatus erat, condemnatus est : multo magis qui illam postea perdidit? Attende tibi, et te undique circumspice : ad tui custodiam insomnem mentis oculum habeto : in medio laqueorum transis, occulti inimici laquei undique defixi sunt. Omnia ergo circumspice, ut a laqueis quasi *δορπας* (caprea) evadas. Illa enim laqueis capi nequit ob visus acumen ; ideoque ab *δεδορπιστα* (visus acumine) nomen habet. Hoc porro sciendum est, nos neque aliud præceptum, neque amorem Dei vel proximi servare posse, si ab alio ad aliud mente vagemur. Sed et exercitium illud placeat Deo secundum Christi evangelium, in secessu a curis sæculi, et in omnimoda repulsa inutilium occupationum perficitur. Sic et discipulis Dominus, sincerum nec elatum affectum adeptis, testificabatur dicens : *Vos non estis ex hoc mundo* (Joan. 15. 19) : et a contrario non posse mundum cognitionem Dei acquirere, nec Spiritum sanctum capere declarabat. Nam ait : *Pater juste, mundus te non norit ; et, Spiritus veritatis, quem mundus non potest accipere* (Joan. 17. 25. et 14. 17). Illum ergo qui vere Deum vult sequi, solum esse oportet a vinculis affectus erga vitam : hoc vero per omnimodum secessum et oblivionem veterum morum perficitur. Quo facto omni custodia cor servandum est, neque cogitatio Dei removenda, neque memoria mirabilium ejus vanis cogitationibus sædanda est, sed per assiduum et puram memoriam sanctam Dei cogitationem animabus nostris ceu sigillum indelebile impressam oportet habere. Sic enim vincit in nobis caritas erga Deum, quæ simul nos excitat ad observationem mandatorum Domini ; et hinc illa ipsa servatur in perpetuum illæsa. Et hoc declarat Dominus aliquando dicens : *Si diligitis me, mandata mea servate ; aliquando vero, Si mandata mea servaveritis, manebitis in dilectione mea ; et ut validius inflectat, Sicut ego mandata Patris mei servavi, et maneo in ejus dilectione* (Joan. 14. 15. et 15. 10). Qui vero mandati accuratorem in operando corrumpit, sine dubio circa Dei memoriam infirmatur. Confert autem non elatum animo esse, et separatim donqi habitare : nam cum aliis in vita se commiscere, noxium est. Itaque ut ne per aures nec per oculos incitemur, et ut in oratione perseverare possimus, primo domi seorsum vivamus : ita enim priscam consuetudinem superamus, qua vitam a Dei præceptis alienam ducebamus. Et illud, *Si quis venit ad me, abneget semetipsum* (Matth. 16. 24), quando nam quis eorum vel unum servare possit? Oportet enim nos abnegantes nosmetipsos, et tollentes crucem nostram, sic illum sequi. Abnegatio autem sui est, præteritorem omnium oblivio, et voluntati propria abrenuntiatio. Si vero quidpiam terrenum in memoria retineamus in substantia corrupta, jam mente quasi in quodam cæno demersa, anima a Deo non respicitur, atque ad concupiscentiam cælestium et ad repositorem bonorum promissionem immobilis est.

In summa ne res quidem necessarias curare ipsi conceditur, verbi gratia alimenta, vestem: ne ceu spinis detineamur malis, mundi cogitationibus, quæ semen ab animarum nostrarum agricola jactum a fructu ferendo prohibent; Domino nostro Jesu Christo dicente: Hi sunt qui in spinas inciderunt, qui a sollicitudinibus et divitiis et a voluptatibus vitæ suffocantur, nec fructum ferunt (*Math. 13. 22*). Neque enim peccatis tempus dabimus, neque inimico locum in cordibus nostris relinquemus, si per frequentem memoriam Deum inhabitantem habeamus. Attentio autem mentis et con-uetudo sese non extollendi pueris per rectam educationem facile aderunt, si a gubernatoribus frequenter observentur, quo scilicet mentem vertant, et quid versent in cogitationibus. Nam a-tatis simplicitas sine dolo et mendacio facile mentis arcana revelat. Ne autem puer frequenter vitio facere deprehendatur, cogitationem avertit ab illicitis rebus, reprehensionum pudorem metuens

Et dixit Deus: Faciamus hominem ad similitudinem nostram (Gen. 1. 26), de interiori homine loquens. At dices: Non loquitur de cogitationibus: hominem dicit ad imaginem Dei; cogitatio autem quomodo homo fuerit? Audi Apostolum dicentem: *Licet is qui foris est homo corrumpatur, tamen is qui intus est homo renovatur de die in diem (2 Cor. 4. 16)*. Duos homines agnosco, unum apparentem, et unum qui in apparente occultatur. Interiorem ergo habemus hominem, et quasi duplices sumus: et tunc recte dicimus, Nos intus homines esse, foris vero minime: eo quod in rationabili anima id quod perfectum est habeamus. Itaque corpus est instrumentum animæ hominis: proprie autem homo est id quod ad animam pertinet. Illud, *imperet*, corporine dicit, an ratiocinio? in animante, an in corpore est imperium? Sed in quo est imperium, nisi in ratiocinii potestate? Quantum enim deficit homo virtute corporis, tantum excellit ratiocinii facultate. Non dixit, *Faciamus ad imaginem nostram et irascantur*: neque enim passiones ad Dei imaginem assumptæ sunt: sed ratio est passionum domina. Datum est tibi imperium in bruta, ut brute passioni imperes: si ergo feris imperas, cur non imperes interioribus feris? si exterioribus imperas, cur interiores sine imperio relinquis? Princeps igitur creatus es: ne ergo elatas habeas cogitationes, neque levis et inconsans mente sis. Si ea quæ exterius volant dejices, teipsam qui ita leviter te extollis dejicere debes. Ne itaque inflatus supra id quod est te extollas, ne majora, quam natura humana

ferat, sapias, neque laudatus infleris, neque gloriam quæris, neque magnum te quidpiam esse putes: quia eris sicut avis non firma, hinc et inde jactata. Impera cogitationibus tuis, ut sis omnium dominus: nam imperium nobis in animalia datum nos ita concinnare debet, ut nobis ipsis imperemus. Quemadmodum nihil prosunt donus, urbs, ostia, nisi adsint qui illa custodiant, et sciant, quando claudere, quando aperire oporteat: sic neque monacho prosunt alia bona opera, nisi voluntatum ejus ostiaria sit ratio, cui commissum est ut cor vel claudat vel aperiat, cum accurate et multa prudentia, ut sciat, quænam ejicere, quænam introducere oporteat. Et si qua cogitatio vehementer insurgat, oportet illam intus suffocare, nec permittere ut in verba erumpat: sed hanc radicem excisiccare, et tutum ostium habere cum diligenti custodia, malasque voluntates ne nasci quidem sinere, natas vero præfocare. Ideo Deus malas cogitationes intus comprimere jubet dicens: *Qui respicit mulierem ad concupiscendum eam (Math. 5. 28)*, etc. Videntur, quomodo illas ne germinare quidem vel initium sumere sinat, nec concupiscentiam scilicet, nec iram? dicit enim: *Qui irascitur fratri suo, reus erit gehennæ ignis (Ibid. v. 22)*. Sicut fores clausæ, inquit, et male cogitationes cito profligabuntur. Ex ira enim et concupiscentia omne peccatum animæ oritur. Ideo David Deum precatur dicens, *Ne declines cor meum (Psal. 140. 4)*; non quod Deus cor declinet, nec iram? dicit significat: Ne sinas declinare aut perverti in malas cogitationes. Inde enim scaturit fons malitiæ et nequitia: Sicut enim si oculus frequenter circumspicitur et tunc in transversa feratur, nunc in superna vel inferna, clare subjectam rem videre nequit; sed opus est ut mens visam rem firmiter apprehendat, et verus aspectus fiat: ita et mentem hominis mille sollicitudinibus involutam impossibile est clare veritatem intueri, et paratam esse oportet ad suscipiendas in corde impressiones ex doctrina divina inductas, ut hæc disciplina malam consuetudinem reprimat. Alio enim modo non possunt divina in corde inscribi, nisi prævias consuetudinis labes sustulerint. Mens enim non dissipata in exterioribus, neque a sensibus in mundum effusa, ad seipsam revertitur, et hinc ad Dei cogitationem evahitur: æque illa fulgens pulchritudine, ipsam naturam obliviscitur, neque cura cibi vel vestimentis pertrahitur; sed a terrenis curis vacans, totum studium vertit ad æternorum bonorum possessionem; quæ nos assequi contingat in Christo Jesu Domino.

IN ANNUNTIATIONEM SANCTISSIMÆ DEIPARÆ.



Regiorum mysteriorum festum celebremus hodie: omnis creatura congregata exultat. Cælum stellarum ministerio ducebat eos, qui ad celebritatem festinabant; terra per pastores ad adorationem currebat: Isaias vivo prophetia gressu incedebat, ut cœtui virginem ostenderet; Jeremias renuens, at tamen gradiebat, ipsum cœtus Dominum ostendens, ac dicens: *Hic Deus noster (Baruch 3. 36)*. Zacharias gaudium cœtui afferens accurrebat, Dominici adventus mandatam revelans ac dicens: *Gaude, filia Sion; ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, insidens super subjugalem et pullum juvenem (Zach. 9. 9)*. Maria et Joseph in præsepio pretiosissimum margaritam posuere: ac magi videntes ac stupentes ob naturæ pulchritudinem, hunc Herodi ut dignum regem indicaverunt. Hoc ille audit, per dolum obtendens mortiferam adorationem, margaritam videre festinabat: sed quia indignus erat, optatum non assequutus est; et quasi illusor, quod accurus esset meditabatur. Angeli vero incorporeæ naturæ in celebritate illa choreas agentes dicebant: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax (Luc. 2. 14)*. O novum et stupendum miraculum! Omnem

linguam superat festivitatis argumentum, ut vix Mariæ laudes enarrare possit: ad quam missus angelus clamabat: *Ave, gratia plena, Dominus tecum (Luc. 1. 28)*. Illa vero concitata, torvo oculo dicentem aspexit; et de visione obstupefacta, verba illa mente ponderabat, qualis nempe esset ista salutatio, dicens: O peregrine, peregrina me voce alloquens obstupefacis. An ignoras salutantium consuetudinem? num me tentas an capti facilis sim? Illic quidem, *Ave*, salutantibus omnibus commune est; illud vero, *Gratia plena*, extraneum, iis maxime quæ cum pietate castitatem profitentur. Quamobrem austeri vultu et irato obtutu, cum minis, loquentem repudiavit: *Discede, discede, o homo, ex liminibus meis: siccine veniens orsus es? non places mihi, etsi secus existimens. Me decipere vis, ut Evan generis matrem: non vinces vultus mei pulchritudinem, neque eternum affectum, quem erga sponsum meum pauperem habeo. Antequam senex veniat, auge a domo mea: hinc abscede, ne te senex ille carpat: zelotypus enim est. Expedit tibi ut abscedas: nam si te loquentem, ubique talia quæ naturam humanam superent polli-*

centem deprehendat, et tibi malum et mihi luctum lacrymasque conciliabis. Ille vero his non obtemperans, illud, *Ave, gratia plena, proferebat*. Consperta Virgo ejus perseverantia, aurem præbuit, ut accuratius dicentis scopum edisceret: atque illud, *Ave, gratia plena*, postea accepit admisitque. Ille vero pergit, *Dominus tecum*. Ut autem audivit Virgo illud, *Dominus tecum*, loquentem statim intus advocavit. Dominum, inquit, tecum affers, intus ingredi, et cur veneris cito narra. Tum angelus: *Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Emmanuel: hic erit magnus, Deus fortis, princeps pacis, potens, pater futuri sæculi. Ad hæc Virgo, Nondum nuptiæ sunt, nondum nuptialis thalamus, et jam partus? Quid facias non habes. Si utpote peregrinus aliquo indigeas, accipe et vade, et ne intempestive quæ necis vaticineris. Attamen si concipiam, ex Josepho utique. Tum angelus: Non te decipio: *Hic erit magnus*. Respondit Virgo: Quomodo magnus? sponsus meus pauper est, et ego admodum inops: possessiones non sunt mihi, pecuniis caremus, genere conspicui non sumus, et postea ad censum trahimur. Didrachma solvet, et dicens, *Erit magnus?* Desiste, desiste a talibus promissis. Ait angelus: Id quod minus non credis? id quod majus est velis nolis accipe: *Filius Altissimi vocabitur*. Tum Virgo: Jam hinc abscede, ne audiat Joseph et sacerdotibus nuntiet, et qui conjugio privatur, securi tibi collum abscindat, quia prope me alloqueris et in foribus cellæ meæ. Ex cælo mihi sponsum polliceris? æqua natura in cælo conjugium expetit? Cælestes omnes spiritus incorporei sunt: quomodo igitur incorporea corporeis miscerentur? Tum angelus: Ex corpore et incorporeo Filius Altissimi vocabitur. At Virgo: Unde patrem habebit is quem dicis ex me nasciturum? Respondet angelus: Hoc enim est, o Virgo, admodum mirabile, quia virum non cognosces, et illum quem dico tibi paries, ac puer ille pupillus non reperietur. Ex utero tuo egredietur, et ostium non hædet, nec virginitatem amittes, et natum lactabis. infantem in ulnis ferens, ipsumque supra Cherubim sedentem videbis. Illic ex te nato *Dabit Dominus Deus sedem David patris sui, et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis* (Luc. 1. 32). Tum Virgo: Vel invitus loquendo lapsus es. Os tuum te accusat, labia tua te redarguunt; paulo ante dicebas, *Filius Altissimi vocabitur*; et nunc dicis filium Davidis; quis hic sermo est? Pro lubito tuo mentem meam ad cælum extollis, et postea rursum in terram dejicis. Cui verbo credam, primone an secundo? Dicis enim, *Dabit illi Dominus thronum David patris ejus; et regni ejus non erit finis*. Nullus rex immortalis fuit, nullus communem finem effugit: omnes invadit mors ut domina, omnes a veribus roduntur: nullus rex inferni portam effugit: omnibus mors imperat, omnes in sepulcris custodit: nemo ejus retia transiit, nemo ejus laqueos effugit. Nonne Saül mortuus est, qui primus regni diadema accepit? nonne David qui unctus ex cornu olei manifestatus est? nonne Samuel regum pater, qui per oleum etiam qui dignus erat indicabat et indignum pellebat? nonne Salomon sapientissimus, qui per gladium meretricis mendacia redarguit? nonne Ezechias, qui lacrymis mortis sententiam avertit? et quomodo filius meus regnabit in æternum? Respondet angelus: Hoc enim est, Maria, stupendum mysterium, quod omnes mortui sint, et filius tuus mortem sit victurus, mortuos suscitaturus, sepulcra aperturus, tartari claustra confracturus, et multa corpora dormientium resuscitaturus: nam ex immortalis immortalis natus per mortem suam occidet mortem. Quocirca ne ultra credere differas, ut ne culpæ sis obnoxia. Is enim de quo loquor jam per auditum tuum in uterum tuum insilit, uteri tui encœnia celebrans. Tum Virgo: Ut his assentiar, primo me fac certiore, quomodo sit Filius Altissimi et filius David, is qui ex me, ut dicis, sine patre nascetur; et quomodo duos patres prædi-*

caveris. Reponit angelus: Primo discere, et postea contradicere. Cum tibi dixi, Filius Altissimi, cum qui ante sæcula impassibiliter ex Patre natus est indicavi; et cum dixi, Filius David, sic loquutus sum, quia tu ex patre Davide proluxisti. Accepta ergo certa notitia, sermones meos custodi: nam ego servus ejus sum, quem tu paritura es. His dictis, angelus Virginem reliquit. Illa vero hæc secum reputabat: Josephone annuntiabo, an potius tacebo mysterium? si mentitus est is qui venit, senis linguam contra me excitabo. Et dum hæc cogitabat Virgo, uterus intumescibat, et infans intus choreas agebat. Maria vero hac de re sollicita erat, et mille velamenta ventri imponens, id curabat ut Joseph rem ignoraret: sed non potuit occultare urbem supra montem positam. Josephum pupugit tumor uteri, et torvo ille oculo Virginis ventrem considerabat. Contumeliam dicere volebat, et tacere cogebatur: contumeliam ei dicere volebat, ut quæ virginitatis cimelia vendidisset; sed vita ejus id impediabat. Demum animam suam ærumnis cruciabat, Hei mihi, dicens, quid faciam? facies virginis est, status virginis, oculi virginis, risus virginis; at venter non virginis, sed matris; verba virginis sunt: hei mihi, hei mihi, illud videns ferre nequeo. Remne traducam, Mariam redarguam? Communis erit turpido. Clamabone magna voce, ne ejus qui sine semine nascitur pueri pater appeller? Nullus puella accusator est, quia is qui utero gestatur, nullum habuit seminantem. Forte non sine periculo mihi est vel tacere vel loqui. Quid ergo faciam? num interrogabo, an id declarabo ante interrogationem? Hoc scriptura testificatur: illum potius redarguam. An non fecit? Ipsa igitur vocata austero vultu, judex in utero gestati judicis sedebat. Dic mihi, inquit, vere, quid tibi acciderit, ne abscondas mihi: nemo adest qui hæc audiat; arcana servare novi: nemo rem sciet, me tantum certicem facito. Unde accidit illud quod in te videtur? hujus patrem mihi indica, et te culpa liberam habeo: veniam quippe obtinebis, ut mulier concupiscentia percita. Respondit ei Virgo: Si patrem hujus quæris, nunquam invenies: si vero pupillum quæris, perinde laberis. Tum Joseph: Non potes, Maria, mentiri: quomodo enim potest pupillus non esse, et patrem non habere? Respondit Virgo: Si quæras quis sit, o Joseph (illud enim ignoras), si veritatem dixeris tibi, non credes. Uterum vides, et occultum in eo Dominum non vides: ventrem consideras, nec cogitas cum qui ex utero ante luciferum ex Patre natus est, et in me habitat. Si dicam tibi id, quod mihi dixit angelus, dices, Tibi ipsi testimonium reddis, et testimonium tuum non est verum. Tum Joseph: Produce eos qui audierunt, qui præsentibus fuerunt, profer veraces testes. Dicit Virgo: Si hæc quæris, nunquam invenies: unus enim ad unam missus, solus soli loquutus est: nullus aderat, quia nullus futurus erat nati pater. Cum autem non crederetur Virgo, secum reputans rursus, in aliam cogitationem incidit: Uterus me prodit, puer in utero exsultans me accusat: cur ergo contra me Josephum magis irritabo? Comprimum silentio labia mea, et cum angelo invisibiliter disceptabo: Uti nunc es, qui mihi, *Ave gratia plena*, dixisti? quibus in locis versaris? dic, ut illo me conferam, et a collo tuo pendeam, donec veniens certiorum facias Josephum, cujus filius sit is qui in uteri mei cubiculo exsultat. Non fero senem torve respicientem, murmurantem. Tu quo loco tempus agas nescio: veni et causam meam tuere. Hæc dicente Maria, statim angelus Josephum adit, et cum rei certiorum fecisset, prohibuit ne Virginem dimitteret. *Noli timere*, inquit, *Joseph, accipere Mariam conjugem tuam. Non nuptiarum consortium, sed divinum mysterium œconomiam tibi annuntio. Sed pater non es? In terra patrem ne quæras, neque in cælis matrem. A pupilli statu natura liberatur: solus enim ex solo unice ante sæcula est; nunc vero solus ex sola, ut novit ipse solus. Ne pusillus animo esto circa Mariam, ne attili-*

gas id quod ex Maria oritur : ne quæras quomodo, ne te ledat infans : ne curioso inquiras arcam, ut ne depositum amittas. Immaculatum est vas, sine labe cimelium est, non sordidatum alabastrum, sine semine partus, sine marito puella, sine thalamo virgo, non incisa petra, hortus conclusus, thos signatus, non seminatus ager, non plantatus palmes, non excogitatus partus. Si mihi non credis dicenti, tempus partus exspecta. Quod si fleverit et ingemuerit Maria,

ut reliquæ mulieres ; homo est, et non Deus, qui ex Maria nascitur. Respondet Joseph : Si hæc ita se habent, ut dixisti, o archangele. *Quare frenuerunt gentes, et populi meditati sunt inaniam? Cui angelus : Si quæris discere, cito accipe : quia Dominus nascenti dixit : Filius meus es tu, ego hodie genui te (Psal. 2. 1. 7). Quia ipsum decet gloria in sæcula sæculorum. Amen.*

**IN ILLUD : QUÆCUMQUE LIGAVERITIS SUPER TERRAM, ERUNT LIGATA ET IN CÆLO (Matth. 18. 18); ET DE PARABOLA CENTUM OVIUM, ET IN DICTUM EVANGELISTÆ : SI DUO CONSENSE-
RINT, etc.; ET IN ILLUD : QUOTIES, SI PECCAVERIT IN ME FRATER MEUS, DIMITTAM EI (Ibid. v. 12. 19. 21) ?**

—KCI—

Unam habens fons aquæ naturam, multis variisque animalibus medelam siti subministrat. Nam et boum armenta et ovium greges illuc ad potandam accurrunt, quadrupedumque turmæ, ac ferarum vicina genera diversa illo properant et bibunt, atque avium multitudo eodem convolat et aquam haurit, ut sitis ardorem sedet. Neque modo brutis usus est; sed etiam rationalibus hominibus potum ubertim suppeditat: omnis denique natura reptilium, volatilium, quadrupedum et rationalium hominum ex uno fonte aquam hauriunt. Talis est, carissimi, divina Scripturarum natura, una cum sit. Quia enim ex una Dei sapientia scaturit, multa ac diversa hominum corda sapientia imbuit. Hinc doctores sapientiam hauriunt, discipuli erudiuntur, Ecclesiarum bonus odor manat, sitientes potum sumunt, obtenebrati illuminantur. Quod hæc ita se habeant, ex evangelio jam lecto facile discitur. Quid enim ait Dominus? *Amen dico vobis, quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata et in cælo.* Una vox est, quæ ad usum cuiusque varie divisa, aptatur senibus, junioribus, mulieribus, virginibus, viris, discipulis, et magistris. *Quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata et in cælo.* Tibi dedit potestatem ligandi atque solvendi: te ipsum ligasti avaritia catena, te ipsum solve per præceptum misericordiæ erga pauperes: te ipsum ligasti aestro voluptatum, te ipsum solve temperantia: te ipsum ligasti prava Eunomii fide, te ipsum solve per orthodoxam sententiam. Doctores ligat Eunomii, Arit et Marathonii disciplinas, et solvite vobis Patris, Filii et Spiritus sancti evangelicas sententias: ligate demones, qui contra fidem pugnant per preces ad Deum emissas, et solvite gentiles qui convertuntur in baptisate, peccatorum ipsorum catenas dirumpentes: ligate per separatim eos qui post baptismum peccarunt, illosque pœnitentiam agentes rursus solvite, et ut fratres recipite: verus est enim ille sermo: *Quæcumque solveritis super terram, erunt soluta et in cælo.* Illud enim etiam apostoli faciebant. Ligavit aliquando Paulus eum, qui Corinthi fornicatus erat, et postea solvit eum ex corde pœnitentem: ligavit Petrus eum, qui post baptismum pecunia voluit donum Dei emere, et postea ex corde procumbentem solvit. Denique multos peccantes nec pœnitentes ligavit, alios vero pœnitentes solverunt. Ligavit Petrus Ananiam et Sapphiram, qui tentabant Spiritum Domini, et solvit Tabitham ex morte, cum illam a mortuis suscitavit: solvit Cornelium centurionem credentem, et ligavit Romæ Simonem magum, qui magicis artibus ludebat: ligavit Paulus Elymam magum, quando illum verbo excæcavit, et solvit puellam a Pythonio dæmone: ligavit seipsum Judas fume proditoris, et solvit Petrus negationem suam per pœnitentiam: ligavit Paulus seipsum dum persequeretur Ecclesiam, sed seipsum postea solvit in via, quando viam veritati agnovit. Multa propheta quoque ligavit et solverunt. Ligavit Elias Thesbites nubes imbrium, ne impiis pluviam præberent, et solvit eas rur-

sum rege Achabo ante ipsum procumbente: solvit ejus discipulus Elisæus Neeman Syrum a lepra, et ligavit Giezim, qui propter pecuniam mentitus fuerat, ac maledicto lepram ipsi intulit: solvit Daniel Nabuchodonosoris somnium, et ligavit armatas contra ipsos Chaldæorum manus: solvit templum idolorum, everso Belo et occiso dracone, et ligavit ora leonum sanguinem vorantium. Ligaverunt quoque tres pueri vim ignis, non combusti ab eo, et solverunt regis mandatum, ejus imaginem non adorantes. Plus quam illos omnes Dominus noster Jesus Christus ligavit et solvit. Solvit enim inimicitiam inter nos et Deum ortam, et ligavit principem malorum serpentem, per quem inimicitia orta fuerat: ligavit omnes demones, qui contra hominem pugnant, et solvit omnes homines ab ipis exagitatos: ligavit flammæ gladium contra nos vibratum, et solvit latronem in cruce ligatum, quem in paradisi deliciis induxit: ligavit fratricidam Cainum, ferioribus adlocens ipsum, et solvit paralytici tremores, membrorum usu restituto: solvit Isaacum ab Abrahamo victum, et ligavit pro eo arietem in planta Sabec detentum: ligavit Judam argenteos amantem, et solvit principem publicanorum Zacchæum, qui pecunias suas pauperibus distribuit: ligavit Judaicos porcos, quos demonibus tradidit, et solvit ligatum asinam et pullum, missis discipulis: ligavit infructuosam ficem arcifacis radicibus, et solvit inclinatam mulierem, dicens, illi: *Confide, filia (Matth. 9. 22), soluta es ab infirmitate tua.* Solvit Petrum catenis vinctum, et ligavit homicidam Herodem, membra ejus vermibus rodeant tradens: firmavit fundatam supra firmam petram orthodoxam Ecclesiam, et solvit tabernaculum heterodoxorum, super arenam mobilem constructum: ligaverunt etiam Judei Christum, sed solvit Christus illorum templum, Jerusalem evertit, dissolvit legalia ipsorum, abrogavit circumcisionem, destruxit synagogas, abrupit eis legem et prophetas, ipsosque paleæ iustarum per omnes civitates et regiones ventilavit. Ligavit quoque diabolus Dominum in crucem actum, sed dirupit Christus ejus insatiabilem ventrem, voraces ejus dentes, per firmam petram suam nervos ipsius fractos dissolvit, ejus amictum contrivit, coniam demisit, luctum et planctum æternum et tenebrosam iniecit in eum, quia ille in gaudio versantem hominem, in peccatorum luctum deduxit. Exstinxit ejus impudentes oculos, pudore suffudit ejus ignominiosum vultum, acutis spiculis illum confodit, triplici gladio perforavit, spem dissipavit, scrutatus est absconditos illius nidos, et in omni vento thecas ejus dispersit; prostravit immanes dæmonum ejus filios et nepotes, igni combussit inextinguibili manufacta ejus idola, in barathrum conjecit lectum ejus, penuaria ejus tenebrosa dirupit, omnes inferni portas aperuit, et solutus vinctis omnibus, secumque assumptis, in cælos ad Patrem ut gigas ascendit, ut ait propheta: *Exsullabit ut gigas ad currendam viam suam: a summo cælo egressio ejus, et occursus ejus usque ad summum.*

calum, nec est qui se abscondat a calore ejus. Exsultabit ut gigas ad currendam viam suam (Psal. 18. 6-7). Exsultavit, ut modo audiebatur in Evangelio, ob inventam unam perditam ovem. Reliqui enim novaginta novem oves non errantes, id est, angelicas virtutes, in montibus, nempe in cælis; et venit ad errantem ovem clamantem et dicentem: *Erravi sicut ovis quæ periit: quære servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus (Psal. 118. 176).* Hac audita ille errantis ovis voce, inclinavit calos et descendit, et venit quæsitum ovem errantem; qua reperta exsultavit. *Exsultabit ut gigas ad currendam viam.* Cucurrit per viam a calis in terram exsultans: deinde a terra in inferos cucurrit. Illic solutus animabus omnibus a diabolo detentis, in terram cucurrit; et rursus a terra in calos ad Patrem ut gigas insiliit. *Nec est, qui se abscondat a calore ejus (Psal. 18. 7).* Cum calorem Christi audis, cogita illum esse solem justitiæ. *Nec est, qui se abscondat a calore ejus.* Quis enim frigidissima morte enectus, se abscondat a calore ipsius Spiritus, et nonne omnes a mortuis resurgent? Tuba canet enim, et mortui resurgent incorrupti. Deinde quid est illud quod sequitur, dilecti? Etsi pauca ex multis dixerimus in illud: *Quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata et in cælo; et quæcumque solveritis super terram, erunt soluta et in cælo,* in sequentem versum mentem transferamus: *Amen dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint mutuo de omni re quancumque petierint, dabitur illis (Math. 18. 19).* Abraham consentiens cum Sara uxore sua, ille ad boves currens, illa panes apparare festinans, rem stupendam in senectute impetravit, nempe filium. Jacob patriarcha cum matre consentiens, benedictionis aternæ fructum accepit. Moyses et Aaron consentientes totam Ægyptum expliarunt, Hebræorumque genus liberarunt. Jesus et Chaleb consentientes, soli terram promissionis in hæreditatem acceperunt. Debora cum Baraco consentiens crudelissimum tyrannum vicit. Judith cum ancilla sua consentiens, alienigenam Holophernem prostravit. Tobias cum angelo consentiens, homicidam dæmonem, qui uxorem suam observabat, colligavit, et oculos patris oculis aperuit. Ezechias et Isaias simul orantes, centum octoginta quinque millia alienigenarum prostraverunt. Paulus et Silas simul in carcere orantes effecere ut fundamenta carceris motu commoverentur. Alio etiam modo potest hic locus intelligi: *Si duo consenserint mutuo de omni re, quancumque petierint, dabitur eis.* Si hæc duo, quæ multum dissidere et contendere solent, consenserint, id est, caro et spiritus: nam caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem; si hæc duo consenserint, ita ut hic dominetur, illa serviat; hic sapiat, illa non contradicat: tunc Dominus erit in medio animæ et carnis, et omnis res, quancumque petierint, dabitur eis. Multi enim id observantes, exauditi sunt, ut Elias in monte, Daniel in lacu, Jonas in cæto, Ezechias in lecto infirmitatis suæ, Petrus in Joppe, et Cornelius Cæsareæ. Multæ mulieres cum solæ precarentur, ut Sara Raguelis in Echatanis, Judith in cubiculo, Susanna in judicio iniquorum. Tunc accedens, inquit, Petrus dixit Domino: *Quoties dimittam fratri meo in me peccanti? usque septies (Math. 18. 21)?* Quid ad illum Dominus? *Non solum dico tibi, usque septies, sed usque septuagies septies.* Quia enim audierat Dominum dicentem: *Quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata in cælo; et quæcumque solveritis super terram, erunt soluta in cælo;* promissionem Domini implet, scire simul volens, quanta esset illa tam benigna Domini gratia. Dixisti nobis, *Quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata et in cælo; et quæcumque solveritis super terram, erunt soluta et in cælo.* Quoties ergo, si peccaverit in me frater meus, dimittam ei? usque septies? Dominus autem considerans inopem illum circa proximum humanitatem, dixit ei: *Non solum dico tibi, usque septies, sed usque septuagies septies.*

Tu enim ut homo pauper rem pauperem petisti, ego vero ut Deus magnificens, ubertim gratiam largior. *Non solum usque septies, sed usque septuagies septies.* Sed in hoc verbo mysterium est occultum. Nisi enim agricola lignonem in terram profunde impresserit, non fructus in futuro tempore uberes inveniet: sic et nos, nisi mentem profunde in literam applicemus, occultum Spiritus thesaurum non inveniemus. *Quoties, si peccaverit in me frater meus, dimittam ei? usque septies?* Cur non dixit, Usque octies, vel sexies, vel decies; sed, *Usque septies?* Quia Deus sex diebus omnia fecit, et die septimo requievit ab operibus suis. De re arcana interrogat Petrus Dominum, ecclesiasticos canones ediscere volens: nempe, *Si peccaverit in me frater meus usque in finem vitæ suæ, et ultimo vitæ suæ die, scilicet in septimo, penitentiam egerit, num dimittam ei? Respondit Dominus: Non modo in præsentis sæculo peccata dimittes ei, sed etiam in futuro parceas illi, quod sæculum præsentis majus est septuagies septies.* Verax enim est qui dixit tibi, *Quæcumque solveritis super terram, erunt soluta et in cælis.* Sed adhuc profundiorum sensum explorems: *Si peccaverit in me frater meus, non in te Deum, sed in me, quoties dimittam ei? Respondet Dominus: Peccata in me non modo usque septies dimittes, sed usque septuagies septies.* Verum enim est quod dixit: *Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus; blasphemia autem in Spiritum sanctum non remittetur, neque in hoc sæculo neque in futuro (Math. 12. 31).* Gratia autem Deo, quod nos hoc peccatum non timeamus: non enim blasphemamus in Spiritum sanctum, sed ipsum adoramus et glorificamus. Sed adhuc dictum examinemus. Nam aurum conflatum fulgidius est: sic et Scriptura examinata clarior evadit. *Si peccaverit in me frater meus, quoties dimittam ei? usque septies?* Quia sciebat legem hominibus peccata dimittere in septenario hujus sæculi: neque enim habebat octavam resurrectionis diem; quia nondum advenerat Christus qui resurrectionis diem habet: ideoque David, quia sub lege erat, septies in die laudat Deum; dicit enim, *Septies in die laudem dixi tibi (Psal. 118. 164),* non octies: nondum enim venerat Christus; neque octava dies resurrectionis: adhuc sum sub lege, sub lege serviam tibi; adhuc ancille filius sum, nempe synagogæ: nondum enim ex libera natus sum: ideo ait, *Ego servus tuus et filius ancillæ tuæ (Psal. 115. 16).* Nam corum, qui in gratia regenerati sunt Christianorum mater libera est, ut dicit Apostolus: *Ille vero, quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrum (Gal. 4. 26).* Quoties ergo peccabit in me frater meus et dimittam ei? usque septies? Ac si diceret: Præcipisne ut dimittam peccata fratribus meis, ut lex præcipit (id enim significat, *Usque septies*), an amplius? Dominus vero gratiam amplificat dicens: *Non modo usque septies, sed usque septuagies septies.* Quantum enim legem superat Verbum, tantum gratia legem: non enim Verbum Deus ex lege, sed lex ex Verbo. Et sciendum est, carissimi, quanta sit verbi utilitas, ut discas, quanto majus est verbum, quam lex. Lex decem verba dat Judæis, et nihil profuit: nobis vero Deus unum Verbum dedit, et omnes servavit. Sed adhuc literam Spiritu sarriamus. Nam qui thesaurum aperuit, non modo aurum et argentum accipit et abit, sed etiam lapides pretiosos ipsosque varios quærit. *Si peccaverit in me frater meus, quoties dimittam ei? usque septies?* Mysterium est, dilecti, absconditum in litera, et multos latuit. Tu vero mihi sensum diligenter considera: acutus enim est, volvere levior, qui facile possit oculum mentis prætergredi, etiam iis, qui acutissime vident: *Si peccaverit in me frater meus, quoties dimittam ei? usque septies?* Nam quæsitum dignum est, cur dixerit Petrus, *Usque septies,* et cur Dominus responderit, *Usque septuagies septies.* Sed Petrus in scopo habebat homicidii scelus, quod gravissimum est, et in mysterio scire volebat ecclesiasticos

canones, num iubeat Dominus in baptismo dimittere homicidii scelus. Advertens enim Cainum dolo occidisse fratrem suum, et in septem crimina ineidisse (primus enim inter homines occidit, primus simulavit, primus mentitus est, primus terram sanguine polluit, primus portas mortis aperuit: nondum enim mors degustaverat hominem, nisi Cain per invidiam hunc partum edidisset): attendens ergo Petrus eadem a Caino peractam septem culpis esse obnoxiam, accedit ad Do-

minum, arcano modo interrogans: *Si peccaverit in me frater meus, quoties dimittam ei? usque septies?* Id est, Iubes in baptismo fratricidae Caini scelus dimittam ei? Dominus autem quid ait ad ipsum? Non modo scelus Caini septies in baptismo dimittes, sed etiam illud Lamechi septuagies septies: in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in saecula saeculorum. Amen.

IN ILLUD JUDEORUM DICTUM, DÆMONIUM HABES; ET IN ILLUD, NOLITE JUDICARE SECUNDUM FACIEM (Joan. 7. 20. et 24).



Quenamodum luna lucida obscuritatem noctis albo colore tingens, iis qui in terra et in mari iter agunt nautis et viatoribus faciem pulcre praefrens, sine obice procedendi dat facultatem: sic et Ecclesiae doctor, instar lunae, divinae cognitionis fulgorem verbis illustrans, cum eos qui in hujus vite pelago voluptatum salsuginem transcurrunt, tum eos qui in Christiana vita incedunt, ad veritatem Christum transmittit. Solet vero divina Scriptura Ecclesiae doctores, qui honeste vitam ducunt, secundum imaginem lunam et stellas vocare, ut ait David propheta: *Lunam et stellas, quae tu fundasti (Psal. 8. 4)*. Clarius autem videre est ex Apostoli verbis sanctorum discrimen, quod ordine quodam solis, lunae et stellarum nomine significatur: *Alia*, inquit, *est claritas solis, alia claritas lunae, et alia claritas stellarum: stella differt a stella in claritate (1. Cor. 15. 41)*. Et nos itaque instar minimae stellae lucentes, evangelicarum sententiarum fulgura vobis ostendamus. Dicebant ergo, inquit, Judaei Domino: *Dæmonium habes*; ille vero, *Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate*. O Judaei, me dicitis dæmonium habere: opera mea cum vestris conferte, et vestrae conscientiae examini subjicientes, dicite, Quis habeat dæmonium, egone, an vos? *Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate*. Vos per mare Rubrum, ut per herbosum campum transeuntes et in deserto ineffabili modo dulcem aquam ex petra manantem accepistis, et ex medio aere coturnicem decidentem: et post tot tantaeque ac plura alia accepta bona, Moysen in montem ascendente, conflato vitulo legionem dæmonum adorastis; ego autem veniens, legionem illam dæmonum ab hominibus abegi. Quis ergo dæmonium habet? ego, an vos? dicite. *Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate*. Vos filios et filias vestras dæmoniis immolatis; ego vero filium viduae et filiam principis synagogae mortuos suscitavi: illum in arca jacentem tactu manus, vim curationis ad intus positum immitteis, sanum reddidi; illam verbo ex morte seu ex somno excitavi. Quis ergo dæmonium habet? ego, an vos? *Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate*. Vos ex confictis Jezabelis verbis occiso Nabuthe, laetitiae genitricem vineam in arvum olerum mutastis, infirmorum cibum secundum Apostolum, *Qui autem infirmus est, olus manducat (Rom. 14. 2)*: ego vero eis, qui instar humilium olerum, in infirmitatem delapsi erant, in ictu oculi ad sanitatem restitutis, panis caelestis alimentum dedi, ac rursus in eundem ordinem restitui dicens: *Ego sum vitis, vos palmites (Joan. 15. 5)*. Quis ergo dæmonium habet? ego, an vos? *Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate*. Vos Isaiam lignea serra secuistis et dissolvistis: ego vero dissolutam morte humanam naturam per participationem ligni crucis cooptans suscitavi. Quis ergo dæmonium habet? ego, an vos? dicite. *Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate*. Vos Jeremiam prophetam in lacum aeni conjicientes suffocastis: ego vero propheticum verbum in caeno voluptatum vestrarum emortuum retraxi, et in animabus obsequentium stabilivi. Quis

ergo dæmonium habet? ego, an vos? dicite. *Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate*. Vos magnum illum Zachariam inter templum et altare occidistis: Zacharias autem significat memoriale Dei: ego autem veniens, hunc Zachariam, memoriale Dei, a vobis inter templum et altare occisum; id est, inter corpus et animam (nam templum animae est corpus, et altare Dei anima, in qua oblatio rationalis cultus et thymiamata orationum emittuntur): hoc memoriale Dei vivificans, in cordibus hominum locavi, ut omnes qui reciperent sacrificia offerrent Deo. Quis ergo habet dæmonium? ego, an vos? dicite. *Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate*. Recordati sunt autem discipuli Domini hujus dicti. Cum enim a Scribis et Phariseis prohiberentur, ne docerent in nomine Christi: *Nonne praecipiendo praecipimus vobis, ne doceretis in nomine Jesu? et ecce replestis Jerusalem doctrina vestra (Act. 5. 28)*: tunc respondenti illi, momentes simul ne judicarent injuste, ac dicentes: *Si justum est vos potius audire, quam Deum, judicate (Act. 4. 19)*. Vide quoque prophetam, dilecte, in Psalmo qui modo nobis cantatus fuit, clarissime de Domini in carne adventu loquentem, ac momentem, non judicandum esse injuste: *Deus*, inquit, *stetit in synagoga deorum; in medio autem deus dijudicabit (Psal. 81. 1)*. Quis autem fuerit Deus qui stetit in synagoga deorum, nisi omnino Christus, qui stetit in synagoga Judaeorum, qui olim dii fuerant? ad quos responsum fuit: *Ego dixi, Di i estis. Quantum enim ad Dei benignitatem pertinebat, deos illos vocavit: quantum vero spectabat ad ipsorum nequitiam, sicut homines moriebatur, et quasi unus de principibus cadebant; principibus vero, non terrenis hominibus, sed ex iis qui ex caelestibus fornicibus deciderant, de quibus ait Paulus: Non est nobis collectatio adversus sanguinem et carnem, sed adversus principatus et potestates et mundi rectores tenebrarum harum, adversus spiritualia nequitia in caelestibus (Ephes. 6. 12)*. Igitur, *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deus dijudicabit*. Deos ex iis, qui olim dii erant, Judaeis dijudicabit. Aitque illis Spiritus sanctus: *Usquequo dijudicatis iniquitatem, et facies peccatorum sumitis (Psal. 81. 2)?* et Dominus dicit: *Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate*. Deinde rursus Spiritus sanctus: *Judicate pupillo et egeno*. Vide mihi quomodo circa Christum omnia inducat, omnia doceat, volens illorum iniquitatem tollere: nam ait: *Judicet pupillo et egeno, humilem et pauperem justificat (Isa. 4. 17)*. Sed fortasse dicit quispiam auditorum, videri nos in dubio versari, quod Dominus pupillum audiat. Nam quod egenus sit, facile disci potest ex verbis Apostoli: *Qui propter nos egenus factus est, cum dicitur esset (2. Cor. 8. 9)*: sed quis pupillus sit, nisi is, qui nec patrem nec matrem habeat? Audi vero Apostolum de Christo dicentem: *Sine patre, sine matre, sine genealogia (Hebr. 7. 5)*. Sine patre in terra est Dominus secundum humanitatem; sine matre in caelis secundum divinitatem. Judicate pupillo et egeno, qui propter nos egenus factus est. Omnibus enim omniterectus est plus quam apostolus, ut omnes lucrifacere

τὴν ὠφέλειαν ἐκ τοῦ λόγου· ἵνα μάθῃς πόσω μείζων ὁ Λόγος τοῦ νόμου. Ὁ νόμος δέκα λόγους δίδωσι τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ οὐδὲ ὠφέλησεν· ἡμῖν δὲ ὁ Θεὸς ἕνα Λόγον δέδωκεν, τοὺς πάντας δι' αὐτὸ ἀνέσωσεν. Ἄλλ' ἔτι σκόλλομεν τὸ γράμμα τῷ Πνεύματι. Ὁ γὰρ Θεοσυρὸν ἀνοίξας οὐ μόνον χρυσοῦν καὶ ἀργυρον λαβοῦν ἀπέρχεται, ἀλλὰ γὰρ καὶ λίθους τιμίους καὶ τὸς διαφθόρους ἐπιζητεῖ. *Ποσάκις, ἐὰν ἀμαρτήσῃ, εἰς ἐμέ ὁ ἀδελφός μου, ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἐπάτακις;* Μυστήριόν ἐστίν, ἀγαπητοί, ἀποκεχρυμμένον ἐν τῷ γράμματι, καὶ πολλοὺς λήληθε. Σὺ δέ μοι ἀκριθῶς πρόσσεχε τῷ νοήματι· λεπτόν γάρ ἐστι σφόδρα, πεπεινοὺς ὀξύτερον, ῥαδίως δυνάμενον [849] τὸ ὄμμα τῆς διανοίας παραδραμεῖν, καὶ τοὺς σφόδρα ὀξυδορκούντας. *Ποσάκις ἐὰν εἰς ἐμέ ἀμαρτήσῃ ὁ ἀδελφός μου, ἀφήσω αὐτῷ; ἐπάτακις;* Ζητήσῃς γὰρ ἀξίον, διὰ τί εἶπεν *ἕως ἐπάτακις ὁ Πέτρος*, καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἀπεκρίνατο, *ἕως ἑβδομηκοντάκις ἐπτά*. Ἄλλ' ὁ Πέτρος πρόσσεχε τὸ τοῦ φθόνου ἔγκλημα, ὅτι βαρύτερον καὶ δεινόν ἐστι, καὶ βού-

λται μαθεῖν ἐν μυστηρίῳ κανόνας ἐκκλησιαστικῶς, εἰ ἄρα κελεύει αὐτῷ ὁ Κύριος συγχωρεῖν ἐν τῷ βαπτίσματι τοῦ φθόνου ἔγκλημα. Προσεσχηκὸς γὰρ, ὅτι ὁ Κάϊν τὸν ἀδελφόν αὐτοῦ ὄλοψ ἐφόνευσε, καὶ ἐπτά ἔγκλημασιν ὑπέπεσε· πρῶτος γὰρ ἐφόνευσεν ἐν ἀνθρώποις, πρῶτος ἵπεκρίνατο, πρῶτος ἐψεύσατο, πρῶτος αἵματι τὴν γῆν ἐμίανε, πρῶτος πύλας θανάτου ἠνέψεν· οὕτως γὰρ ἦν θάνατος γευσάμενος ἀνθρώπου, εἰ μὴ Κάϊν διὰ φθόνου ἐκύησε· προσεσχηκὸς οὖν Πέτρος, ὅτι τοῦ Κάϊν ὁ φθόνος ἐπτά ἔγκλημασιν ὑπόκειται, προσέρχεται τῷ Κυρίῳ μυστηριωδῶς ἐπερωτῶν, *Ποσάκις, ἐὰν ἀμαρτήσῃ ὁ ἀδελφός μου, ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἐπάτακις;* Τουτέστι, Κελεύεις ἐν τῷ βαπτίσματι τὰ τοῦ ἀδελφοκτόνου Κάϊν ἔγκλήματα ἀφήσω αὐτῷ; Ὁ δὲ Κύριος τί φησι πρὸς αὐτόν; Οὐ μόνον τὸ τοῦ Κάϊν ἐπάτακις ἐν τῷ βαπτίσματι ἀφήσεις, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ Λάμεν τὸ ἕως ἑβδομηκοντάκις ἐπτά ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ὃ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

Εἰς τὸ λέγειν τοὺς Ἰουδαίους, «*Δαιμόνιον ἔχετε*», καὶ εἰς τὸ, «*Μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν*».

